ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXI

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXIX

Axt. et vol. LXI 31 Ianuarii 1969 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PALENSIS

(MAASINENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Palensi, nova conditur dioecesis, « Maasinensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dei Filium adorandum in exemplum assumentes, qui e caelorum amplitudine in has terras descendit ut omnes mortales vitam aeternam haberent et abundantius haberent (cf. *Io. 10, 10),* et Nos, quantum in Nobis situm est et auctoritate Nostra dignum, operam damus et elaboratius ut christianis omnibus, cum per aptiorem finium Ecclesiarum dispositionem, tum per prudentes Episcopos, tum denique per sinceram Christi doctrinam, aeternae vitae adipiscendae copiam faciamus. Cum ergo venerabilis Frater Theotimus Pacis, Episcopus Palensis, audito coetu Episcoporum Insularum Philippinarum, seu Conferentia Episcopali, id proposuerit ut e certo territorio suae dioecesis nova Ecclesia constitueretur, Nos re bene reputata, sententiaque audita

venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia atque in Republica Insularum Philippinarum Apostolici Nuntii, consilioque petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, haec statuimus- A dioecesi Palensi territorium separamus civilis provinciae quam vulgo cognominant Southern Leyte, ut est per legem civilem terminata, quaeque vicariatus Assumptionis, Immaculatae Conceptionis, et Sacratissimi Rosarii complectitur; praeterea territorium municipiorum populari lingua sic appellatorum : Matalom, Bato, Hilongos, Hindang, Inopacan, Baybay, quae in civili provincia Leyte sunt sita, vicariatus S. Iosephi et SS. Cordis Iesu comprehendens. His autem omnibus terris novam dioecesim condimus, *Maasinensem* cognominandam atque archidioecesi Nominis Iesu seu Caebuanae suffraganeam. Censemus autem ut templum Assumptionis B. M. V. in urbe Maasin cathedrale sit, in qua urbe sacer Praesul cathedram suae potestatis collocabit Sedemque ponet. Qui profecto Canonicorum collegium constitui curabit, ad normas per alias Litteras Apostolicas edendas ; interea vero Consultores dioecesanos eliget, quos in rebus explicandis maioribus consiliarios atque adiutores habebit. Ad Seminarii dioecesani constitutionem atque temperationem quod attinet, serventur sive leges iuris communis, sive normae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, sive Decretum Concilii Vaticani II ((Optatam totius ». Simul ac nova dioecesis condita fuerit, Sacerdotes ei circumscriptioni addicantur in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri, etiam Seminarii tirones, illi, ubi legitimo domicilio degant. Ultimum, documenta et acta quae novam dioecesim respiciant, ad eius Curiam cito mittantur, ibique religiose serventur. Ceterum, haec omnia quae descripsimus, venerabilis Frater Carmelus Rocco ad exitum deduci studebit, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo tertio mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane tab., vol. C X XVI II, n. 18.

II

FIANARANTSOAËNSIS - TAMATAVENSIS

(MANANJARIENSIS)

Detractis nonnullis territoriis ab archidioecesi Fianarantsoaënsi et a dioecesi Tamatavensi, nova quaedam dioecesis conditur, « Mananjariensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Perpetua florere iuventa Ecclesiam matrem atque volventibus annis nova semper specie exornari novisque radiare fulgoribus, omnibus praesertim patet quotiens alia ex aliis nascitur dioecesis et ampliores gentes ad Christi legem amplectendam moribusque servandam suaviter alliciuntur. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, auditis quidem votis tum Nuntiaturae Apostolicae in Republica Madagascariensi, tum venerabilium Fratrum Gilberti Ramanantoanina, Archiepiscopi Fianarantsoaènsis et Iulii Puset, Episcopi Tamatavensis, visum esset archidioecesim Fianarantsoaênsem et dioecesim Tamatavensem dividere, atque ex earumdem territoriis novam dioecesim excitare, id Nos probantes accommodatumque existimantes ad sanctissimam fidem Nostram in ea nobilissima natione augendam, ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Fianarantsoaënsi districtus civiles vulgo

Manajary et Ifanadiana cognominatos, et a dioecesi Tamatavensi districtum civilem quem Nosy Varica dicunt detrahimus eosque in novae dioecesis formam redigimus quae *Mananjariensis* appellabitur, quaeque archidioecesi metropolitanae Fianarantsoaënsi suffraganea subicietur. Cuius sane Ecclesiae sedes atque caput in civitate Mananjary ponetur, cathedra vero episcopalis dignitatis atque auctoritatis in templo Sancto Augustino dicato, factis scilicet iuribus et privilegiis cathedralium templorum propriis. Concedimus autem ut dum Canonicorum collegium condatur, in dioecesi Mananjariensi Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et opera Episcopo assint. Cetera vero, quae ad novae dioecesis constitutionem et vitam pertinent, legibus Iuris Canonici omnino regantur. Ultimum decernimus ut has Litteras Nostras Apostolicus in Republica Madagascariensi Nuntius, sive per se ipse sive per alium quem voluerit, ad effectum deducat. Effecti vero negotii congrua documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide mittantur, signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Regente

Ioannes Calleri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 16.

III

GUAXUPENSIS

(CLARAVALLENSIS IN BRASILIA)

Dismembratis a Guaxupensi dioecesi territoriis, nova conditur Abbatia nullius, « Claravallensis in Brasilia » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Caelestis urbis visio, ut est in sacris Litteris descripta, animum Nostrum ita afficit ut non solum ex ea summa gaudia capiamus, ad quae nati sumus, sed etiam ut, Qui summam totius rei christianae, sancto Dei consilio, obtinemus, omnes nostras curas in eo collocemus ut, iuvante sancto Dei Numine, Ecclesiam hic in terris ad similitudinem eius caelestis atque inaccessibilis civitatis aedificemus. Cum autem venerabilis Frater Iosephus de Almeida Batista, Episcopus Guaxupensis, collatis consiliis cum dilecto Filio Nivardo Buttarazzi, Congregationis Casamariensis Sacri Ordinis Cisterciensis Abbate Praeside Generali, id postulaverit ut partito territorio Sedis Guaxupensis, nova Abbatia nullius ex eo excitaretur, datis iuribus ac privilegiis quae ex iure communi ad huiusmodi Abbatias spectant, Nos, post auditum venerabilem Fratrem Sebastianum Baggio, Archiepiscopum titulo Ephesinum et in Brasilia Apostolicum Nuntium, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositorum, suprema Nostra apostolica auctoritate haec omnia probantes sequentia decernimus. Eorum omnium consensum supplentes qui hac supra re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, a dioecesi Guaxupensi integrum separamus territorium municipiorum, prout in praesens lege civili circumscribuntur, quae vulgo cognominantur Claraval et Ibiraci, idemque territorium in novae Abbatiae nullius saecularis formam redigimus, *Claravallensis in Brasilia* appellandae iisdemque cingendae finibus quibus municipia quae diximus terminantur omniaque iura habentis quibus ceterae eiusdem honoris Abbatiae nullius perfruuntur. Hanc novam Abbatiam nullius suffraganeam facimus metropolitanae Sedi de Pouso Alegre; item eius Abbatem pro tempore, ad normam iuris, auctoritati eiusdem Sedis Archie-

piscopi obnoxium. Sedes abbatialis in urbe vulgo Claraval erit, templumque ibi exstans Spiritui Sancto dicatum ad gradum et dignitatem Ecclesiae abbatialis evehimus, cui cuiusque pro tempore Abbati, honores, insignia, privilegia iuraque omnia tribuimus quibus ceterae abbatiales saeculares Ecclesiae earumque Abbates, iure communi, fruuntur et ornantur; Abbates vero iisdem oneribus et obligationibus adstringimus quibus ceteri Abbates saeculares, Ordinarii locorum, ligantur. Maiori autem decori ac utilitati Abbatiae Claravallensis in Brasilia consulentes, eiusdem Abbati obligationem etiam imponimus Canonicorum collegium abbatiale condendi, iuxta tamen normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; quandiu autem Abbatia Canonicorum senatu carebit, permittimus ut Consultorum suppleatur coetu, qui consilio et ope Abbati assint. Mensam abbatialem efficient : Curiae proventus, fidelium oblationes, congrua pars bonorum, quae novae Abbatiae provenient, ad normam canonis 1500 C.I.C. Ad Abbatiae autem regimen quod attinet haec statuimus. Abbas nullius Claravallensis in Brasilia legitime constitutus, Superioris monasterii Claravallensis munus, quoties id sinant adiuncta, simul obtinebit; idemque Abbas, religiosus, ab Apostolica Sede ex tribus sacerdotibus a Praeside Generali Congregationis Casamariensis Sacri Ordinis Cisterciensis propositis seligatur et ad nutum Sanctae Sedis officio perfruatur. Cum vero idem monasterium in Abbatiae dignitatem evectum fuerit, Abbas nullius, religiosus, ad normam Constitutionum eiusdem Congregationis Casamariensis a conventuali Capitulo eligetur et ab Apostolica Sede confirmabitur. Acta et documenta novam Abbatiam quoquo modo respicientia a Curia Guaxupensi ad abbatialem Curiam transferantur, ut in tabulario religiose custodiantur. Haec omnia ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutus. Qui autem negotium perfecerit congrua documenta exarari iubeat et ad Sacram Congregationem pro Episcopis mitti.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. **GONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. CXXVIII, n. 8J,.

IV

NUAKCHOTTENSIS

Dioecesis Nuakchottensis, quae in Reipublicae Mauritaniacae finibus exstat, a metropolitana Sede Dakarensi seiungitur et Apostolicae Sedi directo obnoxia fit.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, de sententia sive venerabilis Fratris Ioannis Mariani, Archiepiscopi titulo Missuensis atque in Africa Occidentali Delegati Apostolici, sive locorum Ordinariorum, quorum negotium interesset, opportunum fieri censuit, id est ut, ob peculiaria adiuncta, dioecesis Nuakchottensis a provincia ecclesiastica Dakarensi distraheretur atque Sanctae Sedi directo subiceretur, probandum esse censuimus. Qua de re, apostolica usi Nostra potestate, cathedralem Sedem Nuakchottensem a iure metropolitanae Ecclesiae Dakarensis eximimus eamque Apostolicae Sedi directo subiectam in posterum esse Apostolica hac Constitutione declaramus et statuimus. Quae quidem Constitutio ut ad effectum adducatur curet venerabilis Frater Ioannes Mariani, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutus. Qui autem rem perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Sa-

cramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Regente

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 15.

V

CALCUTTENSIS

(BALASORENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ex archidioecesi Calcuttensi, nova constituitur praefectura apostolica, « Balasorensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rerum condicio catholicarum, quae et vigere magis magisque in Calcuttensi archidioecesi videntur, et pleniorem inde requirunt procurationem, profecto inducunt ut, propositum accipientes Sacrae Con-

gregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, certa de eadem archidioecesi territoria detrahamus, iisque novam praefecturam apostolicam condamus. Hoc enim perspicuum est constatque inter omnes, ubi multiplicentur ecclesiasticae circumscriptiones copiaque sacrorum Antistitum fiat, uberiores ibi oriri colligique pastoralium laborum fructus. Suprema ideo usi Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Calcuttensi eam territorii partem separamus, quae finibus districtuum de Balasore, de Mayurbhanj et de Keonjhar terminantur eandemque praefecturam apostolicam constituimus, ex urbe Balasore *Balasorensem* appellandam. Eam praeterea provinciae ecclesiasticae Ranchiensi adiungimus atque Sodalibus Congregationis Missionum regendam concredimus, ad Nostrum tamen atque Apostolicae Sedis nutum. Nova igitur praefectura apostolica iis cunctis iuribus fruetur, quibus eiusdem ordinis Ecclesiae, ad normam Codicis Iuris Canonici.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Begente

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 7.

VI

DURANGENSIS - MAZATLANENSIS

(SALTENSIS IN MEXICO)

E nonnullis territoriis Ecclesiarum Durangensis et Mazatlanensis nova constituitur praelatura, « Saltensis in Mexico » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non habentibus hic hominibus manentem civitatem, sed futuram inter aspera huius vitae inquirentibus (cf. *Hebr.* 13, 14), profecto subvenit Ecclesia sancta Dei, non modo parens ac mater christianorum sollicita, sed et ipsa civitas supra montem posita (cf. *Mt.* 5, 14), et caelestis urbs supernae Ierusalem similis, in qua si quis et recte et caste et sancte vixerit ac praesidia ad omnes casus omnia constituerit, in spem inducitur certam, fore ut ad aeternae illius civitatis possessionem aliquando veniat. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Antonius López Aviña, Archiepiscopus Durangensis, et Michael García Franco, Episcopus Mazatlanensis, id proposuerint ut suarum Ecclesiarum territoriis partitis nova praelatura conderetur, Nos re bene reputata, consilioque petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositis ; item explorato quid Apostolicus Delegatus in Republica Mexicana de re sentiret, haec statuimus, nempe rati posse christianorum utilitati conducere. A Durangensi archidioecesi territorium separamus quod complectitur municipium vulgari sermone Pueblo Nuevo; a dioecesi vero Mazatlanensi territoria municipiorum detrahimus, quae vocantur Tamazula, Topia, Canelas, Santa Maria Otaez et San Dimas, item territorium paroeciae quam populari sermone cognominant San Andres de la Sierra, intra fines municipii Santiago Papasquiaro situm; quibus omnibus terris novam praelaturam condimus, cuius erit nomen *Saltensis in Mexico.* Huius autem Ecclesiae Sedes erit in urbe EI Salto; templum vero ibi exstans S. Francisci Assisiensis ad gradum praelaticii evehimus, cum debitis iuribus. Censemus praeterea ut nova praelatura sit Sedi Durangensi suffraganea, ac eius Praesul sacro eiusdem archidioecesis Antistiti sit ad normam iuris obnoxius. Seminarium condatur

iuvenibus educandis, qui ad Sacerdotium ab adorando Spiritu Dei vocentur; idque secundum leges iuris communis fiat atque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Cum autem iuvenes illi studiis sacrae theologiae atque philosophiae incumbere debeant, ex iis qui fuerint meliores Eomam mittantur atque Collegio Pontificio Mexicano excipiantur. Mensam constituent sive Curiae proventus, sive fidelium christianorum collationes, sive pars bonorum quae ad normam canonis 1500 C. I. C. novae Ecclesiae obvenient. Regimen praelaturae, electio Vicarii Capitularis, sede vacante, aliaque huiusmodi, Iure Canonico temperentur. Acta denique ad novam Sedem pertinentia cito ad eius Curiam mittantur, ibique religiose serventur in archivo rerum religiosarum. Ceterum, quae iussimus venerabilis Frater Vido Dei Mestri exsequi curabit, Archiepiscopus titulo Tuscamiensis, et in Mexico Apostolicus Delegatus. Re vero acta, eius erit sincera exempla gesti negotii Romam mittere, ad Sacram Congregationem pro Episcopis.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TBAGLIA**
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Regente

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 8.

VII

S. LUDOVICI IN MARAGNANO - S. IOSEPHI DE GRAJAU
(BACABALENSIS)

Distractis quibusdam territoriis ab archidioecesi S. Ludovici in Maragnano et a praelatura S. Iosephi de Grajau, nova conditur dioecesis nomine « Bacabalensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Visibilis natura Ecclesiae Dei necessitatem postulat sese accommodandi locorum temporumque condicionibus ea omnia subsidia atque instrumenta praebendo quibus efficaciore modo salutis opus inter homines peragi possit. Cum autem ex externae dioecesis compaginis amplitudine, non paucae neque exiguae difficultates exoriri viderentur, venerabiles Fratres Ioannes Iosephus da Mota et Albuquerque, Archiepiscopus S. Ludovici in Maragnano et Adulfus Aloisius Bossi, Episcopus titulo Parnassenus et S. Iosephi de Grajau Praelatus, audita Conferentia Episcopali Brasiliana, a Nobis petierunt ut, suarum Ecclesiarum territoriis partitis, nova conderetur dioecesis. Nos autem, praehabito consilio venerabilis Fratris Sebastiani Baggio, Archiepiscopi titulo Ephesini et in Brasilia Apostolici Nuntii, sententiam rogatis dilectis Filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, suppleto consensu eorum omnium qui hoc super negotio ius aliquod vel habeant vel se putent habere, haec quae sequuntur apostolica potestate decernimus. Ab archidioecesi S. Ludovici in Maragnano territorium separamus municipii quod vulgari sermone Bacabal cognominant, excepta autem parte quae, ad septemtrionem pontis supra rivum Piratininga, comprehenditur inter eundem rivum Piratininga, autoraedarum viam vulgo « BR-22 » nuncupatam et municipium S. Matthaei ; territorium municipii Ipixuna, excepta vero parte quae extenditur ad meridiem eiusdem pontis supra rivum Piratininga et quae pertingit pagos Aninga et Barbosa ; necnon integrum terri o-rium municipiorum, prouti in praesens lege civili terminantur, quae vulgo nuncupantur Altamira do Maranhäo, Igarapé Grande, Lago da Pedra, Lago do Junco, Lago Verde, Lima Campos, Olho d'Água dos Cunhas, Pedreiras, Pio XII, Poçâo de Pedras, Rosinòpolis, Santo An-

tonio dos Lopes, Vitorino Freiré; a praelatura autem S. Iosephi de Grajau distrahimus integrum territorium quod complectitur populari sermone municipium Esperantinopolis; quibus omnibus terris novam condimus dioecesim *Bacabalensem* appellandam iisdemque finibus circumscribendam ac municipia, simul sumpta, quae diximus. Novae dioecesis sedes episcopalis erit in urbe vulgo Bacabal, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali templo, eadem in urbe exstante, quod Deo dicatum est in honorem S. Theresiae a Iesu, cui omnia iura sacrarum cathedralium aedium concedimus. Episcopo scilicet, praeterquam quod iura damus congrua, obligationes etiam imponimus, quae residentium Antistitum sunt propriae. Bacabalensis dioecesis suffraganea erit metropolitanae Sedi S. Ludovici in Maragnano; item sacer eius Praesul metropolitanae iurisdictioni Praesulis eiusdem archidioecesis subdetur. Ad Canonicos quod attinet, cathedrale collegium condatur, post alias tamen Apostolicas datas Litteras; interea Consultores diocesani deligantur, ad normam Iuris Canonici. Quod vero spectat Seminarium, serventur praescripta iuris communis, prae oculis etiam habitis normis decreti Concilii Vaticani II a verbis « Optatam totius » incipientis atque peculiares leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Seminarii autem alumni, et animi et ingenii dotibus prae ceteris insignes, Romam, cum adoleverint, mittantur in Collegium Pium Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Mensa episcopalis, quae dicitur, constabit Curiae emolumentis; fidelium collationibus sponte oblatis; dote quae a civili potestate expectatur; ea bonorum parte, quae novae dioecesi obveniet ad normam Canonis 1500 C. I. C. Ad clerum autem quod attinet, censemus ut, his Litteris ad effectum adductis, eo ipso sacerdotes illi Sedi ascribantur, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei Sedi, in qua legitime degant. Acta denique ad novam Sedem pertinentia cito ad eius Curiam mittantur, ibique religiose serventur in archivo rerum religiosarum. Ceterum has Litteras ad effectum adducendas curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem diximus, vel ab eo delegatus vir; qui vero negotium perfecerit, congrua documenta exaranda studeat, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittenda, de more signata.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere

poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vigesimo secundo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
/S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Regente

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Victorius Bartoccetti, *Proton. Apost. a.i.*

Loco £8 **Plumbi**
In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 1$.

VIII

GULUENSIS

(LIRENSIS)

Distractis quibusdam territoriis e dioecesi Guluensi, nova conditur dioecesis, « Lirensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Firmissima spe ducti, sacras circumscriptiones, in quibus accuratiore dilectione homines ad catholicam informentur veritatem, quotiens Nobis fas est, condimus, pro certo habentes Deum, qui perpetuos dat teneris sementibus auctus, novis Ecclesiis suae gratiae rore favere, atque incrementa omnipotenti virtute praestare. Quam ob rem, cum Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando visum sit in Ugandensi regione novam dioecesim condere, Nos, sententia audita venerabilis Fratris Amalii Poggi, Archiepiscopi titulo Cercinitani atque Aposto-

liei in Uganda Pro-Nuntii, item Ordinarii Praesulis Guluensis, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. E territorio dioecesis Guluensis, partem austro-orientalem, quae civilem districtum vulgo « Lango » constituit, detranimus, eamque in novae dioecesis formam redigimus *Lirensis* nuncupandae ab urbe principe eiusdem civilis districtus, quam Ecclesiam suffraganeam facimus Sedi metropolitanae Kampalaènsi. Cetera, quae ad regimen novae dioecesis spectent, ad res atque personas, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, in his Ius Canonicum omnino servetur. Ad haec autem quae iussimus efficienda venerabilis Frater Amalius Poggi operam dabit vel quem ille delegabit; re vero acta, documenta exarari iubebit et ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide cito mittet, sinceris exemplis.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 79.

IX

BHOPALENSIS

(SAGARENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ex archidioecesi Bhopalensi, novus conditur exarenatus apostolicus, nomine « Sagarensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius propiusque Christifidelium necessitatibus consulatur, opus est persaepe ut quaedam dioeceses, sive vastitate territorii latius patentes, sive incolarum numero frequentiores, dividantur, distractisque ex iis regionibus novae constituantur sui iuris Sedes. Cum ideo Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus censuerit omnino cum populorum utilitate congruere, si exarchatus apostolicus ritus Malabarensis in Bhopalensis archidioecesis finibus conderetur, de sententia venerabilis Fratris Eugenii D'Souza, sacri eiusdem archidioecesis Antistitis, postque auditum Apostolicum in India Pro-Nuntium atque Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione, sequentia decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Bhopalensi districtus civiles seiungimus, quibus per vulgus appellatio Sagar, Raisen et Vidisha, iisque exarchatum apostolicum ritus Malabarensis constituimus, nomine *Sagarensem,* quem curis sodalium Congregationis Carmelitarum Mariae Immaculatae concredimus. Conditus exarchatus regetur ad normam iuris, attentis praesertim cann. 266-387 Litterarum Apostolicarum « Cleri Sanctitati », die altero mensis iunii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo datarum, servato quoque can. 382 de cura fidelium diversi ritus in territorio exstantium. Decernimus praeterea ut idem exarchatus metropolitanae Sedi Bhopalensi subdatur, instar Ecclesiae suffraganeae. Ea tandem quae praescripsimus ad effectum adducat Apostolicus in India Pro-Nuntius, vel ab eo delegatus vir. Qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaranda curet eaque ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere

poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Eomam, die undetricesimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. **DE FURSTENBERG**
8. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., voi. CXXVIII, n. 52.

X

JABALPURENSIS
(SATNENSIS)

Detractis quibusdam territoriis e dioecesi Jahalpurensi, novus exarchatus apostolicus conditur, nomine « Satnensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In more est Apostolicae huius Sedis, idque frequentissime et Nos fecimus, eorum Praesulum sententiis accedere, qui magna esse cum fidelium utilitate coniunctum putant, si quibusdam suarum dioecesium territoriis novae constituantur ecclesiasticae circumscriptiones, aliis, ut regantur, Antistitibus Pastoribusque tradendae. Cumque ideo censuerit Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, de sententia venerabilis Fratris Leobaldi D'Souza, Episcopi Jabalpurensis, omniumque Episcoporum Status vulgo Madhya-Pradeshensis in India, postque auditum Apostolicum in India Pro-Nuntium atque Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione, esse ibi locorum novum exarchatum ritus Malabarensis constituendum, quod Nobis eadem Congregatio pro-

posuit libenti animo accepimus, sequentia decernentes. A dioecesi Jabalpurensi territorium separamus, quod civiles districtus complectitur, vulgo Tikamgarh, Chhatarpur, Panna, Satna, Rewa, Sidhi, atque iis exarchatum apostolicum ritus Malabarensis condimus, quem sodalibus Congregationis Vincentianae ritus Malabarensis concredimus. Conditus exarchatus, nomine *Satnensis,* regetur ad normam iuris, attentis in primis cann. 266-387 Litterarum Apostolicarum « Cleri Sanctitati », die altero mensis iunii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, datarum, servato praesertim can. 382 de cura fidelium diversi ritus in territorio exstantium. Decernimus praeterea ut, quo magis pastoralis unitas et habeatur et provehatur, idem exarchatus metropolitanae Sedi Bhopalensi subdatur, instar Ecclesiae suffraganeae. Ea tandem quae praescripsimus ad effectum deducat Apostolicus in India Pro-nuntius, vel ab eo delegatus vir. Qui vero negotium perfecerit, congrua documenta exaranda curet eaque ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undetricesimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. **DE FURSTENBERG**
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 53.

XI

INDORENSIS
(UJJAIENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Indorensi, novus exarchatus apostolicus conditur, nomine « Ujjaiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicum munus, quod divinitus exsequendum accepimus, omnibus nempe ubique terrarum Christi fidelibus consulendi, a Nobis quandoque requirit, ut ex iam constitutis Sedibus alias Sedes condamus ; in manibus enim omnium est, eo magis colligi fructus, quo frequentiores operarii serant inque agro exercendo incumbant. Quoniam igitur censuit Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, de sententia venerabilis Fratris Francisci Simons, Episcopi Indorensis omniumque Episcoporum Status vulgo Madhya-Pradeshensis in in India, postque auditum Apostolicum in India Pro-Nuntium atque Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione, esse ibi locorum exarchatum ritus Malabarensis constituendum, quod Nobis eadem Sacra Congregatio proposuit libenti animo accepimus, sequentia decernentes. A dioecesi Indorensi territorium separamus, quod tres districtus civiles complectitur ; hoc est : Ujjain, Shajapur, Rajagarh, iisque exarchatum apostolicum ritus Malabarensis condimus, quem sodalibus Societatis missionariae Sancti Thomae Apostoli eparchiae Papiensis concredimus. Conditus exarchatus, nomine *Ujjaiensis,* regetur ad normam iuris, attentis praesertim cann. 266-387 Litterarum Apostolicarum « Cleri Sanctitati », die altero mensis iunii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, datarum, servato quoque can. 382 de cura fidelium diversi ritus in territorio exstantium. Statuimus praeterea ut, quo magis unitas actionis inter sacros Ecclesiarum Pastores firmetur, idem exarchatus metropolitanae Sedi Bhopalensi subdatur, instar Ecclesiae suffraganeae. Ea tandem quae praescripsimus ad effectum deducat Apostolicus in India Pro-Nuntius, vel ab eo delegatus vir. Qui vero negotium perfecerit, congrua documenta exaranda curet eaque ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undetricesimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. B. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. **DE FURSTENBERG**
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 5k.

XII

GULIELMOPOLITANAE ET PARAMARIBOËNSIS

Dioeceses Gulielmopolitana et Paramariboënsis, adhuc Sedi Apostolicae directo subiectae, metropolitanae Sedi Portus Hispaniae suffraganeae declarantur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si quis mente recogitet quae quantaque Nostra sit evangelicae legis prolatandae cura, quamque sollicita pastoralium fructuum exspectatio, is etiam plane intelleget cur libenti animo eorum accedamus votis, incepta complectamur, quae ad Christi religionem fovendam aptius conducant. Cumque ideo sacri dioecesium Gulielmopolitanae et Paramariboënsis Ordinarii opportunum fore existimaverint cumque fide-

lium bono utilitateque haud parva coniunctum, si eaedem cathedrales Ecclesiae, Apostolicae Sedi hucusque subiectae atque hoc ipso die curis Delegationis Apostolicae Portus Principis commissae, ad normam decreti Concilii Oecumenici Vaticani II, a verbis « Christus Dominus)) incipientis (cf. n. 40, 2), metropolitanae alicui Sedi unirentur, Portus Hispaniae nempe, quod propositum Nobis est accepimus ratumque habuimus. De sententia scilicet Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, postque auditum venerabilem Fratrem Mariam Iosephum Lemieux, Archiepiscopum titulo Solditanum atque Apostolicum in iis regionibus Delegatum, summa Nostra potestate decrevimus, ut dioeceses Gulielmopolitana et Paramariboënsis, ad hunc usque diem Apostolicae Sedi directo subiectae, metropolitanae Ecclesiae Portus Hispaniae tamquam suffraganeae in posterum addicantur, ad normam Codicis Iuris Canonici. Ea autem quae statuimus ad exitum adducenda curet venerabilis idem Frater Maria Iosephus Lemieux, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, suetaque documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undetricesimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 56.

EPISTULA

Ad Exc.mum P. D. Tullium Botero Salazar, Archiepiscopum Medellensem, ob celebranda sollemnia, primo saeculo volvente ab illa archidioecesi constituta.

Perquam acceptae Nobis fuerunt abs te omni cum humanitatis officio sane datae litterae, quibus edocti sumus te, Venerabilis Frater, consilium inivisse archidioecesis Medellensis magni faustique celebrandi sollemnis eventus, cuius proxime recordatio recurret : centum enim revoluti mox implebuntur anni, ex quo auspicio optimo ea constituta est.

Quod tanti facti commemorandi causa in animo habes, manifestum Nobis fecisti ; idque cum pernoverimus, valde probare et merito praeconio laudis honestare minime dubitamus.

Decet cumprimis per occasionem publicis significationibus sacras agitare laetitiae; decet et pia exsultatione summas Deo persolvere grates, a quo benefacta praeclara et singularia ab illis devenerunt primordiis. Recte eo diviniora aestimantur esse beneficia, quo plures et magnitudine doni et aevi diuturnitate complectuntur; quod si autem eadem saeculi intervallo interiecto simul considerantur, quodam modo magis grandescunt et grati animi sensus commovent bene cordatis viris, qui ad hos palam prodendos certatim accurrunt.

Pro temporis loco consentaneum sane aptumque erit scriptis et sermone dilucide collustrare initia, incrementa, decora omnia istius Ecclesiae, ad manus revocare ab origine annales, e quibus nobilitatis, nativae vestratum laudis, quaedam conspicua nota erui licet.

Praeter alia historia dignum est animadvertere istic per aetatum decursum magnam fieri frequentiam confluentium nomini Domini, adorantium in spiritu et veritate, evangelicam iustitiam sitientium.

Hoc quoque in bonum et in ornamentum vertit quod istic insignes natorum numero et honestate sunt familiae, quod ad sacerdotium et ad sacra claustra ineunda divinae vocationes crebrescunt, quod agricultura, artes, humanae litterae florent, ita ut, felicitate soli et industria civium, vita victu cultuque sat suavi traducatur, haud sine multorum exspectatione, ut salutari praesidio legum socialis iustitiae praecepta audentius ad effectum deducantur et promulgentur. Archidioecesi quoque perspicuo honori cedit condita Pontificia Bolivariana Stu-

diorum Universitas, magnum doctrinarum domicilium, de re sacra et civili apud vos egregie meritum et uberiores editurum exspectationi pares fructus, si illic omnia ad christianae sapientiae placita ordinatim et concinne disponentur.

Eerum autem gestarum patrias memorias repetentibus iure merito emerget etiam, qualia sint decora nomina sacrorum Antistitum, qui spatio exacto saeculi ad gubernacula venerandae istius Ecclesiae sederunt. Hos viros veteris fidei et magnitudine animi praeditos, pulchri amatores, divinae legis studiosos custodes, virtutum opifices, oportebit in praesens claro in lumine poni, hoc etiam salutari consilio, ut debiti eis reddantur gratae recordationis honores utque — quod quidem vehementer precamur et cupimus — ad prosperiorem provehendum statum dilectae istius archidioecesis sacerdotes omnes et praesertim in episcopali Cathedra sessuri magistri ab illis impressa vestigia pietatis, iustitiae et cum Petri Sede arctae communionis aemulo studio sequantur.

Quae ut eadem attingatur nobilis meta, hortandi sunt hisce in adiunctis rerum christifideles, ut catholicae fidei thesaurum, inaestimabilis pretii spiritualem hereditatem, indemnem semper sanumque servent, sera in aeva tradendum, atque eandem fidem, quae per caritatem operatur, plenitudine mirifici amoris faciant Spiritus Sancti fructuum copia fecundam.

Quam ob rem vocis tuae ministerio insonent illis in actione vitae apostolicae normae et ad fortiter agendum patiendumque salubria praecepta : « Per caritatem Spiritus servite ad invicem « Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores gratiae Dei)),[2] iunctis quodam modo pinnis suis alterius ad alterum[3] luce fidei, misericordiae affectu coniuncti. Multum optantes, ut celebritates coetusque ad honorandum expletum saeculum a condita archidioecesi Medellensi felicem gignant messem plurimi in evangelicae disciplinae via profectus, ac perpetua recordatione sint dignae, utque stata sollemnia peragantur cum melioris aevi Ecclesiae in America Latina auspicio, effusas divitias supernae bonitatis universis qui eis intererunt enixe invocamus : « Commendo vos Deo in verbo gratiae ipsius qui potens est aedificare et dare hereditatem in

[1] ***Gal.* 5, 13.**
[2] ***1 Petr.* 4, 9.**
[3] **Cfr. *Ezech.* 1, 9.**

sanctiflcatis omnibus ».[4] Horum denique supernorum munerum pignus tibi, Venerabilis Frater, cunctoque clero et fideli populo, tuis curis commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Ex aedibus Vaticanis, die **VIII** mensis Novembris, anno **MCMLXVIII,** Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Necdet Uran, Turcarum Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Mister Amlassador,

It is with special pleasure that We welcome you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of Turkey to the Holy See.

Your Excellency's kind words recali Our historie visit, which was a testimony to the excellent relations of cordial friendship existing between the Catholic Church and Turkey; and to Our admiration for a country, justly famed for its natural beauties and its artistic treasures, which We saw in Istanbul, Ephesus and Smyrna, with their religious memories.

We cherish the most consoling remembrance of the solemn and cordial welcome accorded Us by His Excellency the President of the Republic and by the Honourable Members of the Government. We then received a deep impression of the évolution of modern Turkey, through the wise and farseeing efforts of its statesmen.

Well aware of the condition of the Catholic Church in your country, We are confident that it will always enjoy the civil liberties enshrined in your constitution and the full trust of the Authorities ; for the great desire of Catholics is to contribute, ever more generously, to the spiritual and social good of the Nation.

[4] ***Act.* 20, 32.**

*** Die 5 mensis decembris a. 1968.**

Il y a longtemps que Nous connaissons ed admirons la vitalité humaine et chrétienne de votre belle patrie. Et la Providence Nous a permis, il y a bien des années, d'apprécier par une expérience directe la cordialité et la délicatesse de l'hospitalité canadienne. Expérience trop brève, malheureusement, mais qui Nous a laissé un inoubliable souvenir.

Nous avons suivi depuis lors avec un intérêt accru les événements qui concernaient votre Pays, tant dans le domaine politique et social que dans le domaine religieux, et Nous sommes heureux d'avoir aujourd'hui l'occasion d'exprimer, devant une personnalité aussi qualifiée que Votre Excellence, Notre confiance dans l'avenir du Canada.

Ce n'est pas que Nous méconnaissions la gravité et la difficulté des problèmes qui se posent à un Premier Ministre Canadien, au début d'une nouvelle législature, dans la situation présente du monde. La coexistence dans votre Pays de deux communautés linguistiquement et culturellement distinctes ajoute sans doute encore à la difficulté. Mais l'esprit positif et réaliste de vos compatriotes sait trouver les moyens d'assurer le progrès de la nation, en conciliant harmonieusement des intérêts parfois divergents. Et s'ils vous ont porté au très haut poste de responsabilité que vous occupez aujourd'hui, c'est précisément, Nous semble-t-il, parce qu'ils nourrissent la confiance que vous saurez promouvoir les intérêts généraux du Pays dans la bonne entente de tous ses habitants. Il est trop évident en effet que ce qui les unit est plus fort et plus important que ce qui les divise.

L'Eglise, en vertu de sa mission, est favorable, vous le savez, à tout

*** Die 16 mensis ianuarii a. 1969.**

ce qui rapproche les hommes dans une féconde collaboration. Elle ne peut donc que souhaiter voir se développer, au cœur de chaque nation, une volonté sincère et unanime au service du bien commun. Et elle fait une place, dans sa prière liturgique, à l'imploration en faveur des responsables de ce bien commun. C'est donc de grand cœur qu'elle forme des vœux, dont Nous sommes heureux de Nous faire l'interprète, pour le pacifique et fructueux déroulement de votre haute mission au service de votre Patrie.

La vocation universelle de l'Eglise lui fait par ailleurs un devoir d'élargir aux dimensions du monde ce souci de la bonne entente et de la collaboration entre les hommes, et c'est pourquoi elle s'engage si profondément dans la grande cause de la paix du monde. Votre Pays, Monsieur le Premier Ministre, est un Pays foncièrement pacifique, et Nous aimons à penser qu'il continuera, sous votre impulsion, à apporter avec autorité sa précieuse contribution à une cause si vitale pour l'avenir de l'humanité.

Nous avons confiance qu'il continuera aussi — et c'est par là que Nous voulons terminer — à donner à l'Eglise ces belles familles chrétiennes qui lui font tant d'honneur, et où le Seigneur se plaît si souvent à choisir ceux et celles qu'il appelle à une vocation plus haute. Nous vous confierons que ce n'est pas sans une profonde émotion que Nous avons Nous-même imposé les mains, le jour de l'Epiphanie, à de nouveaux Evêques, parmi lesquels figurait un fils de votre noble et chère Patrie canadienne.

Nous remercions Votre Excellence de l'aimable visite qu'elle a bien voulu Nous faire et de grand cœur Nous invoquons sur elle, sur sa famille et sur tout le Canada l'abondance des divines bénédictions.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

E.mo P. D. Francisco Card. König, Archiepiscopo Vindobonensi, Exc.mis Praesulibus, Clero et Christifidelibus Austriae, quinto saeculo volvente ab illa dioecesi constituta.

Unserem geliebten Sohn Franz Kardinal König, Erzbischof von Wien,

Unseren Mitbrüdern im Bischofsamt sowie allen Priestern und Gläubigen, die die Fünfhundertjahrfeier der Bistumsgründung begehen.

Euch allen gilt Unser väterlicher und brüderlicher Gruss in Christus Jesus, unserem Herrn.

Der Rückblick auf die Ereignisse der geschichtlichen Vergangenheit

lässt oft in augenfälliger Weise die wunderbaren Fügungen der göttlichen Vorsehung erkennen. Trotz vieler vergeblicher Bemühungen, trotz Widerstand und Schwierigkeiten erlangte Kaiser Friedrich III. schliesslich doch von Unserem Vorgänger Paul II. am 18. Januar 1469 die Errichtung des Bistums Wien. Gerade diese Gründung wurde, wie die Bilder Ihrer reichbewegten Geschichte zeigen, im Laufe der Jahrhunderte zu einer Quelle des Segens für die Kirche in Österreich, ja weit über die österreichischen Landesgrenzen hinaus.

So ist unser Herz heute vor allem von Dank gegen Gott erfüllt für das Zeugnis des Glaubens und die Werke der Liebe, für die Treue zur Kirche und zum Stellvertreter Christi, die in den Gläubigen der Wiener Erzdiözese auch in sturmbewegten Tagen stets lebendig waren und sind. Ja, lasst uns Gott in Jesus Christus danken, dass er aus so schwierigen und kleinen Anfängen so Grosses mit seiner Gnade geschaffen hat ! Er möge für immer dieses sein Werk segnen und alle, die dafür gearbeitet, gebetet und geopfert haben !

Mit Unserem Dank verbinden sich in dieser festlichen Stunde Unsere von Herzen kommenden Wünsche. Wir möchten sie in die Worte der Schrift kleiden: ((Stehet fest im Glauben!)),[1] ((Jeder von euch möge den gleichen Eifer in der Hoffnung zeigen !)),[2] « Seid eines Sinnes, von der gleichen Liebe und dem gleichen Geiste beseelt !)).[3]

((Stehet fest im Glauben !)). In den letzten Jahren ist eine wachsende Unruhe um die Grundfragen des Glaubens und des kirchlichen Lebens spürbar geworden. Wiederholt haben Wir daraufhingewiesen, dass Auffassungen vertreten werden, die nicht unerheblich von der überlieferten kirchlichen Lehre abweichen und die Ordnung in der Kirche zu gefährden drohen. Die vom Zweiten Vatikanischen Konzil eingeleitete Erneuerung, der begonnene innerkirchliche Dialog und das breite Interesse der Öffentlichkeit an den Fragen des Glaubens und des kirchlichen Lebens dürfen nicht zu Verwirrung und Auflösung führen, sondern müssen die entscheidenden Initiativen sein, die unter der Leitung des kirchlichen Lehramtes der Festigung und Vertiefung unseres Glaubens dienen. Ihr könnt hier, liebe Söhne und Töchter der Erzdiözese Wien, auf eine grosse Vergangenheit zurückblicken. Die echte Frömmigkeit euerer Väter und ihre Liebe zur Kirche haben sich in den herrlichen sakralen Bauwerken eueres Bistums ein bleibendes und stets mahnendes Denkmal geschaffen.

((Jeder von euch möge den gleichen Eifer in der Hoffnung zeigen !)).

1 *1 Petr.* 5, 9.
2 *Hebr.* 6, 11.
3 *Phil. 2, 3.*

Heute, wie vor fünfhundert Jahren in den Gründungstagen des Bistums Wien, steht die Menschheit an der Schwelle eines Zeitalters bedeutender Entdeckungen. Damals war es die Erforschung Amerikas, heute geht das Interesse über die Erde hinaus, in die Weite des Universums. Der nach oben gerichtete Blick des Menschen soll symbolhaft sein für unsere Haltung als Christen in dieser Welt. In der Lösung der vielen menschlichen Probleme dürfen wir nicht allein unser Vertrauen auf unsere menschlichen Kräfte und auf die materiellen Güter der Erde setzen, sondern unsere Hoffnung muss sich auf Gott richten. Er wird uns in vielen Fragen, die menschlich gesprochen ausweglos und unerträglich erscheinen, Licht und Kraft schenken.

« Seid eines Sinnes, von der gleichen Liebe und dem gleichen Geist beseelt ! ». Die grossen sozialen Probleme, denen sich die Völker heute gegenübersehen, fordern von uns Christen ein mitfühlendes Herz und eine helfende Hand. Doch möchten Wir dabei, wie schon bei anderen Gelegenheiten, in Erinnerung rufen, was heute leider oft übersehen und verneint wird, dass unsere Liebe zum Nächsten in einer inneren Abhängigkeit zur Gottesliebe steht. Nur die liebende Verbindung mit Gott ist die Kraftquelle aller Initiativen für die Lösung der sozialen Frage, für eine fruchtbare Zusammenarbeit im öffentlichen Leben, für die Werke des Friedens und der Caritas. Aus der Kraft der Gottesliebe heraus werdet Ihr auch auftretende Spannungen überwinden und die rechte Haltung gegenüber der Kirche, ihrer Autorität und ihren Institutionen in dem wichtigen Werk der Erneuerung, das ihr durch euere bevorstehende Diözesansynode einleitet, bewahren und festigen.

Ehrwürdige Brüder, liebe Söhne und Töchter ! Das Beispiel euerer Vorfahren, die grosse Tradition des österreichischen Landes und euere frohe und zuversichtliche Wesensart werden Unsere Wünsche verwirklichen lassen. Vor allem und immer aber wird es das Werk der göttlichen Gnade sein, die Wir in reicher Fülle für euch und euer Erzbistum Wien, für euer kirchliches Leben, und vor allem für die bevorstehende Synode erflehen, und als deren Unterpfand Wir euch allen von Herzen Unseren Apostolischen Segen erteilen.

Aus dem Vatikan, am Fest der Erscheinung des Herrn 1969.

PAULUS PP. VI-

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Februarii 1968. — Titulari episcopali Ecclesiae Salapinae praefecit R. D. Guerinum Grimaldi, e clero archidioecesis Salernitanae, curionem S. Petri in Camerellis, Antistitem Urbanum.

die 1 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Catulensi Exc. P. D. Renatum Luisi, hactenus Episcopum Neocastrensem.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Xapecoënsi Exc. P. D. Iosephum Gomes, hactenus Episcopum Bagensem.

die 12 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Neocastrensi R. D. Ferdinandum Palatucci, e clero Nuscano, Delegatum Episcopalem eiusdem dioecesis atque Praelatum honorarium Sanctitatis Suae.

die 2ÏÏ Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Ulciniensi praefecit Exc. P. D. Simonem Landersdorfer, hactenus Episcopum Passaviensem.

die 31 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi in Numidia R. D. Salvatorem Di Salvo, curionem Beatae Mariae Virginis a Providentia in oppido vulgo dicto Zafferana Etnea, archidioecesis Catanensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Rizzo, Archiepiscopi Rossanensis.

die 5 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Labicanae R. P. D. Paulum Carrière, Vicarium Generalem dioeceseos Catalaunensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iacobi Guilhem, Episcopi Valleguidonensis.

die 1 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Hipponensi Exc. P. D. Arturum Horsthuis, hactenus Episcopum Jalespolitanum.

die 9 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Atellanae Exc. P. D. Iosephum Ruotolo, hactenus Episcopum Uxentinum - S. Mariae Leucadensis.

die 11 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Geruntinae R. D.

Andream Bernardum Schierhoff, ab archidioecesi S. Ludovici, parochum pagi vulgo « Viacha » in archidioecesi Pacensi in Bolivia, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Manrique Hurtado, Archiepiscopi Pacensis in Bolivia.

—• Titulari episcopali Ecclesiae Caeretanae B. D. Hádumarum Esquivel, curionem paroeciae vulgo appellatae «Jesús de Machaca», in archidioecesi Pacensi in Bolivia, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Manrique Hurtado, Archiepiscopi Pacensis in Bolivia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novensi in Dalmatia R. D. Abelem Costas Montano, e dioecesi Cochabambensi, directorem Collegii dioecesani ((Pio XII », quem deputavit Auxiliarem Excfiii P. D. Iosephi Armandi Gutiérrez Granier, Episcopi Cochabambensis.

die 18 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Sebastiani Exc. P. D. Hyacinthum Argaya Goicoechea, hactenus Episcopum Mindoniensem-Ferrolensem.

die 20 Novembris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Uthinensi Exc. P. D. Henricum Iosephum 0'Brien, hactenus Archiepiscopum Hartfortiensem.

die 27 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Guzabetensi Exc. P. D. Flavianum Ariola, hactenus Episcopum Legazpiensem.

die 30 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Madensi Exc. P. D. Iosephum Germanum Benavides Morriberón, hactenus Episcopum Chachapoyasensem, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Leonardi Iosephi Rodríguez Bailón, Archiepiscopi Arequipensis.

die 2 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Ergadiensi et Insularum R. D. Colin MacPherson, e clero eiusdem dioecesis, curionem ad Immaculatae Conceptionis in oppido vulgo Fort William.

die 3 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tasaccorensi Exc. P. D. Benignum Chiriboga, hactenus Episcopum Latacungensem.

die 5 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Latacungensi R. D. Iosephum Marium Ruiz Navas, ex archidioecesi Quitensi, Subsecretarium Conferentiae Episcopalis Aequatorianae.

die 7 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Albasitensi R. D. Irenaeum Garcia Alonso, Curiae Metropolitanae Toletanae Cancellarium.

die 9 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Campitemplensi, noviter erectae, Exc. P. D. Brunonem Wechner, hactenus Episcopum tit. Cartenitanum.

die 11 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Minoricensi R. D. Michaelem Moneadas Noguera, e clero eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Saginavensi Exc. P. D. Franciscum F. Reh, hactenus Episcopum tit. Macrianensem in Mauretania.

— Titulari episcopali Ecclesiae Dragonariensi R. D. Stephanum Wesoly, e clero dioecesis Katoviciensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Stephani S. R. E. Card. Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis.

die 16 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi Concordiae R. D. Andream Quelen, e clero dioecesis Corisopitensis, curionem ad S. Aloisii in urbe vulgo Brest, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Henrici Mazerat, Episcopi Andegavensis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Thermitanae seu Hymerensi R. P. D. Antonium Mariam Travia, archidioecesis Panormitanae sacerdotem, Praelatum honoris causa Sanctitatis Suae atque Nuntiaturae Apostolicae in Italia Consiliarium.

die 19 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Merciorum R. P. D. Iosephum Gray, Vicarium Generalem archidioecesis Birminghamiensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Andreae Beck, Archiepiscopi Liverpolitani.

die 21 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vagensi R. D. Iosephum Gucwa, e clero dioecesis Tarnoviensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Ablewicz, Episcopi Tarnoviensis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Emmausensi Exc. P. D. Franciscum Costa, Assidentem Ecclesiasticum Societatis Actionis Catholicae Italiae, hactenus Episcopum titularem Emmausensem.

die 23 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tadamatensi R. D. Eugenium Ernoult, Vicarium Episcopalem in dioecesi Rhedonensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis Vial, Episcopi Nannetensis.

die 2If Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Hortensi R. P. D. Paulum Marcinkus, e clero archidioecesis' Chicagiensis, Praelatum honoris causa Sanctitatis Suae atque Nuntiaturae Apostolicae Consiliarium.

die 28 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Hartfortiensi Exc. P. D. Ioannem F. Whealon, hactenus Episcopum Eriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Patensi Exc. P. D. Georgium Scarso, hactenus Episcopum tit. Gemellensem in Numidia.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Marcellianensi Exc. P. D. Iosephum Petrum Costa, hactenus Episcopum Caëti-

tensein, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Alexandri Gonçalves do Amaral, Archiepiscopi Uberabensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Motulensi R. P. D. Bernardum Iosephum Me Laughlin, Vicarium Generalem dioecesis Buffalensis, quem deputavit Auxiliarem Exdmi P. D. Iacobi Aloisii Me Nulty, Episcopi Buffalensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cursolensi R. P. D. Thomam Beniaminum Fulton, Cancellarium curiae metropolitanae Torontinae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Philippi Francisci Pocock, Archiepiscopi tit. Isauropolitani, Administratoris Apostolici « sede plena » archidioecesis Torontinae et Coadiutoris cum iure successionis Emi P. D. Iacobi Caroli S. R. E. Card. McGuigan, Archiepiscopi Torontini.

die 30 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Matamorensi R. D. Sabam Magaña García, e clero archidioecesis Moreliensis, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis Matamorensis.

— Cathedrali Ecclesiae Raphaèliensi R. D. Antonium Alfredum Brasca, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis Raphaëliensis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Alexanensi Exc. P. I). Thomam Albertum Clavel Méndez, hactenus Archiepiscopum Panamensem.

die 8 Ianuarii 1969. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Civitatensi Exc. P. D. Martinum Michaelem Johnson, hactenus Archiepiscopum Vancuveriensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensi Exc. P. D. Iacobum Franciscum Carney, hactenus Episcopum tit. Oboritanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zertensi Exc. P. D. Eduardum Aloisium Fitzgerald, hactenus Episcopum Vinonaensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maxitensi Exc. P. D. Camillum Andream Le Blanc, hactenus Episcopum Bathurstensem in Canada.

— Cathedrali Ecclesiae Vinonaensi Exc. P. D. Loram Iosephum Watters, hactenus Episcopum tit. Fidolomensem.

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

INSTRUCTIO DE ACCOMMODATA RENOVATIONE INSTITUTIONIS AD VITAM RELIGIOSAM DUCENDAM

PROOEMIUM

Renovationis causam suscipiens, ut Ecclesia abundantiora spiritualium virium copia polieret, et ad nuntium salutis hominibus nostrae aetatis impertiendum evaderet paratior, Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum iis etiam curas non leves adhibuit, qui divinum vocationis religiosae donum persequuntur, eorumque vitae naturam, rationem, momentum in clariore luce collocavit.[1] Circa quorum condicionem in corpore Ecclesiae haec asseveravit : « Status ... qui professione consiliorum evangelicorum constituitur, licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet)).[2]

Praeterea « cum ecclesiasticae Hierarchiae munus sit Populum Dei pascere et ad pascua uberrima ducere (cfr. *Ez.* 34, 14), ad ipsam spectat evangelicorum consiliorum praxim, quibus perfectio caritatis erga Deum et proximum singulariter fovetur, legibus suis sapienter moderari. Ipsa etiam, Spiritus Sancti impulsus dociliter sequens, regulas a praeclaris viris et mulieribus propositas recipit et ulterius ordinatas authentice approbat, necnon Institutis ad aedificationem Corporis Christi passim erectis, ut secundum spiritum fundatorum crescant atque floreant, auctoritate sua invigilante et protegente adest ».[3]

Verum nihilominus constat alacrem vigorem, praesertim renovationem vitae spiritualis, evangelicae et apostolicae, qua Religiones animentur oportet, dum indefatigato nisu ad caritatem in dies altiorem ipsis est contendendum, ex iis potissimum pendere, quibus munus concreditum est regendi, nomine quidem Ecclesiae et ope gratiae caelestis, eadem Instituta, simulque ex magnanima cunctorum sodalium cooperatione. In ipsa enim natura vitae religiosae, perinde ac in ipsa Eccle-

[1] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 43ss.; Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis.***

[2] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.**

[3] **Ib., n. 45.**

siae natura, positum est, ut illa eam secum ferat structuram, sine qua nulla societas, ne supernaturalis quidem, finem suum assequi possit, neque aptiora subsidia, quibus ad hunc perveniatur, valeat suppeditare.

Quam ob rem Ecclesia, per experientiam quoque edocta, quam saeculorum decursu hausit, permota est, ut corpus legum canonicarum paulatim conficeret, quae ad vitae religiosae firmitatem atque profectum ante actis temporibus non paulum contulerunt. Neminem autem latet accommodatam Institutorum renovationem, prout nostrae huius aetatis condiciones postulent, effici non posse nisi normae canonicae, ad structuram et subsidia vitae religiosae pertinentes, recognoscantur.

Quoniam autem « Institutorum accommodata renovatio a sodalium institutione maxime pendet »,[4] multae Religiones virorum et mulierum, renovationi a Concilio expetitae operam dare cupientes, diligenti inquisitione peracta ac saepe opportunitate oblata praeparandi specialis Capituli generalis, quod per Litteras Apostolicas « Ecclesiae sanctae » motu proprio datas praescribitur,[5] annisae sunt, ut accuratius condiciones définirent, quibus accommodata renovatio institutionis per gradus tradendae sodalibus, qui ad vitam religiosam informantur, ad effectum deduceretur.

Ita factum est, ut vota quaedam proferrentur ac Sacrae Congregationi pro Religiosis et Institutis Saecularibus, praesertim ab « Unione Superiorum Generalium », proponerentur. Quae postulationes eo profecto spectabant, ut normae canonicae, quibus religiosorum institutio in praesenti regitur, ita relaxarentur, ut Societates secundum decreti « Perfectae caritatis » praescriptum,[6] totum institutionis cursum aptius accommodarent mentis habitui hominum novae huius aetatis, vitae condicionibus nunc obtinentis, atque etiam apostolatus necessitatibus hodiernis, indole tamen et fine peculiari cuiusque Instituti fideliter servatis.

Liquet vero novas leges certa ac definita ratione ferri non posse, nisi respectu habito experimentorum, quae quidem intra fines satis amplos et per satis diuturnum temporis spatium fuerint capta, ut fieri possit iudicium rebus innixum. Quod sane verissimum est, cum implicatae rerum condiciones, earum pro locis varietas et celeriores cotidie mutationes eos, quorum est hac aetate iuvenes ad germanam vitam religiosam instituere, non sinant « a priori » affirmare, quae viae sint optimae.

[4] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 18.**
[5] **Cfr. Motu proprio *Ecclesiae sanctae,* II, n. 3.**
[6] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 3 ss.**

Qua de causa Sacrae Congregationi pro Religiosis et Institutis Saecularibus, postquam plures sibi datas sententias de diversis spatiis institutionis ad vitam religiosam ducendam mature excussit, expedire visum est quasdam leges canonicas relaxare, ut necessaria experimenta fieri possent. Verumtamen, si de iuridicis normis nonnihil detrahitur, plurimum interest, ne quid detrimenti primariis bonis inferatur, quae tueri iisdem vigentibus legibus merito est propositum. Iamvero « serio perpendendum est optimas accommodationes ad necessitates temporis nostri peractas effectum non sortiri, nisi animentur renovatione spirituali ».[7]

Ut igitur recognitio subsidiorum normarumque vitae religiosae authentica sit, simul requiritur, ut iterum ea definiantur, quae in eadem vita religiosa sunt praecipua, quippe quorum tuitio sit finis ipsarum normarum. Propter hoc eoque consilio, ut novarum ordinationum vis, praesenti Instructione statutarum, melius intellegeretur, haec Sacra Congregatio non ab re esse censuit illis quaedam animadversione digna praeponere.

1
DE NONNULLIS RATIONIBUS ET PRINCIPIIS

1 - Non solum implicatae condiciones, de quibus est supra mentio iniecta, sed etiam, ac quidem maxime, augescens Institutorum eorumque operum diversitas minus atque minus sinunt aptas normas sancire, quae eadem ratione ad omnia simul Instituta et ad cunctas regiones pertineant. Quocirca normae multo latius patentes, quae hac Instructione eduntur, singulis Societatibus facultatem dant illas prudenter sequendi vias, quae ipsis magis conveniant.

Peculiari vero modo monendum est, in institutione et educatione, optimas vias non esse prorsus easdem pro virorum atque mulierum Societatibus. Praeterea rationes et subsidia institutionis differant necesse est, prout de Religione uni contemplationi dedita agatur aut de Instituto operibus apostolicis addicto.

2 - Quaestiones autem e facultate orientes, quae hac Instructione Institutis conceditur substituendi, si id opportunum putaverint, pro votis temporariis alius generis vincula, suadent, ut natura et momentum ipsius professionis religiosae in memoriam revocentur. Haec enim professio, qua sodales « per vota aut alia sacra ligamina, votis propria

[7] **Ib., n. 2 e).**

sua ratione assimilata »,[8] ad tria consilia evangelica persequenda se obligant, consecrationem efficit, qua quis se Deo totum tradit, cui soli merito offertur donum tam absolutum personae humanae. Congruit autem magis naturae eiusmodi doni, ut perficiatur et significantissime exprimatur professione perpetua, sive simplex sit sive sollemnis. Re quidem vera ((tanto ... perfectior erit consecratio, quo per firmiora et stabiliora vincula magis repraesentatur Christus cum sponsa Ecclesia indissolubili vinculo coniunctus ».[9] Ita fit, ut professio religiosa sit actus religionis peculiarisque consecratio, qua quis Deo se devovet.

Neque solum secundum Ecclesiae doctrinam, sed etiam ex ipsa huius consecrationis natura votum oboedientiae, quo religiosus plenam sui abdicationem consummat et una cum castitatis ac paupertatis perfectum veluti sacrificium immolat Deo, ad essentiam pertinet professionis religiosae.[10]

Hoc modo Christo consecratus, religiosus simul servitio Ecclesiae mancipatur, atque secundum vocationem suam adducitur, ut perfectionem caritatis apostolicae exerceat, quae eum urgere et impellere debet, sive in vita contemplationi penitus dedita sive in variis operibus exsequendis. Est tamen animadvertendum, quamquam in Institutis apostolatui addictis ((ad ipsam naturam vitae religiosae pertinet actio apostolica et benefica hanc non esse primarium professionis religiosae finem ; atque, ceterum, eadem apostolatus opera plane posse obiri sine consecratione e statu religioso exorta, licet haec eum, qui iisdem se obligaverit, adiuvare queat ac debeat, ut se impensius det apostolatui.

Quodsi ergo vita religiosa quoad subsidia et formas, quibus ad usum deducitur, utiliter renovatur, nullatenus tamen licet asseverari ipsam professionis religiosae naturam esse immutandam vel ea deminuenda, quae eadem ut sibi propria postulet : siquidem iuvenes, a Deo ad statum religiosum vocati, nostris hisce temporibus non minus optant, immo percupiunt hanc vocationem quoad omnia perficere, quae ea secum fert, dummodo sint certa ac genuina.

3 - Attamen, praeter vocationem religiosam vere proprieque dictam, Spiritus Sanctus in Ecclesia excitare non desinit, praesertim recenti aetate, multa Instituta, quorum sodales, aliquo sacro ligamine devincti aut non astricti, vitam communem ducere et consilia evangelica sta-

[8] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.**

[9] **Ib.**

[10] **Cfr. Decr. de accomm, renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 14.**

[11] **Ib., n. 8.**

tuunt implere ea mente, ut variis apostolatus vel caritatis operibus sese addicant. Ecclesia authenticam variarum eiusmodi formarum vitae naturam sanxit quidem et approbavit; verum hae statum religiosum non efficiunt, quamquam huic, quod ad leges attinet canonicas, saepius aliquatenus similes redduntur. Normae igitur et praeceptiones, quae hac Instructione continentur, ad Instituta religiosa vere proprieque dicta proxime spectant. Alia vero Instituta illas, si voluerint, sequi poterunt in iis, quae ad sodalium suorum recte temperandam institutionem pertinent quaeque indoli operum, ad quae incumbunt, magis congruant.

4 - Ut vero facultates hac Instructione concederentur, plures res cognitae atque compertae suaserunt, quas breviter attingere expedit.

Germana enim institutio ad vitam religiosam ducendam potius progressione quadam nostris hisce temporibus impertienda esse videtur atque ad longius spatium protrahenda; siquidem complecti debet tempus novitiatus et annos primum vinculum temporarium subsequentes. Quo in formationis cursu novitiatus suum pondus prorsus servare debet, utpote pro quo nihil substitui possit quique singulariter ad ipsa spectet vitae religiosae initia. Ad quem finem non pervenitur, nisi futurus novitius saltem aliqua praeparatione humana et spirituali sit instructus, quam non solum probare convenit, sed saepe etiam complere.

Novitiatus profecto unicuique candidato eo tempore est peragendus, quo is, conscius se a Deo esse vocatum, eam maturitatem humanam et spiritualem sit consecutus, qua sufficienti ac debita cum oneris cognitione et libertate statuere valeat huic vocationi respondere. Non est quidem ineunda vita religiosa nisi eiusmodi decisio libere capiatur et seiunctio ab hominibus et rebus, quam illa secum fert, accipiatur. Quae prior deliberatio necessario non postulat, ut candidatus statim ea omnia efficere valeat, quae vita religiosa et opera Instituti exigunt, sed ipse idoneus sane haberi debet, qui progressione quadam eo perducatur. Maior enim difficultatum pars, quae in novitiorum institutione hac aetate reperiuntur, inde solet oriri, quod hi, cum ad novitiatum admittuntur, satis maturitatis non sunt adepti.

Itaque praeparatio ad novitiatum inchoandum eo magis ac magis necessaria videtur, quo mundus christiana religione minus est imbutus. Iamvero plurimis in casibus aptatione spirituali et psychologica, per gradus procedente, prorsus opus esse apparet, ut animi ad illam componantur separationem, qua a vita atque etiam ab ipsis consuetudinibus saecularibus receditur. Iuvenes autem, nostro quidem aevo, vita reli-

giosa allecti, non vitam facilem quaerunt, immo id, quod est absolutum, magnopere sitiunt; attamen eorum vita fide alita saepe rudimentis tantum doctrinae innititur, cum, ex contrario, profanis disciplinis sint magis eruditi.

Inde consequitur, ut cunctae Religiones, iis non exceptis, quae postulatum haud praescribunt, magnum momentum oporteat tribuant huic ad novitiatum praeparationi. In Institutis quidem, scholas apostolicas vel collegia vel seminaria habentibus, candidati ad vitam religiosam directe ad novitiatum solent transire. Expedit tamen recogitare, utrum hic agendi modus sit servandus, an praestet, quo melius animi ad decisionem de vita religiosa, plena cum oneris cognitione, capessenda praeparentur, admissioni ad novitiatum congruum probationis tempus praeponere, ut candidatus ad maturitatem humanam et affectivam assequendam adiuvetur. Ceterum, etsi agnosci oportet hasce quaestiones pro regionibus esse diversas, affirmetur tamen necesse est aetatem, admissioni ad novitiatum congruentem, diutius, quam antea contigit, esse prolatandam.

5 - In Societatibus apostolatus operibus deditis, quod ad institutionem in novitiatu tradendam attinet, compertum est potiorem in ea rationem ducendam esse necessitatis novitios ab ipso initio et modo magis directo praeparandi ad vitae genus et ad opera, quae futuro tempore suscipient, eosque docendi in ipsa vita sua illam paulatim perficere cohaerentem unitatem, qua contemplatio et actio apostolica inter se copulentur ; quae quidem unitas est e praecipuis ac primariis earundem Societatum bonis. Ad hanc vero unitatem comparandam requiritur, ut recte intellegantur ipsa ratio vitae spiritualis propria et viae, quibus ad arctiorem cum Domino coniunctionem perveniatur, uno eodemque movente amore erga Deum et homines, qui sive solitario eoque intimo commercio cum illo commonstratur sive magnanimo laboribus apostolicis se devovendi studio. Oportet vero iuvenes religiosi moneantur hanc tantopere expetitam unitatem, ad quam omnis nititur vita, ut perfecte se valeat explicare, non in ipso ordine operum effici, neque pro more ratione psychologica percipi, cum in ipsa divina insideat caritate, quae est vinculum perfectionis omnemque superat sensum.

Ad hanc autem unitatem adipiscendam, qua quis non potitur nisi abdicatione sui diu se exercuerit nec nisi assidue sit annisus intentionem in ipsa actione purificare, necesse profecto est, ut lex ipsi vitae spirituali inhaerens in memoratis Religionibus fideliter servetur, quae in eo posita est, ut apte inter se conveniant tempora solitudini, ubi Deo

vacetur, tributa ac tempora variis operibus et necessitudinibus humanis, quas illa secum ferunt, dicata.

Ut igitur novitii, dum nonnullis operibus Instituti propriis exercentur, momentum huius legis habeant comprehensum eique assuescant, expedire videtur Societatibus, quae id sibi profuturum censuerint, facultatem concedere in cursum novitiatus inducendi actuositatem formativam seu tempora experimentorum faciendorum, quae cum operibus et vitae genere iisdem propriis congruant.

Est igitur animadvertendum eiusmodi actuositatem formativam, quae institutionem compleat novitiatus, non eo spectare, ut novitiis ea impertiatur formatio, artibus technicis exercendis muneribusque obeundis consentanea, quam nonnulla apostolica opera postulant et quae serius iis tradetur, sed ut eos adiuvet ad perspicienda, inter ipsam huiusmodi operositatem, ea, quae ipsorum ad vitam religiosam vocatio exigat, et quomodo ei fideles maneant oporteat.

Re quidem vera religiosi, in tanta operum apostolicorum diversitate, quae ipsis obversantur, meminerint se ipsos, aliter ac Instituta saecularia, quae in operibus sibi propriis exsequendis huius mundi utuntur instrumentis aut munera implent temporalia, prae primis, secundum ipsam Concilii doctrinam, esse debere, modo prorsus singulari, testes Christi in sinu Ecclesiae : « Sollicite attendant religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies, sive fidelibus sive infidelibus, melius commonstret, vel in monte contemplantem, vel turbis Regnum Dei annuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem, et omnibus benefacientem, semper autem voluntati Patris qui Eum misit oboedientem » .[12]

Diversa sunt enim dona : qua de causa unusquisque vocationi sibimet ipsi attributae inhaereat ; siquidem aliud est munus eorum, qui ad statum religiosum in Ecclesia sunt vocati, aliud munus Institutorum saecularium, aliud denique munus temporale et apostolicum laicorum, qui peculiari ratione in aliquo Instituto Deo dicati non sunt.

Haec profecto, ad vocationem propriam quod attinet, prospiciens, is, qui a Deo ad statum religiosum amplectendum asciscitur, perspectam habeat vim et significationem institutionis, quae ei in novitiatu tradi incipiat.

Natura ergo et momentum, ad educationem pertinens, huiusmodi

[12] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46.**

actuositatis, nec non opportunitas eam novitiatus cursui inserendi diversa omnino ratione debent aestimari, prout agatur de Institutis virorum aut feminarum, de religiosis Societatibus contemplationi deditis aut operibus apostolicis.

Ceterum efficacitas huius institutionis, quae impertitur, dum simul maior libertas amplior que agilitas praebentur, multum etiam e firmitudine ac prudentia pendent, quibus in moderatione Magister novitiorum et ii cuncti utuntur, qui post novitiatum ad iuvenum religiosorum formationem operam conferunt. Est magnum etiam pondus attendendum, quod in huiusmodi institutionis causa tribuatur oportet communitati generosae, ferventi, concordi, cuius in gremio iuvenes religiosi experiendo condiscere valeant mutui auxilii fraterni momentum, vi cuius progressus facere et in vocatione sua perstare expeditius possint.

6 - Ut igitur huic ipsi necessitati institutionis per gradus procedentis consuleretur, est posita quaestio de producendo temporis spatio, professionem votorum perpetuorum praecedente, quo, probationis causa, temporariis vinculis aliquis astringitur, atque de substituendis in locum votorum temporariorum vel de iisdem praeponendis alius generis ligaminibus.

Expedit quidem, ut religiosus, quo tempore vota perpetua emittit, ad eum spiritualis maturitatis gradum pervenerit, qui necessarius est, ut status religiosus, quo certum stabilemque in modum sese obstringit, sit ipsi revera subsidium ad perfectionem et maiorem caritatem facilius consequendam, non onus nimis grave ad portandum. Nihilominus, quibusdam in casibus, prorogatio probationis temporariae hanc maturitatem potest fovere, in aliis vero detrimenta afferre, quae non ab re est indicare. Ee enim vera non semper maturitas adiuvatur, si quis per nimium tempus in dubitatione incertus versetur; qui status aliquibus causa esse potest cuiusdam ad inconstantiam proclivitatis. Accedit quod, si quis ad professionem perpetuam non admittitur, reditus ad laicorum vitam saepe necessitatem adducit se iterum aptandi, quae quidem res eo est gravior ac difficilior, quo longius fuit tempus in condicione vinculorum temporariorum transactum. Superiores igitur conscii sint oportet muneris sui et oneris hac in re, neque in postremum tempus decisionem religiosum in saeculum remittendi differant, quam maturius capere potuerunt ac debuerunt.

7 - Quodlibet autem Institutum ne decernat facultate uti hac Instructione concessa, pro votis temporariis alius generis ligamina substituendi, nisi causam et naturam huius mutationis plane perspexerit atque expen-

derit. Neque dubitari licet, quantopere intersit, ut is, qua a Domino Iesu admoneri se sentit, ut Omnia relinquat ipsumque sequatur, huic invitationi magnanimiter ac toto corde, ab ipso vitae religiosae initio, obtemperet ; cui quidem sacro vinculo professio votorum temporariorum est prorsus consentanea. Etenim priorum votorum professio, quamvis, eo quod est temporaria, probationis notam prae se ferat, candidatum tamen consecrationis, status religiosi propriae, reapse participem reddit.

Verumtamen praeparatio ad vota perpetua etiam sine votorum temporariorum professione potest haberi. Re enim vera, ut saepius hac nostra quam ante actis aetatibus comperitur, quidam, novitiatum absolventes, nondum adepti sunt maturitatem religiosam, quae sufficiat, ut statim votis religiosis devinciantur, quamvis in dubitationem non sit vocanda generosa eorum indoles et ad statum religiosum vocationis authentica natura ; scilicet animus eorum fluctuans, num vota sibi sint emittenda, saepe penitus simul conscius est postulatorum et gravis momenti professionis perpetuae, quam expetunt et ad quam se cupiunt praeparare. Hac de causa nonnullis Religionibus expedire videtur, ut novitii, post emensum novitiatum, alio temporario ligamine quam votis sese astringant, quo quidem duplex eorum desiderium expletur Deo et Instituto se tradendi atque ad professionem perpetuam plenius se praeparandi.

Quaecumque autem est temporarii huius ligaminis forma, fldelitati erga veram vocationem religiosam consentaneum est, ut illud ad ea aliquo modo referatur, quae tria postulant consilia evangelica, atque adeo iam ad unam professionem perpetuam plane dirigatur, cuius est veluti tirocinium et praeparatio.

8 - Qui obligationem suscipit Dominum in vita religiosa sequendi, verborum eiusdem Domini memor quidem sit : « Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno Dei)) (Lc. 9, 62). Verumtamen difficultates psychologicae et ad animi affectum spectantes, quibus nonnulli, dum vitae religiosae se paulatim accommodant, urgentur, non semper auferuntur, quo tempore iidem novitiatum absolvunt; quamvis non sit merito dubitandum, quin vocatio eorum possit authentica esse. Non paucis in casibus, Superiores absentiam permittentes, de qua in iure cautum est, eiusmodi sodalibus opportunitatem queunt praebere tempus extra domum Instituti agendi, ut difficultates facilius expedire possint. Sed in aliis casibus iisque difficilioribus, haec via non semper sufficit : Superiores tunc poterunt sodalibus suadere,

ut ad saeculum revertantur, ratione habita, si casus ferat, facultatis n. 38 huius Instructionis concessae.

9 - Institutio demum religiosa, progressione magis procedens atque prudenti consilio in diversa vitae iuvenis religiosi spatia dispertita, seria votorum perpetuorum praeparatione ad absolutionem perducatur. Optandum est enim, ut huic actui unico et praecipuo, quo religiosus Deo in perpetuum consecratur, praeparatio satis diuturna proxime praeponatur, quam is in sacro recessu et oratione peragat, ita ut haec praeparatio quasi alter novitiatus possit haberi.

II
DE PECULIARIBUS NORMIS

Itaque Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis Saecularibus, necessaria et utilia experimenta cupiens fovere, accommodatae institutionis religiosorum renovationi conducibilia, postquam haec omnia in Plenariis Coetibus diebus 25 et 26 mensis iunii, anno nuperrime elapso actis, mature perpendit, de speciali Summi Pontificis Pauli Pp. VI mandato, per hanc Instructionem, statuere atque edere has, quae sequuntur, normas sibi curae habuit.

10 - I. Institutio ad vitam religiosam ducendam duo spatia praecipua et necessaria comprenhendit, videlicet : novitiatum et tempus probationis, quod novitiatum subsequens Societatum indoli congruens tempus durat et quo sodales votis vel aliis ligaminibus temporariis sunt astricti.

II. Probatio autem praevia, cuius tempus varium est quodque, in nonnullis Institutis praescriptum, postulatus nomine venit, admissionem ad novitiatum ex more praecedit.

11. - I. Huic praeviae probationi propositum est, ut non solum de aptitudine et vocatione candidati iudicium fiat, sed etiam ut comperiatur, quae sit eius doctrinarum religiosarum cognitio et, si opus sit, ea compleatur modo, qui necessarius visus fuerit; ac denique ut progressione quadam a vita in saeculo ad vitam novitiatus propriam transeatur.

II. Per huius probationis tempus singulari ratione explorandum est, num candidatus ad vitam religiosam necessariis praeditus sit qualitatibus maturitatis humanae et ad animi affectus pertinentis, ita ut spes affulgeat eundem capacem fore ad obligationem status religiosi rite suscipiendam et in hac, imprimis novitiatus tempore, ad pleniorem maturitatem continenter èsse profecturum.

III. Quodsi in quibusdam casibus difficilioribus Superior censuerit, consentiente eo, cuius interest, medicum psychologum, in arte sua vere peritum, prudentem et principiis moralibus commendatum, consulere, optandum est, ut, ad maiorem efficacitatem assequendam, hoc examen non nisi post satis diuturnum tempus probationis transactum fiat, ea mente, ut medicus speciali disciplina insignis post experimenta proferre possit iudicium.

12 - 1. In Societatibus, in quibus postulatus sive iure communi sive per Constitutiones praescribitur, Capitulum generale, normas huius Instructionis prae oculis habens, poterit tempus postulatus ita disponere, ut meliori ad novitiatum ineundum praeparationi congruat.

II. In aliis Institutis Capituli generalis est naturam ac tempus praeviae huius probationis praefinire, quae quidem pro candidatis diversa esse potest. Verumtamen, ut efficacitatem adipiscatur, haec probatio ne sit nimis brevis, neque ex more duos superet annos.

III. Optandum est, ne haec probatio in ipsa novitiatus domo peragatur. Expedire etiam poterit, ut tota vel ex parte extra Religionis domum fiat.

IV. Praeviae huius probationis tempore, etiamsi extra domum Instituti eam haberi contingat, candidati moderationi religiosorum peritorum committantur, sitque inter hos et Magistrum novitiorum assidua cooperatio, ut continuitati institutionis prospiciatur.

13 - I. Vita religiosa incipit a novitiatu. Huic, quicumque est finis peculiaris Religionis proprius, est propositum, ut novitius ea cognoscat, quae ut primaria et praecipua vita religiosa postulat, atque, ad caritatis perfectionem consequendam, consilia evangelica castitatis, paupertatis et oboedientiae, quae ((per vota aut alia sacra ligamina, votis propria sua ratione assimilata »[13] suo tempore profitebitur, ad usum deducat.

II. In illis Societatibus, in quibus « ad ipsam naturam vitae religiosae pertinet actio apostolica et benefica »,[14] novitii etiam per gradus instituantur, ut operibus fini Instituti consentaneis se dedant, illam cum Christo unionem efficientes, unde omnis ipsorum actio apostolica procedat oportet.[15]

14 - Superiores, quorum est candidatos ad novitiatum admittere, vigilanti cura ne eo accedere sinant nisi illos, qui aptam indolem et

[13] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.**

[14] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 8.**

[15] **Cfr. ib.**

sufficientes maturitatis qualitates praebeant, quae necessariae putantur, ut vitam religiosam, Societatis propriam, valeant inire.

15 - I. Novitiatus, ut validus sit, peragi debet in domo ad hoc rite designata.

II. Fiat vero in communitate vel coetu novitiorum, fraterna caritate inter se coniunctorum sub moderatione Magistri. Condiciones vitae atque genus operum et laborum novitiis credendorum ea statuantur mente, ut novitiorum institutionem adiuvent et provehant.

III. Haec autem formatio, secundum doctrinam a Domino in Evangelio traditam et secundum ea, quae finis particularis et spiritualis Societatis disciplina requirunt, eo praecipue pertinet, ut novitii paulatim discant iis omnibus se abdicare, quae ad regnum Dei non spectant, doceantur colere humilitatem, oboedientiam, paupertatem, orationi instare et coniunctionem servare cum Deo, una cum animo prompto ad motus Spiritus Sancti excipiendos, ac denique mutuum sibi praebere auxilium spirituale in caritate sincera et simplici.

IV. Novitiatus exigit quoque, ut studio et meditationi Sacrae Scripturae opera detur, institutio praeterea de rerum spiritualium doctrina et usu tradatur, quae necessaria est ad vitam supernaturalem, Deo coniunctam, promovendam et ad statum religiosum animo comprehendendum, atque vita liturgica et disciplina spirituali Societatis propria candidati initientur.

16 - I. Ad novitiatus constitutionem non requiritur licentia Apostolicae Sedis; sed est supremi Religionis Moderatoris, de consensu eius Consilii, et secundum Constitutionum praescriptum, constitutionem novitiatus decernere aut permittere, eius rationes, quod ad peculiares vitae condiciones attinet, definire, atque eius sedem in aliqua Societatis domo collocare.

II. Quo aptius quibusdam necessitatibus institutionis novitiorum prospiciatur, supremus Religionis Moderator permittere potest, ut novitiorum coetus, per certa temporis spatia, in alia Instituti domo, a se designata, commorentur.

17 - Supremus Religionis Moderator, si necessitas postulet, potest, de consensu sui Consilii et audito Superiore provinciali, cuius interest, permittere etiam plurium novitiatuum in eadem provincia constitutionem.

18 - Quoniam vita communis ad novitiorum institutionem summam vim habet, supremus Religionis Moderator, si exiguus novitiorum numerus ad vitam communem promovendam non aptus esse videatur, novi-

tiatum apud Instituti communitatem, si fieri possit, collocet, quae ad formationem parvi eiusmodi coetus novitiorum fovendam adiuvandamque idonea sit.

19 - In casibus particularibus et ad modum exceptionis, supremus Moderator facultate praeditus est concedendi, de consensu sui Consilii, ut candidatus novitiatum in alia suae Societatis domo, quae non sit novitiatus domus, sub moderatione alicuius probati religiosi, qui partibus Magistri novitiorum fungatur, valide peragat.

20 - Superior maior ob causam, quam iustam existimaverit, potest indulgere, ut prima professio extra novitiatus domum emittatur.

21 - Novitiatus ita descriptus, ut valide perficiatur, duodecim menses debet complecti.

22 - 1. Absentia a coetu et a domo novitiatus, quae tres menses, sive continuos sive intermissos, superet, ipsum novitiatum invalidum reddit.

II. Quod ad absentiam attinet tribus mensibus breviorem, Superiorum maiorum est, audito novitiorum Magistro et ratione habita absentiae causae, in singulis casibus decernere, utrum expediat necne eiusmodi absentiam explere, prorogationem novitiatus praecipiendo eiusdemque prorogationis tempus statuendo. Quod quidem etiam per Constitutiones potest definiri.

23 - 1. Capitulum generale, maioritate duarum saltem partium suffragiorum e tribus, decernere potest, experimenti causa, ut ad complendam novitiorum institutionem, unum vel plura temporis spatia actuositati formativae, cum indole Instituti congruenti, tribuenda extra novitiatus domum peragantur, prout, iudicio novitiorum Magistri et de consensu Superioris maioris, unum vel plura eiusmodi spatia formationi utilia visa fuerint.

II. Haec temporis spatia probationis formativae unum vel plures novitios aut etiam totum eorum coetum respicere possunt. Si fieri potest, novitii non singuli haec temporis spatia transigant.

III. Dum haec interiecta tempora actuositatis formativae traducunt, novitii moderationi Magistri novitiorum obnoxii manent.

24 - I. Integrum spatium temporis, quod novitii actuositatis formativae causa extra novitiatus domum peragunt, additur duodecim mensibus, qui, tenore n. 21, ad validitatem novitatus requiruntur; totius autem novitiatus sic amplificati tempus duos annos ne superet.

II. Huiusmodi vero actuositati formativae novitius ne se dedat, nisi postquam saltem tres menses in ipso novitiatu exegerit, eaque disponatur hoc ordine oportet, ut novitius minimum sex menses continuos in

novitiatu degat atque eo revertatur saltem uno mense antequam primis votis vel temporariis ligaminibus sese astringat.

III. Quodsi ad institutionem futuri novitii Superiori necessarium visum fuerit, ut ad actuositatem formativam incumbat, antequam tres menses praescriptos in ipso novitiatus exordio ibidem degat, illa ut probatio fieri poterit, novitiatus autem nonnisi eadem peracta initium capiet.

25 - **1.** Ratio huiusmodi actuositatis formativae, quae extra novitiatus domum suscipitur, diversa esse potest pro fine Instituti eiusque operum indole. Semper tamen animo est concipienda et ad usum deducenda respectu formationis novitiorum, aut, quibusdam in casibus, quo melius iudicari possit de eorum idoneitate ad vitae genus Religionis proprium. Praeterquam ad praeparationem, qua novitii gradatim ad opera apostolica perducuntur, haec actuositatis formativae tempora eo etiam possunt pertinere, ut in ipsis vitae adiunctis veras paupertatis laborisque formas conspiciant, indoles animi ingeniique eorum formetur, melior hominum cognitio accipiatur, voluntas firmetur, cuiusque conscientia officii munerisque progressione augeatur, opportunitas denique praebeatur nitendi coniunctionem cum Deo in vita activa fideliter servare.

II. Haec temporis spatiorum vicissitudo, quae dantur actioni et quae in sacro recessu orationi, meditationi, studio impenduntur, deinceps novitiorum institutionem proprie afficiens, hos incitet, ut eandem in cursu vitae religiosae fideliter teneant. Optandum est etiam, ut huiusmodi tempora recessui dicata, annis institutionis, quae professionem perpetuam praecedit, per stata intervalla disponantur.

26 - Superior maior, iusta de causa, permittere potest, ut prima professio anticipetur, non tamen ultra quindecim dies.

27 - In Societatibus, in quibus diversi sunt novitiatus pro diversa sodalium qualitate, novitiatus, nisi aliter in Constitutionibus caveatur, pro uno genere peractus pro altero valet. Condiciones quibus hic transitus fiat, per Constitutiones, si casus ferat, definiantur.

28 - Peculiaris novitiatus indoles et finis simulque arcta necessitudo, quae inter novitios vigeat oportet, quandam seiunctionem novitiorum coetus a ceteris Instituti sodalibus profecto postulant. Novitiis tamen licet, Magistri novitiorum iudicio, cum aliis communitatibus vel religiosis professis commercium habere. Capituli generalis est, ratione ducta indolis et muneris Religionis atque particularium adiunctorum,

harum necessitudinum modum statuere, quae inter novitios et alia Instituti membra intercedere possint.

29-1. Capitulum generale permittere potest aut etiam praecipere quaedam studia novitiatus tempore exercenda, quae meliori novitiorum institutioni sint utilia. Studia vero, quae in doctrinis vertuntur, ad Dei cognitionem cum amore coniunctam dirigi debent et ad vitam e fide haustam provehendam.

II. Vetantur autem per novitiatus tempus, de quo in n. 21, omnia studia, etiam theologica et philosophica, quae fiunt aut ad consequanda diplomata aut ad eam institutionem comparandam, qua quis ad munera obeunda componitur.

30 - Omnia officia et labores novitiis iniuncta, sub moderatione et vigilantia Magistri novitiorum sunt exsequenda, qui aptos peritosque adiutores asciscere potest. In eiusmodi vero officiis gerendis quaeratur oportet novitiorum formatio, non Instituti emolumentum.

31-1. In novitiorum moderatione, maxime actuositatis formativae temporibus, Magister novitiorum haec yerba a Concilio Vaticano Secundo dilucide enuntiata attendat : « Ut igitur sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deserviant, actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet ».[16] « Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet)).[17]

II. Ad hunc finem assequendum, haec doceat novitios :

1) in cunctis rebus, in apostolatus operibus hominumque servitio, nec non temporibus, quibus orationi vel studio in silentio vacant, intentionis puritatem unitatemque caritatis erga Deum et proximum exquirant ;

2) cum operibus apostolicis Religionis propriis adducuntur, ut negotiis humanis se implicent, discant uti hoc mundo tamquam non utantur ;

3) limites agnoscant in actione sibi impositos neque hac de causa deficiant animo; propriam vero vitam recte dirigere nitantur, persuasum sibi habentes neminem se Deo eiusve fratribus sincere posse devovere, nisi sibi ipse cum humilitate dominetur;

4) voluntate firma et ad suscipienda incepta parata, atque ratione

[16] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 8.**
[17] **Ib., n. 5.**

congruente iis, quae suorum Institutorum apostolatus operibus deditorum indoles munusque postulant, necessariam, in ordine humano et spirituali, aequilibritatem efficiant inter tempora apostolatui hominumque ministerio tribuenda, ac tempora, convenienter diuturna, danda orationi ac meditatae verbi Dei lectioni, in solitudine aut in communitate ;

5) hunc cursum necessarium et praecipuum omnis vitae in eiusmodi Societatibus Deo consecratae fideliter servantes, cor in coniunctione cum Deo et in pace gradatim stabiliant, quae ex impleta divina voluntate oritur, cuius motus in officiis sui status et in iis, quae nominatim iustitia et caritas exigunt, discant percipere.

32 - I. Inter Superiores, Magistrum novitiorum et ipsos novitios necessaria habeatur mentium et consiliorum conspiratio, qua unitate, e germana caritate trahente originem, omnino opus est in novitiorum institutione.

II. Superiores et Magister novitiorum his semper testimonium praebeant evangelicae simplicitatis, amicitiae cum benignitate sociatae, et respectus personae uniuscuisque eorum, ut mutua exsistat fiducia animique ipsorum sint dociles et aperti; ita enim Magister novitiorum magnanimitatem eorum ad donationem sui dirigere poterit, qua Deo se in fide prorsus tradant, et gradatim eos verbo et exemplo adducere, ut in mysterio Christi crucifixi ea deprehendant, quae vera oboedientia religiosa requirit.

Magister igitur novitios incitet, ((ut in muneribus obeundis et in inceptis suscipiendis activa atque responsabili oboedientia cooperentur ».[18]

33 - Quod ad habitum novitiorum aliorumque ad vitam religiosam candidatorum attinet, Capituli generali est rem definire.

34 - I. Capitulum generale, maioritate duarum suffragiorum partium e tribus, decernere potest, ut, loco votorum temporariorum, alius generis ligamina, veluti promissio Instituto facienda, in hoc inducantur.

II. Hoc autem ligamine aliquis in ipso novitiatus fine devincitur, et quidem ad tempus probationis, quod usque ad professionem perpetuam protrahitur aut usque ad sacra vincula, quae pro votis in nonnullis Institutis obtinent.[19] Eiusmodi vero temporario ligamine aliquis

[18] **Ib., n. 14.**

[19] **Cfr. *superius*, n. 3.**

in brevius etiam tempus potest astringi; idem praeterea saepius quit renovari aut professionem votorum temporariorum praecedere.

35 - **1.** Consentaneum quidem est, ut temporarium eiusmodi ligamen iam ad tria consilia evangelica exercenda referatur, ea mente ut vera perpetuae professionis habeatur praeparatio. Convenit, ut unitas institutionis ad vitam religiosam ducendam servetur; quae, licet per professionem perpetuam certum stabilemque in modum perficiatur, mature tamen agatur oportet et per satis diuturnum temporis spatium explicetur.

II. Cum igitur professio religiosa, unica et perpetua, totam vim suam obtineat, optandum est, ut eam tempus satis longum, praeparationi tribuendum, proxime praecedat, quod quasi alter novitiatus habeatur. Capituli autem generalis est eius tempus atque rationes definire.

36 - Quaecumque est temporarii ligaminis natura, eius effectus huiusmodi est, ut is, qui eo se devinxerit, suae Eeligioni iungatur, atque officium secum ferat Regulam, Constitutiones aliasve normas observandi. Ad Capitulum generale pertinet alias huiusce ligaminis rationes et ea, quae inde consequuntur, sancire.

37 - **1.** Capitulum generale, omnibus attente perpensis, tempus votorum vel ligaminum statuere debet, quod inter finem novitiatus et votorum perpetuorum professionem interponatur. Quod quidem probationis spatium tribus annis ne sit brevius neque novem annos continuos superet.

II. Firmum manet praescriptum, ex quo professio votorum perpetuorum fieri debet, antequam sacri ordines recipiantur.

38 - **1.** Si sodalis, qui Institutum legitime deseruit sive post exactam professionem vel vinculum temporarium, sive postquam eiusmodi votis vel ligaminibus est exemptus, petit, ut ad religionem iterum admittatur, supremus Moderator, de consensu sui Consilii, eum recipere potest neque obligatione tenetur praescribendi, ut is novitiatum denuo peragat.

II. Moderator tamen supremus ei tempus probationis iniungere debet. Quo emenso, candidatus ad vota temporaria vel ad alius generis ligamina potest admitti in tempus, quod non sit brevius uno anno aut spatio probationis temporariae, quod, cum Religionem deseruit, ei ante professionem perpetuam erat traducendum. Licet autem Superiori probationis tempus praecipere.

III

DE PECULIARIUM NORMARUM EXSECUTIONE

Quod ad praesentes normas exsequendas spectat, haec serventur :

I. Praescripta iuris communis pergunt valere, nisi per huius Instructionis normas iis derogetur.

II. Facultates hac Instructione concessae delegari nullatenus possunt.

III. Nomine supremi Moderatoris seu Superioris generalis intellegitur etiam Abbas, qui Congregationi monasticae praeest.

IV. Supremo Religionis Moderatore deficiente vel legitime impedito, eaedem facultates ei competunt, qui ex probatis Constitutionibus eius partibus legitime fungitur.

V. Quod ad moniales uni vitae contemplativae deditas pertinet, peculiares normae Constitutionibus inserantur et ad approbationem proponantur. Nomae autem huius Instructionis, quae nn. 22, 26, 27 continentur, iis possunt applicari.

VI. - 1) Si speciale Capitulum generale, per Litteras « Ecclesiae sanctae)) motu proprio datas praescriptum iam celebratum fuerit, supremi Religionis Moderatoris eiusque Consilii est, omnibus rerum adiunctis diligenter perpensis, in solidum statuere, utrum Capitulum generale convocari oporteat ad deliberandum de facultatibus ipsi concessis, an praestet rem ad proximum Capitulum generale differre.

2) Quodsi Moderator generalis eiusque Consilium eadem ratione arbitrantur convocationem novi Capituli generalis esse nimis onerosam aut id cogi non posse, simul tamen usum earundem facultatum Capitulo generali attributarum urgere, ut bono Societatis prospiciatur, eidem Moderatori generali eiusque Consilio in solidum potestas est in usum adducendi, usque ad proximum Capitulum generale, omnes aut nonnullas facultates, dummodo antea ceteri Superiores maiores eorumque Consilia audiantur, et duae partes illorum e tribus consentiant. Hisce Superioribus maioribus cordi sit, ut religiosos professos a votis perpetuis in antecessum consulant. In Institutis vero in provincias non divisis, supremus Moderator professos a votis perpetuis oportet consulat et assensum duarum partium e tribus accipiat.

VII. Hae normae, experimenti causa editae, vigere incipiunt ex quo die praesens Instructio fuerit pervulgata.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus, in festo Epiphaniae Domini, anno **MCMLXIX.**

H. Card. **ANTONIUTTI,** *Praefectus*

ffi Antonius Mauro, Archiep. tit. Thagasten., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TRIDENTINA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni de Tschiderer, Principis et Episcopi Tridentini.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter apostolicos viros et egregios pastores, qui Ecclesiam Dei supe* riore saeculo illustrarunt et virtutum ac sanctitatis fama floruerunt, accensendus est Ioannes Nepomucenus de Tschiderer, Princeps et Episcopus Tridentinus.

Is ortum habuit Bauzani, intra fines tunc Tridentinae dioeceseos, die 15 Aprilis anno 1777 volvente, eodemque nativitatis die sacra Baptismi unda ablutus est. Parentes habuit Iosephum Ioachim de Tschiderer et Mariam Catharinam de Giovanetti, tum natalium splendore tum pietate praeclarisque moribus conspicuos; quorum pia ac severa disciplina usus, mature coepit christianis conformari virtutibus. Pueritiam et adolescentium Bauzani transegit, ubi Sodales Franciscales audiens in litterarum rudimentis operam posuit, cum professores Oeniponte, quo eius pater se contulerat, pia mater francomurariorum sectae adhaerere suspicaretur. Litteras in patrio gymnasio didicit, philosophicis autem et theologicis studiis in Oenipontano vacavit Athenaeo, laudes sibi promerens egregias. Ibi Servi Dei fides, pietas et modestia magnum in discrimen venere. Illa enim Academia, ut quae Iosephinum Institutum esset, quod ad catholicas doctrinas attinet, male audiébat, eratque auditorum vita licentior. At Famulus Dei utrumque effugit scopulum assiduo precum exercitio, cotidiana pietatis librorum lectione et Sacramentorum frequentia. Ecclesiasticam vitam sibi sua sponte constituit. Sacerdotio itaque initiatus die 27 Iulii a. 1800, apostolici ministerii initium fecit Longomosii, ubi paroeciali muneri operam navavit parochi legatus. Biennium ibi commoratus, discessit Romam, ad quam visendam catholici spiritus rapiebat ardor. A Pio VII Pontifice Maximo benigne exceptus, Protonotarius

Apostolicus creatus est. In patriam reversus, Ulterinae paroeciae addictus est, unde post annum et anni dimidium Tridentum vocatus est, ut in episcopali Seminario theologicam de moribus scientiam et pastoralem disciplinam traderet. Mitis et prudens ibi eius doctrina, usuique accommodata atque a nimio tunc temporis rigore aliena. Nec magistri munus ceteris sui ministerii officiis eum prohibebat; confessiones enim excipiebat et summo mane Sacris in maximo templo operabatur, ut domestici et operarii eis interesse valerent. Verum cum a divina gratia ad animarum curam gerendam urgeretur, de episcopi consensu dimisso officio docendi scholasticos, ad oviculas Christi pascendas nutriendasque se convertit, et Sarnorum ac Meranensium paroecias, alteram post alteram, gubernavit eo quidem cum successu, ut ubique copiosissimos religionis ac pietatis fructus colligeret. Septimum annum in Merani procuratione peregerat, cum Tridentinae cathedralis ecclesiae canonicus electus et institutus est. Dignitatem doluerunt Merani cives patrem, ducem, lumen sibi arripientem; doluit prae ceteris humillimus parochus haud quaesitum honorem. Nec praetermisit in illa canonica dignitate apostolicus vir apostolici ministerii labores. Canonici dignitati Provicarii munus postero anno accessit. Deinde anno 1832 a Gregorio Papa XVI episcopus titularis Helenopolitanus renuntiatus, finitimae dioeceseos Brixinensis Praesuli in adiutorem datus est. Talia ibi dedit eximiae pietatis, studii pastoralis, humilitatis, benignitatis ceterarumque virtutum specimina, quae et amorem et venerationem singularem ipsi conciliarent. Tandem, quod iam antea in votis erat, die 19 Decembris a. 1834 Tridentinae Ecclesiae praesul electus, insequenti anno ad eandem regendam accessit. Ex quo tempore nulli pepercit labori, ut gregem suum tutaretur ac pasceret; universam provinciam sibi demandatam licet amplitudine conspicuam non semel perlustravit, nec locorum asperitatem, aut caeli inclementiam unquam exhorruit, immo devexa iam aetate et non adeo firma valetudine peragravit, ne pueri Confirmationis gratia carerent. Homo ut erat sapiens et prudens, noverat christianae societatis pacem et progressum integritate fidei niti, et hanc incolumem tuendi summum sollertis cuiusque praesulis esse munus. Pervaserat Tridentinam dioecesim infestissima illa Iansenii et Febronii lues, quae tunc temporis Ecclesiae nobilis^simas provincias divexabat. Utraque amovenda Famuli Dei decessores pro viribus curaverant; quorum opus ipse alacri animo prosecutus est. Hinc magistros qui eiusmodi erroribus infecti essent, a scholis amovit, aliosque substituit, qui orthodoxa principia et Romanae Ecclesiae doctrinam penitus consectarentur. Quod quidem tam fortiter ac suaviter praestitit, ut Tridentina dioecesis ad plenissimum Apostolicae Sedis obsequium fuerit redacta, nec principum et clericorum aliter

senteiìtium offensionem incurrerit. Romanae Ecclesiae iura sacrosancta assertor fortis et prudens a Caesaris ausibus vindicavit, omnibusque verbo et exemplo suasit ut redderentur quae essent Caesaris Caesari et quae Dei Deo. Cohaeret Dei Famuli acerrimo in Ecclesiae doctrina tuenda studio, obsequium quo venerabile eius caput, Romanum Pontificem, prosecutus est. Cuius condolens aerumnis, malevolis dectractorum sermonibus publice defendebat. Catecheseos instructio valde ei erat cordi, qua tum pueros tum adultos instituere satagebat. Illustres oratores per quadragesimale tempus acciebat; quorum contionibus, ut populo exemplo esset, saepe aderat. Eo auctore illa iamdiu intermissa consuetudo sacrarum expeditionum quibus populi ad pietatem excoluntur quaeque missiones audiunt, rediit. Huc spectat diligentia et industria quas Servus Dei adiecit ut Tridentinus grex gnaros, probos et omnigena virtute florentes clericos haberet. Hinc ad Seminarium curas omnes cogitationesque contulit. Quos autem in Seminario paterna sollicitudine educabat, eosdem, postquam sacerdotalem militiam ingressi erant, pervigil pastor non neglegebat. Quorum sacerdotalis spiritus ut confirmaretur, sacros secessus quotannis in Seminarii aedibus instituit, quae spiritualia exercitia dicuntur, ut clerici, ab hominibus segreges actae vitae exagitantes rationem aeternaeque veritatis commentantes documenta, novas ad ministerium sumerent vires. Quae subiectis suadebat exercitia, ipse episcopus primus obibat. Cultus divini amantissimus, ingentibus sumptibus ecclesias reparavit atque pretiosissima plurimaque supellectili ditavit, ne quid in illis deesset ad decorem domus Dei promovendum. Qui aliorum indigentias miseratus est, quovis modo iisdem obviam ire studebat, cotidie propria manu eleemosynas pauperibus distribuens et salutaria monita simul impertiens, ut cum pane terreno vitae aeternae alimoniam dispensaret. Ex multis beneficentiae operibus quae instituit, dignae quae memorentur sunt duae ab eodem conditae domus, altera recipiendis educandisque surdis mutis, altera alumnis Sacrorum instituendis. Paroeciales bibliothecas optimis et plurimis libris tum de dogmatica tum de morali theologia tractantibus, tum de ceteris divinis disciplinis refertis auxit. Religiosos quoque Ordines et Congregationes munificentia et peculiari benevolentia prosecutus est.

Ad hasce pastorales virtutes, eas sociavit quae propriam cuiusque vitam sanctificant. Humilitas in eo summa, adeo ut nonnisi coacte dignitates acciperet, insignia autem honorifica constanter celaret; mortificationem eo usque coluit, ut etiam in extrema senectute ecclesiastica ieiunia servaret, quibus alia sua sponte addere solebat; carnem suam flagellis macerabat. Incommodam salutem atque extremum praesertim morbum mira patientia toleravit. Orationi assidue intentus nullum

diem sine meditatione praeterivit. Deiparam Virginem, erga quam filialem fovebat pietatem, cotidiana corona precatoria salutabat. In praesentia Dei iugiter ambulabat, praesertim cum sacrum aliquod sui officii ministerium obiret.

Omnibus omnia factus, bonum certamen certavit, donec assiduis attritus laboribus ac senio confectus, extremis Ecclesiae recreatus Sacramentis, placide obdormivit in Domino die 3 Decembris anno 1860, aetatis suae octogesimo tertio.

Cum igitur Servus Dei tot ac tantis floruisset virtutibus, tamque sapienter et laboriose vineam Domini ad summam senectutem excoluisset et cum vix e vivis sublatum non paucis Deus portentis famulum suum magnificare visus esset, percrebruit in dies erga ipsum omnium ordinum veneratio, iam, dum adhuc viveret, concepta. Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agi coepta est. Instructis itaque ordinariis processibus apud Curiam Tridentinam annis 1873-1877, Romamque delatis riteque excussis, Leo XIII Pontifex Maximus commissionem introductionis Causae Servi Dei, apud Sacram Rituum Congregationem agendae, propria manu obsignavit. Super scriptis autem eidem Famulo Dei tributis editum fuit decretum die 16 Aprilis a. 1885, atque super oboedientia Decretis Urbanianis de cultu liturgico non praestando alterum exiit die 14 Martii a. 1890 decretum. Apostolici postmodum in eadem Curia Tridentina annis 1890-1896 adornati sunt processus super virtutibus et miraculis in specie, de quorum iuridica vi latum est decretum die 3 Iulii a. 1898.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instituta est disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Ioannis Nepomuceni de Tschiderer. Quae disceptatio, licet ipsa Causa felici auspicio inchoata esset, longius, quam ut fieri solet, obtinuit iter. Disceptatum enim fuit primum in antepreparatoria Congregatione coram Cardinali Hieronymo Maria Gotti, Causae Ponente seu Relatore, die 21 Februarii a. 1905 coacta, quam quidem secutae sunt quatuor Congregationes praeparatoriae annis 1906, 1909, 1934 et 1937 celebratae. Profecto, impense atque impensius agitari coeptum est apud Sacram Rituum Congregationem dubium, utrum Servus Dei *1osephinismo,* quem vocant, qui tunc in Austria vigens tantopere Ecclesiae iura coartabat, aliquatenus indulsisset. Opus ergo erat ampliore et accuratiore investigatione documentorum perquirendorum ubicumque inveniri potuissent, quae de Famulo Dei directe aut indirecte agerent, eius moralem illustrarent habitum atque imaginem politicam et religiosam depingerent Imperii Austriaci, intra cuius fines cuiusque sub regimine ille vixit et egit. Cui quidem gravi muneri plene ex officio satisfecit primum R. P. Iosephus Grisar, historiae modernae in Pontificia Gregoriana Uni-

versitate magister, et deinde Sectio Historica ipsius Sacrae Rituum Congregationis, ita ut Causa tandem in Generali Congregatione sistere valuerit, enodatis quidem a Censura exhibitis difficultatibus. Quae Generalis Congregatio coacta est die 18 Iunii a. 1943 in Vaticanis aedibus coram Summo Pontifice Pio XII s. m., in eaque Revmus Cardinalis Alexander Verde, inde ab anno 1932 Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes, qui interfuere, Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores affirmativam sententiam protulerunt. Summus vero Pontifex mentem aperire suam in tanti momenti negotio de more distulit idque, ob peculiares rationes minime Causae ipsi inhaerentes, longius producere ratus est. Inde factum est ut Causa sileret, donec novissime Revmus Archiepiscopus Tridentinus, Alexander Maria Gottardi, necnon R. P. D. Emygdius Federici, Protonotarius Apostolicus atque Causae sedulus Postulator legitime constitutus, Summo Pontifici Paulo Papae VI preces adhiberent enixas, ut Venerabilis Servi Dei Causa ad ulteriora procederet. Hinc in Audientia diei 7 mensis Iunii anni huius, infrascriptus Sacrae Rituum Congregationis Secretarius fidelem Sanctitati Suae fecit relationem super toto Causae itinere peracto; et Beatissimus Pater, re mature perpensa, mentem suam pandere non est cunctatus et mandavit Decretum apparari.

Hodierno tandem die, Sacris piissime operatus, accitis ad Se Revmis Cardinalibus infrascripto, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et Arcadio Maria Larraona, novissimo Causae Ponente seu Relatore, necnon R. P. Raphaele Perez O.S.A., Fidei Promotore Generali, R. P. D. Amato Petro Frutaz, Auditore Generali, meque subscripto a Secretis, iisque adstantibus solemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni de Tschiderer, Principis et Episcopi Tridentini, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis inseri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iulii a. D. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

ADIACENSIS SEU NICENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Caroli Dominici Albini, sacerdotis professi Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me ; ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et praedicarent captivis indulgentiam et clausis apertionem » *(Is.* 61, 1-3).

Haec verba Isaiae prophetae ad eos quoque referuntur qui, caritate Christi compulsi, ut animarum saluti proficerent totas impenderunt vires, impervias saepe regiones peragrantes, et cuiusvis generis adversitates sustinentes. Quod procul dubio alacriter peregit Dei Famulus Carolus Dominicus Albini, qui a praedicatione verbi Dei ad finem usque vitae numquam cessavit.

Die 20 Novembris anno 1790 in urbe Menthone, e legitimis coniugibus Iacobo et Laurentia Bosano, pietate et honestate conspicuis, tertius e septem liberis natus est. Fervida praeditus indole, docilítate et oboedientia vitaeque innocentia enituit, ac tenerrimam erga Deiparam Virginem et sanctum Aloisium Gonzaga devotionem excoluit. Decimo tertio aetatis anno ad sacram Synaxin primum accessit, quam deinde frequentare consuevit. Apud sodales Scholarum Piarum illius loci prima rudimenta didicit, ingenio ac sedulitate praeditus. Humanitatis studiis in patria optime absolutis, ad sacerdotium vocatum se persensit, quare seminarium maius Nicense ingressus, studiorum curriculum perfecit. Die tandem 17 Decembris anno 1814 sacerdos inauguratus fuit.

In patriam reversus et parochi adiutor constitutus, statim pagos et vicos paroeciae peragrandos suscipit, ut agrícolas fidei veritates edoceret, atque hic et illic pueros ad christianam sapientiam erudire, nuptias illegitimas rite componere et peccatores ad paenitentiam revocare sategit. Cappellanus nosocomii, in pago Cornolès, vulgo appellato, a principe Portus Herculis Monoeci anno 1819 erecti, renuntiatus, difficultates quamplurimas superare valuit, qua occasione eximiae eius virtutes maxime eluxerunt.

Anno 1824 inter Missionarios Oblatos B. M. V. Immaculatae adlectus, Aquis Sextus tirocinium iniit, quo nondum perfecto, ad professionem religiosam admissus fuit ab ipso Congregationis fundatore Dei Famulo Eugenio de Mazenod, quem Romam postea adire coegit, ut Congregationis approbationem a Summo Pontifice consequeretur.

Animarum salute exardescens, Galliam Narbonensem sacris missionibus excoluit, nullis defatigatus itineribus, nullis deterritus laboribus, nullis tempestatibus praepeditus, in omnibus sacri ministerii officiis explendis promptum alacremque se praebuit.

Anno 1827 Massiliam accitus, per annos septem theologiam moralem in seminario maiore docuit, insimulque ea in urbe assiduos exantlavit labores pro peccatorum conversione et pro Italis patria extorribus.

Anno 1835 in Corsicam appulit, et totam fere insulam, sacras habens contiones, peragravit, et ubique uberrimos christianae paenitentiae pietatisque fructus collegit. Regularis vitae exemplar, missionarius ferventissimus, apostolico zelo iugiter incensus, totam in divinam gloriam animarumque salutem vitam impendit.

Haud enim facile dictu est quanta erga Deum exarserit caritate, quantum in aeternam proximorum salutem studium contulerit, quanta omnium virtutum effulserit laude. Omnino sui oblitus, omnibus omnia factus, usque ad extremum vitae cursum continenter in vinea Domini sudavit et alsit. Hinc quot odia extinxerit ac inimicitias dissipaverit, quot peccatores ad Deum convertent, quot aberrantes ad fidem revocaverit, quotque ad bonos mores, ad pietatem religionemque excitaverit firmaritque, nisi solus Deus, nemo noscere valet.

Tandem laboribus corporisque austeritatibus fractus, die 20 Maii anno 1839 in pago cui nomen Vico in Corsica purissimam animam Deo reddidit, virtutibus mentisque dives.

Percrebrescens sanctimoniae fama, qua Dei Famulus vivens honestabatur, caelestibus signis confirmari visa est. Quapropter de Beatorum Caelituum honoribus eidem decernendis agi coeptum est. Post igitur ordinarios, quos vocant, processus in episcopalibus curiis Adiacensi et Mcensi constructus, atque edito die 8 Maii 1912 decreto super scriptis eidem Servo Dei tributis, Benedictus Papa decimusquintus Commissionem introductionis Causae die 14 Aprilis 1915 propria manu obsignavit. Constare dein de oboedientia praestita decretis sa. me. Urbani Papae VIII super numquam ei exhibito cultu Sacra Congregatio Rituum die 12 Iulii anno 1917 decrevit.

Apostolici postmodum adornati sunt processus in iisdem curiis Adiacensi et Mcensi super virtutibus et miraculis in specie, de quorum iuridica vi decretum est die 16 Iulii 1938.

Quibus omnibus rite absolutis, instante Revmo P. Iosepho Morabito,

Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae Postulatore Generali, ad disceptationem super virtutibus heroicis Servi Dei perventum est die 10 Iunii 1952 in Congregatione Antepraeparatoria coram Revmo Domino Benedicto Cardinali Aloisi Masella, Episcopo Praenestino, Causae Ponente seu Relatore. Sectio dein Historica S. Rituum Congregationis documenta collegit, diligenter perpendit et publici iuris fecit de exortis Causae difficultatibus iisque solutis. Postea, instante Revmo P. Angelo Mitri, eiusdem Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae novo Postulatore Generali, de virtutibus heroicis Servi Dei actum est in Coetu Praeparatorio die 10 Aprilis 1966 habito, ac tandem in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, die 22 Maii anni praeteriti, in quo praefatus Cardinalis dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Revmi Patres Cardinales, Revmi Praelati Officiales Consultoresque theologi suffragium tulerunt.

Beatissimus vero Pater haec vota benigne suscipere dignatus est, et mentem suam affirmativam aperire non dubitavit, iussitque Decretum apparari super virtutum Servi Dei heroicitate.

Hodierno tamen die, Sacro pientissime litato, ad Se accitis Revmis Cardinalibus infrascripto S. Rituum Congregationis Praefecto et Benedicto Aloisi Masella, Causae Ponente seu Relatore, Revmo P. Raphaële Perez, O.S.A., Fidei Promotore Generali, R. P. D. Amato Petro Frutaz, Auditore Generali, meque item infrascripto S. Rituum Congregationis Secretario, Sanctitas Sua solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, Servi Dei Caroli Dominici Albini, sacerdotis professi Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iulii a. D. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. & S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III
LUGDUNENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Francisci Rivat, Moderatoris Generalis Instituti Parvulorum Fratrum Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Pro puero isto oravi, dixit Anna Elcanae uxor, Samuelem puerum suum Eli offerens, et dedit mihi Dominus petitionem meam ... Idcirco et ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino » *(1 Sam.* 1, 27-28). Verbis, quae his sunt similia, Francisca Boiron puerum suum Gabrielem beato Marcellino Ohampagnat, Parvulorum Fratrum Mariae fundatori, tradidit.

Gabriel die 12 martii, anno 1808 natus est in pago « Maisonnette » ad « La Valla » Lugdunensis archidioeceseos municipium pertinente, postremus inter quattuor germanos et tres sorores, eodemque die per Baptismum Dei regeneratus fuit.

Domus familiae Rivat patriarcharum mores, uti dicunt, retinebat, quam Ioannis Baptistae patris probitas et genitricis Franciscae Boiron sensus penitus christiani, verum sanctuarium efneiebant, ubi Ecclesiae leges, ieiunia, abstinentiae diligentissime servabantur et sacratissimi Rosarii coronae recitatio quotidiana in honore habebatur.

Die 13 augusti, anno 1813 pia mater tenellum Gabrielem in sanctuario « Valfleury » nuncupato in sodalitatem B. M. Virginis, quae ut Auxilium Christianorum invocatur, ascripsit eidemque Beatae Virgini devovit.

Puer, quasi alter Abel, greges pascebat et ipse quoque ((bonus pastor » fieri cupiebat, cum beatus Marcellinus Champagnat, qui animas praesertim puerorum quaerebat, anno 1816, in pagum ((La Valla)> pervenit vicarii paroeciali munere functurus.

Iuvenis levita, in christianae doctrinae institutionibus, Gabrielem cognovit et statim admiratione eius innocentiae motus, « intuitus est eum et dilexit eum » *(Marc.* 10, 21).

Puer tunc decem annos agebat ac, temporibus illis quibus iansenismi placita, quasi frigidus aër, diffundebantur, temerarium videbatur eum ad sacram synaxim primum admittere.

Sed beatus Marcellinus non solum protegere sed etiam pane fortium alere animae illius innocentiam cupiens, die 19 aprilis anno 1818 Gabrielem ad Eucharisticam dapem recepit. Iam tunc Christus Dominus ipse, necessitudine utriusque animam coniunxit. Beatus Marcellinus die 2 ianuarii anno 1817 Societatem religiosorum laicorum instituerat quae elementa christianae doctrinae litterarumque iuventuti quam maxime in periculo eversionum moralium socialiumque illius temporis versanti traderet ; sine mora, die 5 maii 1818 Gabrielis parentibus proposuit ut puerum sibi ut candidatum committerent. Parentes, qui iam primogenitum sacerdotali munere Deo devoverant, libenter consenserunt, et postero die mater Francisca, laeto animo laetissimum filium Gabrielem in sacello Ssmi Rosarii pagi « La Valla » ecclesiae, Beatae Virgini denuo sacravit; deinde beato Marcellino Champagnat eum commisit in hanc sententiam locuta : « Accipe puerum istum eiusque animum finge ut vis : Beatae Virginis Mariae eum sacravi ; Illa mancipio eum possidet ». Tenellus aetate puer, sed spiritu admodum maturus, iam vocationem suam recte perspiciens eique firmissima voluntate adhaerens !

Die 3 augusti eiusdem anni, Gabriel Spiritum Sanctum per Confirmationis Sacramentum recepit, ac die 8 septembris anno 1819 vestem Parvulorum Fratrum Mariae induit novumque nomen Fratris Francisci assumpsit, in caelestem matrem amorem significans.

Ex quo tempore D. F. magis magisque assequendae evangelicae perfectioni operam dedit, nec intermisit laborem susceptum, qui ((formationis-actionis » ratio vocatur quaque beatus Champagnat iuvenes sodales imbuebat et statim notiones theoreticas ad usum deduci iubebat. Hoc modo Franciscus maxima cum facilitate de meditatione et studio ad manuum opus, quae in honore erant in novo Sodalicio, transibat, de discipuli munere ad praeceptoris experimenta se convertebat, prospere et hilare procedens.

Interea Ordinarius Lugdunensis Institutum Parvulorum Fratrum Mariae die 3 martii 1824 laudaverat et Frater Franciscus, qui iam diu se ipsum habebat « tamquam templum Dei cuius cor sacrarium esse deberet », die 11 octobris anno 1826, in sacello « Hermitage » religionis vota nuncupans tribus consiliis evangelicis se obligavit Deoque summo dilecto, plane mancipatus est maximo cum gaudio ita etiam exterius manifesto, ut beatus Marcellinus, Legifer Pater : « Fili mi, ei dixerit, tuae felicitati in video)).

Praeterea scholae muneri addictus, in variis municipiis, ofiîcium suum tam laudabiliter explevit ut discipuli omnibus locis eum singulari studio et amore prosecuti fuerint. Sed beatus Marcellinus qui animi mentisque dotes huius sodalis cognoscebat et existimabat, eum in

domum « Hermitage » revocavit, primo ut candidatos doceret, deinde ut se tamquam consiliarius, auxiliarius et vicarius adiuvaret.

Interea beatus Marcellinus adversa valetudine fractus, cupiens moderationem Congregationis aliis tradere, consentiente ac praesidente Ioanne Claudio Colin, Societatis Mariae confundatore, anno 1839 Capitulum Generale congregavit, quod fere unanimiter Fratrem Franciscum Superiorem Generalem renuntiavit ; simulque duos socios elegit : Fratres Aloisium Mariam et Ioannem Baptistam qui novum Superiorem adiuvarent.

Omnes de eius electione gavisi sunt, praesertim beatus Marcellinus qui, tormentis quidem excruciato corpore, sed tamen animo sereno propter Societatis stabilitatem ab eo conditae, octo post menses, 280 sodales, 48 domos, cum 7000 alumnis relinquens, ad patriam caelestem evolavit.

Franciscus prudenter animi firmitatem mansuetudini socians et sibi Apostolum proponens exemplum, « omnibus omnia factus est)> *(1 Cor.* 9, 28) ut omnes Christo lucrifaceret. Tanta erat concordia inter eum ac duos consiliarios, ut sodales eos « Tres unum » cognominarent, ac, Parvulorum Fratrum Maristarum Congregationis incremento augescente, alios Fratres videlicet Tricastenses, anno 1842 et Vivarienses anno 1844, sibi copularent.

Anno 1851, Parvuli Fratres Maristae a Republica Gallica legitime agniti sunt.

Sub Fratris Francisci ductu, anno 1852 Capitulum Generale exemplum certum ac definitum Constitutionum et Regularum proposuit; postero anno, traditiones paedagogicas Congregationis in unum corpus, quod ((Guide des Ecoles » inscribitur, collegit.

Anno denique 1858 Frater Franciscus Romam se contulit ad probationem pontificiam consequendam ; exitus illius rei fuit, sequenti anno, Decretum Laudis, ac die 9 ianuarii anno 1863, approbatio definitiva Parvulorum Fratrum Maristarum a Scholis per Decretum Summi Pontificis Pii IX sancita. Nec in tanto labore praetermisit novos operarios Oceaniae missionibus mittere eosque in posterum adiuvare.

Aliud propositum Dei Famulus per Capitulum Generalem cepit, inducendo quartum votum « stabilitatis)), eo pertinens ut Parvulorum Fratrum Mariae Constitutiones et spiritus sarta tecta servarentur Institutum ipsum qualibet impensa perpetuaretur ; ipse primus die 2 septembris anno 1855 illud votum nuncupavit. Denique Congregatione magis ac magis augescente, Dei Famulus, anno 1858 Curiam Generalem in oppidum « St-Genis » transtulit. Tot tantaeque diuturnae sollicitudines Servi Dei valetudinem adeo fregerunt ut sibi munere abdicandum esse censeret. Eo anno 1860 sodalium numerus, miro incremento, ad 2086,

domorum ad 379 et alumnorum ad 50.000 pervenerant; eventus atque exitus vere mirifici qui tribui debent sagacitati in regendo Instituto, quod munus Dei Famulus paterne et suaviter sed etiam firmiter gessit.

Ubi electus fuit Fr. Aloisius Maria, Franciscus novam domum principem reliquit, locum ((Hermitage » repetens, et haec scripsit : « Viginti annos habui ad praeparandum me muneri Superioris ; totidem ad agendum ; eruntne totidem mihi iterum ad expiandum? ».

Fortasse rem animo praesagivit, quia totidem annos vixit, nomen ((pappi)) v. scilicet « grand-père » sibi adjiciens.

In hoc recessu, ut ceteroqui iam ab ineunte aetate, Franciscus vehementer cupiebat « Imago vivida Patris Champagnat fieri » Iesum Christum eucharisticum deligens, Beatam Virginem imitans, ac Dei gratias semper agens pro beneficiis acceptis omnesque hortans ut eosdem sensus haberent, absconditus in Christo, silentium, humilitatem et modestiam diligebat, praefulgens animi innocentia et voluntaria corporis castigatione, cui rigorem flagelli et cilicii adiungebat.

Misericors, benignus, suavis in omnes, praesertim in iuvenes, in pauperes et in aegrotos quorum animos recreabat et cohortabatur mirabili modo.

Sacram liturgiam amabat; reverentiam adversus Summum Pontificem, Episcopos et clericos, occasione data, ostendebat : educator efficax docendo et loquendo, sed multo magis exemplis trahendo.

In rerum eversione quae nationes, praesertim anno 1848, afflixit, saeviente bello anno 1870, et in pluribus aliis discriminibus, firmam fiduciam suam in Deo et in Beata Virgine, « Ordinario Subsidio » Parvulorum Fratrum Mariae, collocatam, in alios transfundere studuit.

Etiam in infirmitatibus, praesertim in apoplexiae ictu, clarum et constans exemplum sereni animi ac religiosae suavitatis praebuit. Incolae finitimi sacellum « Hermitage » frequentantes, ob eius pietatem, humilitatem, caritatem, admiratione afficiebantur.

Cum die sabbati, 22 ianuarii anno 1881, Frater Franciscus, flexis genibus orans, animam efflavisset, opus fuit eius corpus diu exponere ut admirationi et pietati christifidelium satisfieret.

Eius sanctitatis fama increbrescente, anno 1910 in Lugdunensi Curia Processus Ordinaria Auctoritate fuit instructus et Romam delatus; anno autem 1929, post inquisitionem Servi Dei scriptorum, Decretum super scriptis latum fuit, ac die 14 novembris 1934 Summus Pontifex Pius XI f. m. commissionem introductionis Causae signavit. Die 2 decembris eiusdem anni, obtenta dispensatione a constitutione Apostolici Processus de fama sanctitatis in genere, impetratae sunt Litterae Remissoriales ad Processum Apostolicum construendum super virtutibus et miraculis in specie. Die 31 iulii 1935 Decretis a Sacra

Rituum Congregatione super non cultu et pro continuatione Processus super virtutibus et miraculis in specie editis, die 16 iulii 1941 per decretum agnita fuit omnium Processuum auctoritas.

Postea, instante Fratre Alexandro Di Pietro, F.M.S., Causae legitimo Postulatore, die 12 iunii 1955 in coetu antepraeparatorio et die 8 martii 1966 in coetu praeparatorio super Servi Dei virtutibus, die autem 22 maii 1967 in generali coram Sanctissimo Domino Paulo Papa VI, disceptatum fuit.

Reverendissimus Dominus Benedictus Cardinalis Aloisi Masella Causae Ponens eodem die, mense et anno, sequens dubium discutiendum proposuerat : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia ac Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Revmi Patres Cardinales, Revmi Praelati Officiales Consultoresque theologi suffragium tulerunt.

Beatissimus vero Pater haec vota benigne suscipere dignatus est, et mentem suam affirmativam aperire non dubitavit, iussitque Decretum apparari super virtutum Servi Dei heroicitate.

Hodierno tamen die, Sacro pientissime litato, ad Se accitis Revmis Cardinalibus infrascripto S. Rituum Congregationis Praefecto et Benedicto Aloisi Masella, Causae Ponente seu Relatore, Revmo P. Raphaele Perez, O.S.A., Fidei Promotore Generali, R. P. D.. Amato Petro Frutaz, Auditore Generali, meque item infrascripto S. Rituum Congregationis Secretario, Sanctitas Sua solemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Servi Dei Francisci Rivat, Superioris Generalis Instituti Parvulorum Fratrum Mariae, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iulii a. D. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citationes edictales

I

ROMANA

Nullitatis matrimonii (De Angelis - Ruggiero)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Vincentii Ruggiero, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in die 2 maii 1969, bora duodecima, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Vincentii Ruggiero, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

P. G. Venuta, *Iudex Instructor*

Ex aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 24 februarii a. 1969.

D. Angelo Caravella, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Vincent Ruggiero, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de Première Istance du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), le 2 mai 1969, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Vincent Ruggiero, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Di Fulvio - Falcioni)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Ildae Ivelice Falcioni de Bravo, die 9 novembris 1929 natae et in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum coram Tribunali Secundae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 10 maii 1969, bora duodecima, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Ildae Ivelice Falcioni de Bravo, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Philippus Giannini, *V. Officialis*

Ex aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 26 februarii a. 1969.

Franciscus Maggi, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Ilda Ivelice Falcioni de Bravo, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de Seconde Istance du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), le 10 mai 1969, à 12 heures, pour concorder le doute ci dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Ilda Ivelice Falcioni de Bravo, devront dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

17 novembre 1968. L'Illmo e Revmo Mons. Pinto Gómez Giuseppe Michele, *Prelato uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

5 febbraio 1969. Gli Illmi e Revmi Monsignori Di Felice Angelo e Pozzi Renato, *Prelati Uditori del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

8 » » S. E. Revma Mons. Alibrandi Gaetano, Arcivescovo tit. di Binda, *Pro-Nunzio Apostolico nel Kuwait.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

6 agosto 1968. Il Revmo P. Andrew Agnello, dell'Ordine dei Frati Minori, Presidente dell'Associazione Internazionale Cattolica per la Radiodiffussione e la Televisione UNDA, il Sig. Gelamur Giovanni, Presidente dell'Unione Internazionale Cattolica della Stampa, *Membri « durante munere » della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

26 gennaio 1969. L'Illmo e Revmo Mons. Csertö Alessandro, *Promotore di Giustizia della Saera Congregazione per la Dottrina della Fede.*

NECROLOGIO

30 gennaio 1969. Monsig. Yuen Ching Ping Joseph M., Vescovo eli Chumatien.

3 febbraio » Monsig. Joliet Oscar-Jozef, Vescovo tit. di Costanza di Arabia, Ausiliare di Gent.

7 » » Monsig. Sabóia Bandeira de Mello Carlos Eduardo, Vescovo di Palmas.

» » » Monsig. Martínez Silva Salvador, Vescovo tit. di Jaso, Ausiliare di Morelia.

14 » » Monsig. Hiinermann Friedrich, Vescovo tit. di Ostracine, Ausiliare di Aachen.

An. et vol. LXI   31 Martii 1969   N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULA APOSTOLICA

Ad Exc.mos Praesules, Clerum et Christifideles Cecoslovachiae: undecimo exeunte saeculo ab excessu e terrestri vita S. Cyrilli, eius Gentium Apostoli.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Antiquae nobilitatis decora gentium vestrarum aemulo studio repetere, memorias prisca magnitudine inditas, conspicuas in fastis historiae inscriptas, attente recolere munus est, quo vos ipsi, Venerabiles Fratres et dilecti filii, insigniter estis propensi. Quod quidem semel iterumque contigit, anno MCMLXIII manifestius usu venit. Nam cum eodem anno undecim revoluta saecula implerentur, ex quo Slavicorum populorum Apostoli, SS. Cyrillus et Methodius, in Magnam Moraviam evangelici operis perficiundi causa profecti sunt, praesertim domi, sed etiam apud exteras gentes, quarum vestrates sunt accolae, susceptae sunt celebritates, frequentati sunt coetus, multigena incepta ad rem deducta, quorum haud sopita est grata recordatio et eorum partae utilitates haud parvi momenti durabiles exstant. Praeter alia, pia peregrinantium agmina Romam per occasionem advenerunt, quasi vestigia sanctorum duorum fratrum sequerentur. Nos ipsi paterna benevolentia ea excipere

gavisi sumus, Bohemorum primo,[1] postea Slovacorum, qui magno numero ob eandem causam Romanum iter susceperunt.[2] Illius autem sollemniter peractae commemorationis veluti sertum imposi turi, Basilicae S. Clementis inventa S. Cyrilli lipsana restituimus, magnifico sane apparatu divinae liturgiae, cui multi Patres Concilii Oecumenici Vaticani secundi adstiterunt.[3] Felicis recordationis Decessor Noster Ioannes XXIII tunc ad Slavicas Nationes Epistulam Apostolicam incipientem a verbis *Magnifici eventus* edidit, ubi praeclare argumentabatur de doctrinis praeceptisque SS. Cyrilli et Methodii, nunc quoque ad erudiendum validis et ad unitatem Christiadum assequendam acerrima admovebat hortamenta.[4] Cum vero postea coram admisisset multigenarum Slavicarum gentium delegatos, rite benedixit auspicali lapidi Instituti Slovachi a SS. Cyrillo et Methodio, quod e solo excitatum sacrorum alumnis esset sedes et quod officina pateret studiorum ad religiosas disciplinas et elegantiam doctrinarum pertinentium.[5] Bohemi vero ad perpetuam memoriam eorundem saecularium sollemnium in Petriana Patriarchali Basilica S. Venceslai altare musivo opere exornandum curarunt, quo germanum par rutilis tessellis pictum est.

Nunc vero, cum prorsus instet undecies saecularis memoria diei, quo S. Cyrillus Romae e terrestri exilio ad sempiternae vitae praemium evolavit, libenti volentique animo praeclaram occasionem nanciscimur, ut par fratrum nobile hasce per Litteras Nostras perinde ac radiantia lumina in edito loco collocemus, atque adeo huiusmodi honorem tribuendo vos, vestrates, ceterum haud dubie ad hoc sponte inclines, ac vestro commotas exemplo alias Slavorum gentes ad rei prorsus consentaneum obsequium adhortemur.

Loquendum potissimum Nobis videtur de S. Cyrillo, de eius vitae curriculo et praecipuis eventibus, de eius in re spirituali indole, de exemplis praeceptisque ab ipso hereditate acceptis atque, Nostra sententia, huic quoque aetati valde profu-

[1] **Cfr. *Insegnamenti di Paolo VI,* vol. I, p. 73 s.**

[2] **Cfr. ibid., pp. 130-133.**

[3] **Cfr. A. *A. S.* 55 (1963), pp. 1035-1039.**

[4] **Cfr. *A. A. S.* 55 (1963), pp. 434-439.**

[5] **Cfr. ibid., pp. 458-460.**

turis. Ad S. Cyrillum profecto quam maxime saeculare sollemne pertinet, quippe qui, quamvis iunior Methodio, auspicia cepit, et primas partes egit missionalis laboris, exanclati una cum eodem Methodio, qui « servivit tamquam servus minori fratri, subici ens se ».[6] At vero propterea quod, inter se animo et opere indissolubiliter ipsi coniuncti, una voce et una mente consentientes et concordes fuerunt, iure optimo sicut meritum, ita alterius in alterum tribuendum publicae venerationis officium redundare et renuere videtur. Licet passim notos, ne pigeat vos tam gloriosos replicare annales, ne molestum videatur tam generosa gesta presse strictimque a Nobis collustrari. Quae cum rite recoluntur, nonne natura ipsa sua hoc valde honestat eorum auctores et ad imitandi studium provocat in laudationem ipsorum congregatos? Quo nullum aliud officium dignius.

Cyrillus, qui ortum habuit Thessalonicae, e septem filiis Leonis, magistri militum, postremus fuit. In sacro baptismate ei inditum nomen Constantini, quod is usque ferme ad exitum vitae suae retinuit dierum. Septem annos natus, praesago dignatus est somnio, quo, Apostolus segregatus in Evangelium regni, ad sponsalia cum Divina Sapientia contrahenda volens invitabatur.[7] Ex hac aetatula in eius animo pulcherrima lineamenta spectabilia apparent : praecox acies ingenii, consilii maturitas et gravitas, in audendo sollertia, virgineus candor oris et morum, in excogitando et agendo sapientiae incensissimum studium.

Cum ad artium bonarum disciplinas se rettulisset, Constantinopoli litteras interiores et recónditas apud insignes doctores edidicit tam fructuoso exitu, ut statim philosophi cognomine nobilitaretur. Honestissimis nuptiis repulsis, patriarchalis « chartophylax » factus est; at vero haud diu fungendo huic muneri vacavit, quod monasticae vitae capessendae desiderio motus, clam aufugit et apud litus Bosphori sacrum coenobium inivit; deinceps ibi deiectus, cum ad pristina rediisset, philosophiae publicus praeceptor creatus est. A

[6] *Vita Methodii* IV, 3; in F. Grivec-F. Tomèié, *Constantinus et Methodius Thessalonicenses, Fontes.* Zagrabiae 1960, p. 222 (abbreviatio : *Fontes).*

[7] Cfr. *Vita Constantini* III, 1-3; *Fontes,* p. 171.

qua professione discedit, ubi primum evangelici muneris officium ipsi concreditur. Siquidem utpote theologus consiliarius comitatur legatos, a byzantino imperatore missos ad Arabes, et in hoc persequendo arduo mandato ob mentis aciem copiosamque doctrinam nominis eius fama celebratur. Domum autem reversus, Methodium fratrem germanum in monasterio quodam montis Olympi in Bithynia consecutus est. Neque diu ipse in umbratilis vitae solitudine est commoratus, quippe cum ad aliud missionale inceptum, apud Chazaros scilicet, evocaretur. Tunc vero Evangelii praeco mira gratia praeditus, magnopere est nisus, ut gens illa Christi suavi imperio et legi adiceretur, isque paulo post dignus prorsus est habitus, cui maius ac paene sublime rerum molimentum deputaretur.

Rastislaus, Magnae Moraviae princeps, ab imperatore byzantino Michaele III poposcerat populo suo destinandum idoneum Evangelii satorem, « doctorem talem qui nobis nostra lingua veram fidem christianam explicaret ».[8] Ad huiusmodi apostolici laboris sarcinam haud dubie cum mire duo fratres essent parati exercitis studiis, monastica vita et praesertim sacris expeditionibus apud Orientalium Stirpes peractis, ad aggrediendum magnae molis opus a gemina caritate, in Deum scilicet et homines, incitamentum sumebant. Cyrillus ad universalem salvificam voluntatem Dei in suo suscipiendo molimine mentis adiciebat obtutum, reapse, ut ipse appellabatur, « Sanctae Trinitatis servus et discipulus ».[9] Nobili fratrum pari a providentissimo Dei, qui, certo tempore in saeculorum decursu suaviter et fortiter disposito, transferre Slavicas gentes voluit in regnum Filii dilectionis suae[10] et in christianae Europae consortium adsciscere, concredita est opera, mirorum eventuum ferax, in qua uterque audax prudentia et amabili diligentia enisus est.

Praeter alia, antequam Constantinus iter susciperet, litterarum ordinem ad Slavorum usum composuit et in eorum sermonem Sacra Biblia et liturgicos libros sive Latini, sive Graeci ritus provido auso convertere studuit. Ab urbe Constantinopoli in Magnam Mora viam profecti, ibi ab omnibus honorifice re-

[8] *Tita Constantini* XIV, 3; *Fontes,* p. 199.
[9] Cfr. ibid., VI, 6; *Fontes,* p. 179.
[10] Cfr. *Col.* I, 13.

cepti sunt ac statim coeperunt « parvulos docere litteras, officia ecclesiastica instruere, et... divini verbi germina seminare».[11] Quodsi, favente Deo, aureis messibus crescit spei plenus labor, tamen interturbant nocentium impedimenta « interque nitentia culta / Infelix lolium et steriles dominantur avenae ».[12]

Quam ob rem Cyrillus et Methodius operis sui tuendi et provehendi causa Romam profecti, ab Hadriano II tanta cum benevolentia excepti sunt, ut in omni re ab eo habita officia exspectationem implerent. Procul dubio hoc consilio ipsi romanum iter aggressi sunt, ut Summo Ecclesiae Antistiti de rebus gestis rationem redderent, ut apostolico incepto suo tuto prosequendo probe consulerent, ut Slavicae linguae usus in re liturgica a se invectus ratus fieret. Id quoque expostulatum est, ut Methodius et nonnulli, qui eos comitabantur, viri ad sacri ordinis gradus eveherentur, atque ecclesiasticae temperationi finium, ubi evangelica eorum opera impendebatur, percommode prospiceretur.

Constantinus cum paene quadraginta duos annos esset natus, consummatis virtutibus, maturus caelo, letali morbo correptus, Romae obdormivit in Domino, et inter lacrimas totius Urbis in Basilica S. Clementis honorifice sepultus est. Antequam autem supremum diem obiret, celsae magnanimitatis indicio et praesagitione veste monastica indui voluit et Cyrillus appellari. Methodius autem ab Hadriano II Archiepiscopus Pannoniensis et Magnae Moraviae creatus, domum rediit atque Pontificii Legati addito sibi celso gradu, miro laboris molimento in id incubuit, ut Slavicae gentes Evangelio imbuerentur.

Quam speciosi, in periculis intrepidi, in conficiendis itineribus alacres fuerunt pedes eorum evangelizantium bonum, evangelizantium regnum Dei! Hi Evangelii sancti praecones, quos tot florentissimae Nationes probe sibi gloriantes suos asserunt fuisse Apostolos, sunt debentque semper existimari stabile dulceque vinculum christianae caritatis et fraternae communionis, quibus eae inter se cohaereant. Nam praeter Moravos, Slovacos et Slovenos, etiam Bohemos, Polonos, Croa-

[11] *Legenda Italica* VII; *Fontes,* p. 62.
[12] Vergilius, *Georg.,* I, 153-154.

tas, et, per suae disciplinae alumnos, Serbos, Macedones, Búlgaros, horumque ministerio etiam Ucrainos, Russos, Alboruthenos christianae dignitatis nominis participes effecerunt.

Considerantibus et vobiscum repetentibus, Venerabiles Fratres et dilecti filii, quid prae se ferat duorum Thessalonicensium apostolatus, palam fit eum fuisse vestratibus munificentissimum donum Dei. Ipsi enim gentes istas, nuntiato Evangelio, ad Ecclesiae Catholicae sinum adduxerunt easque, conformatis litterarum elementis ac patrio sermone ad certae legis disciplinam composito, doctrina et optimis artibus ab initio instituerunt. Eorum praeterea opere et merito cum Oriente et Occidente vestrum initum est litterarum commercium; lingua Slavica ad dignitatem liturgici usus advecta; Ecclesiae in regione ista intructa temperatio; ius civile quoque sapientiae plenis praeceptis informatum. Probe vocandis patribus patriae, ipsis communi sententia id praecipue debetur, quod dilecti populi vestri in consessum Nationum ad humanitatis culmen evectarum admissi sunt. Verumtamen caelitus gratia data, ne vacua evadat neve exspectato fructu inarescat, ob accepti beneficii immortalem memoriam et implendi officii conscientiam ab omnibus, quorum res interest, vigilandum et annitendum est.

Quid vobis, Venerabiles Fratres, quid vestro hortatu permotae communitati et societati inditae Cecoslovachiae agendum est, ut, prout exigit mirifica temporis opportunitas, S. Cyrillum et, infracto vinculo ei coniunctum, Methodium digne honoretis?

Ipsos gratis et mirabundis oculis suspicite, ad ipsos cuncta victurae pietatis facto agmine preces et vota f erte, bonae viae ductores et suasores habetote, in quibus firmissima est locanda fiducia. Nam sanctorum communione, propter quam inter Ecclesiam terrestrem et caelestem Ierusalem reciprocantes almae caritatis fluunt et renuunt undae, ipsi amantur et amant, nimirum maiore vehementia et potestate quam cum in terris degebant, in variis rerum discriminibus, in quibus versamini, lucem, opem, triumphum conferre optantes. Prostant ii sanissimae fidei columnae, virtutum nitentium specimina, duae olivae, duo candelabra, duo filii olei, qui adsistant

Dominatori universae terrae,[13] ac multum orant pro universa sancta civitate, quae est Ecclesia[14] ac pro gentibus vestris, ut christianae humanitatis cultui maiorum, quam ad aedificandam ipsi fabri fuerunt, firmiter adhaereant ac vetera cum novis uniendo ad verae progressionis statas metas procedere valeant, tuto nempe itinere, quod ipsi muniunt, collustrant, commonentes liberorum populorum dignitatem, potius quam in exercitu et acervatis opibus, sitam esse in concordia civium, in domesticis virtutibus, in probitate morum, in recti et aequi custodia, in sincero cultu et praesidio Omnipotentis Dei, cui subsunt omnia, cuius gloriae debent omnia servire.

Nonne quodlibet institutum vitalem suam vim servare potest eadem mensura ac si suas respectet claras origines et sacras maiorum traditiones servet, quas quidem si detrectat, degener et caducum idem fit, perinde ac si quercui abactae vel deminutae sint radices, ei rediviva et perennis viriditas frustra in exspectatione est?

Quapropter ex animo vestro memoria numquam discedant monita, quae quasi testamento S. Cyrillus vobis reliquit, ut semper populi vestri salutis indefatigabiles sitis ministri. Haec fuerunt enim eius in lecto mortis novissima verba: « Domine, Deus meus ... exaudi meam orationem, et fidelem tibi gregem serva!... Auge Ecclesiam tuam multitudine et omnes in unitate collige, et fac eximium populum concordem in vera fide tua et recta confessione, et inspira in corda eorum verbum tuae doctrinae. Tuum enim est donum, si nos accepisti indignos ad praedicationem Evangelii Christi tui ».[15]

Tanto incitamento obsequentibus et clara imitantibus exempla, vobis praedicandum est verbum Dei, « opportune et importune... in omni patientia et doctrina»,[16] publice et privatim, intimis cordium colloquiis, atque gratiae Christi divitiae explicandae. Praedicate Evangelium resurrectionis, nuntium gaudii et pacis, sermonis et exempli cum virtute multa, invocata gratia spiritualium charismatum, scientes hanc esse

[13] **Cfr. *Zach.* IV, 11-14; *Apoc.* XI, 4.**
[14] **Cfr. *2 Mach.* XV, 14.**
[15] ***Vita Constantini* XVIII, 8-10; *Fontes,* p. 211 s.**
[16] ***2 Tim.* 4, 2.**

victoriam quae vicit, vincit, vincet mundum, fidem nostram.[17] Hoc autem in ministerio, quo nullum certe aliud pluris aestimandum est, eas, quae vobis se praestant, et loci et temporis opportunitates diligenter et continenter adhibete atque, prout vobis praesto sunt, socialis quoque communicationis instrumentis utimini, sine ulla mora, multum audaciae et spiritus in vobis contrahentes. Audete : fortes fortium amica fortunans gratia adiuvat. Pro certo autem habetote populos, qui ad civilis vitae cultum Evangelii praedicatione imbuti pervenerunt, praepediri non posse, quin appetant arcano instinctu verbi Domini salutiferam auditionem et antiquam dignitatem, ut Cyrilli verbo utamur,[18] apertis vel occultis votis anhelent.

Date idcirco operam, ut crescenti iuventutis suboli Evangelium ad vestrorum Apostolorum exemplum annuntietis. Quid quaerit florens ista aetas, saepe audax intimis suis cogitationibus, nisi horridae vacuitatis voraginem abhorrere et Christum, solem iustitiae, suspirium saeculorum, in quo est omnis plenitudo veri, pulchri, boni, amplecti?

Id pertinet quam maxime etiam ad sacrorum alumnos et ad ipsos sacerdotes, quibus universis et singulis valde cupimus inesse flammantem Spiritui!) Christi, quibus precando exoptamus, ut veluti gentis vestrae Apostolus Cyrillus, aeternae Sapientiae sponsi sint et pro Sancta Trinitate et vivere et mori sciant.[19] Haud modici delectamenti Nobis est causa, cum edocemur istis in regionibus ad sacerdotalia munera vocationes paulatim crescere. Deo vobiscum summas agimus gratias, qui mittit operarios in campos messis suae, numero necessitatibus minus impari, virtute, utinam, omni ex parte praestabiles et in diem praestabiliores. Quare nulli parcite labori, ut sacrorum seminariorum alumnis ductores praeficiantur suo munere digni, sanctimonia et prudentia spectabiles, nullo modo cum malo coniventes.

Nec minus exoptamus, ut religiosa vita evangelicae perfectionis obligata votis istic reflorescat, activa scilicet et contemplativa quoque vita, cuius formam S. Cyrillus mirifice amavit

[17] **Cfr. *1 Io.* 5, 4.**

[18] **Cfr. *Vita Constantini* IX, 12; *Fontes,* p. 186.**

[19] **Cfr. *Vita Constantini* VI, 8; *Fontes,* p. 179.**

et dilexit. Ceterum eandem Concilii Oecumenici Vaticani II Patres et Nos ipsi haud semel laudibus prosecuti sumus, eo annitentes ut eam ad maiorem amplitudinem passim proveheremus.[20]

Ad homines autem e laicorum ordine demum alloquium Nostrum oportet converti. Nos minime latet, quanam alacri diligentia et prisca fide die noctuque pro Evangelio adlaborent. Sciunt christianam vitam omnino esse certamen, stadium, militiam ; et Sacram Confirmationis sacramenti acceptam in se exsuscitare student virtutem, communi Ecclesiae vitae inserti et, prout fert tempus, ad confitendum et glorificandum nomen Domini et ad puros agones instruuntur Evangelium non erubescentes. In propositis tam dignis laude ipsi intrepidi perstent. Horum adiutricem operam, in reliquum tempus fortasse magis necessariam, aeque, ut facitis, magni aestimantes, eo procliviores ut pro adepta maturitate spirituale sacerdotium exercentes maiorem a vobis fiduciam, ac liberius onus suae actionis suscipiant. Quam ob rem cordi vobis sit potissimum ut in integrae et sanissimae fidei institutione, optimis moribus et aptis suae cuiusque disciplinae technis ipsi conformentur; neque umquam satis ponetur industriae, ut ad omnem virtutem hae lampades insigniter et luceant et ardeant, quarum beneficium videntur exposcere nunc haud parum apud vos socialis res, caritas patriae, concordia foederatae reipublicae, cuius novae ordinationi vobiscum faustum exordium feliciaque incrementa precamur. Nam ii in exemplum volunt et debent esse, spectata honestate integri, probi, fidi, strenui, oboedientes iustis legibus, pulchri cultores, pacis satores, publici boni amatores : « Uno verbo, quod anima est in corpore, hoc sint in mundo christiani » :[21] ac tales sunto ii qui gentium vestrarum honor, robur, decus esse volunt debentque.

Prorsus inter omnes constat, quantum S. Cyrillus eo insumpserit sollicitudinis et laboris, ut in sacra liturgia tum Latini, tum Byzantini ritus Slavicus sermo adhiberetur quantumque ad huiusmodi usum parandum et tuendum opem contulerit ;[22] quod quidem Hadrianus II quasi sertum imponeret diuturno

[20] Cfr. Const. dogm de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 43-47.

[21] *Ep. ad Diognetum* VI; ed. Funk, I, p. 400.

[22] Cfr. *Vita Constantini* XVI; *Fontes,* pp. 205-208.

conamini ratum habuit et comprobavit. Civili nempe humanitatis cultui et ipsis eisdem sacris ritibus a S. Cyrillo non alius primarius locus attribuebatur, nisi ut servirent Deo, regno Dei et Evangelii sanctissimae causae. Verum quod is praecurrens saeculorum aetates fecerat, Concilium Oecumenicum Vaticanum II inde nunc sancivit[23] atque nova affertur ratio, ut in restaurationem liturgicam, iam prospero cum emolumento istic ad rem deductam, magno iudicio et pari prudentia studiosiores incumbatis, ut plane perficiatur, studio pulchritudinis accurate servando et ad rem deducendo, propterea quod ad summum Pulchrum minus indigne colendum pulchritudo a maioribus quoque tradita regalis est et amabilis via. Pergite, ad normas Concilii Oecumenici Vaticani II, in sacris ritibus patriis uti sermonibus, una cum lingua Latina et ecclesiastico cantu, ex latere cognato ad amussim servandis.[24] Quapropter religiosis modulaminibus quae in terris vestris divite vena excaturiunt et canoram popularemque animam vivide exprimunt, selectis, recognitis, expurgatis si oportet, in vestibula sacra ingressum facite. Hac in re de boni exitus exspectatione confidimus; nam gentibus vestris haec inest ingenua sentiendi nota, ut orare cantando et orando cantare in amore habeant; utinam cantent lingua, cantent corde et cantent vita canticum novum desiderii sancti, quo ad infinitum veri, boni, pulchri oceanum et ad optima quaeque assequenda mentes dirigantur!

Perspectum est — ac nemo studiosus ab hac sententia discrepat — humanitatis cultum Slavicarum gentium a duobus Thessalonicensibus fratribus ortum duxisse. Natalis nempe eius tunc illuxisse videtur, cum Cyrillus, antequam Slavicas litterarum formas componendas insumeret et prologum Evangelii secundum Ioannem convertere inciperet, memoratu dignam deprecationem ad divinae Sapientiae thronum admovit.[25] Hinc exordia, hinc dilucula, hinc auspicia, laeta hinc fausta incrementa in vestro cultioris vitae progressu et cursu: enimvero mores, iura, leges, disciplinae, artes, litterae spiritum afflatumque hinc acceperunt, quo nobilitarentur et propagarentur et crescerent. Felix fecundumque foedus avitae fidei cum doctri-

[23] **Cfr. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 36.**

[24] **Cfr. ibid.**

[25] **Cfr. *Vita Constantini* XIV, 13-14; *Fontes,* p. 201.**

narum et artium elegantia et civili humanitate indemne servate, cum pro certo habere debeatis, isto prisco amicitiae vinculo et nodo parta esse gentium vestrarum in saeculorum decursu prae ceteris illustria decora, atque ita et in crastinum publicas et privatas utilitates inde magni momenti exorituras esse.

Silentio praeterlabi non patimur aliud, quod, duobus Apostolis gentis vestrae singulare et ornatissimum insigne, fel. rec. Decessor Noster Ioannes XXIII in iis valde adamavit: desiderium scilicet unitatis.[26] Exhalans Cyrillus animam suam has insusurravit preces : « Omnes in unitate collige et fac eximium populum concordem in fide tua et recta confessione ».[27] Profecto novissima verba Cyrilli plane consona fuerunt votis Servatoris nostri, antequam pateretur et cum relinqueret mundum iturus ad Patrem, unitatis bonum, quo nihil maius, ardenter commendaret : « Ut omnes unum sint... ut credat mundus quia tu me misisti ».[28] Quod Cyrillus e terrestri vita demigrans precatus est id mandatum reputatote, vobis hereditario nomine commissum, quod ad exsequendum oportet incumbatis assidue. Unitatem igitur quaerite, unitatem anteponite, unitatem diligite; in singulos dies eam quodam modo exaedificate conditam in numquam frangenda conscientiae purae pace cum Deo, quae exsuperat omnem sensum et omne gaudium transcendit.[29] Maiora adhuc prospicimus : exemplum unitatis, quod ipsi praebueritis, quasi vexillum extolletur quo micante ceterae Slavicae stirpis gentes ad coniunctionem in Evangelio pacis, vias pacis muniant atque decurrant.[30] Illam unitatem intellegimus, cuius impetranda consecutio primaria fuit causa, cur diuturni per temporis decursum fausto omine felicique eventu Velehradenses Conventus celebrabantur.[31]

Procul dubio primum vinculum talis adspectabilis unitatis cum Ecclesia erat arctissima S. Cyrilli et eius asseclarum cum Sede Apostolica eiusque Pontifice coniunctio, etiam ea aetate,

[26] **Cfr. Epistula apostolica *Magnifici eventus: A. A. 8.* 55 (1963), p. 437.**

[27] ***Vita Constantini* XVIII, 9; *Fontes,* p. 211.**

[28] ***Io.* 17, 21.**

[29] **Cfr. *PMl.* 4, 7.**

[30] **Cfr. *Luc.* 1, 79.**

[31] **Cfr. Epistula apostolica *Magnifici eventus: A. A. S.* 55 (1963), p. 437.**

qua, pro dolor, inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam exorta erat temporalis contentio. Haec sane fidelitatis observatio erga Urbis Episcopum et Sedem Apostolicam, quam vestrates ab eo auro gemmisque pretiosiorem hereditatem acceperunt, vos, dilectissimi Nobis, professi estis praedicandis posteritati exemplis, verbis, fortiter factis; hanc profitentur in praesens quoque peregrinantium turmae istinc Romam venientes, quas crebro coram admittere gaudemus atque conspicimus vera pietate et calore fidei insignes.

Pro comperto sit vobis, idque palam declarare cupimus, Nos benevolentiam filiorum paterna caritate plane rependere, laeta maestave semper vestra participantes : persuasum vobis sit Apostolicam Sedem necessitatibus vestris, prout copia datur, velle et conari potissima ratione consulere, et quemadmodum laetamur de acceptis nuntiis super condicione Ecclesiae Graecae-catholicae, — quem quidem statum ad perfectionis ulteriores gradus perventurum esse valde speramus in Cecoslovachia, — ita confidimus haud sero fore ut nova iuridica temperatio Ecclesiae in Slovachia ad effectum deducatur.[32]

Profecto in obscuro non est eos, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, inter angustias et insidias haud paucas saepe versari;[33] sed attamen animos vos ne desponderitis. Nonne viriliter agere, fortia pati, tuta tranquillitate uti, cum conscientiae purae testimonio exspectare, ut coortae procellae in auram lenem vertantur, vestrae virtutis avi tum est indicium? Erit vobis hoc pretium meriti et praemii luculentissima, auspice et propitia Beatissima Virgine Maria, Matre, Regina, advocata ter mirabili, semper opifera, quam colere maiorum vestrorum instituto et mori insistentes, populi vestri nulli voluerunt et volent esse secundi, atque eius experiemini arridentis vultus túrbida serenans tutamen.

Haec imo e pectore ominati, vobis, Venerabiles Fratres et dilecti filii, gratiae caelestis plenitudinem et pacem quae exsuperat omnem sensum, spei securae solacium haud defetiscens in Omnipotentis umbra confisae enixo oratu invocamus

[32] **Cfr. Const. apost.** ***Ad Ecclesiastici regiminis incrementum: A. A. S.*** **29 (1937), pp. 366-369.**

[33] **Cfr.** ***2 Tim.*** **3, 12.**

atque, horum pignus, vobis atque clero et christifidelibus curis vestris commissis et universis, qui ubique terrarum saecularem memoriam excessus e terrestri vita S. Cyrilli instaurando sollemnia honorabunt, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die n mensis Februarii, in festo Purificationis Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Processus de Causis beatificationis et canonizationis aptius ordinantur.

PAULUS PP. VI

SANCTITAS CLARIOR in dies altiorque est mysterii Ecclesiae declaratio et significatio, donec haec, plenam in caelis compaginem assecuta, *in summa caritatis beatitudine adorabit Deum et Agnum qui occisus est.*[1]

Ipse autem benignissimus Deus, qui est omnis sanctitatis et fons et corona et gloria, in Ecclesia semper nova instaurat exempla virtutum, atque in vita eorum qui, *humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur ... praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat*[2] praeclarumque in iis signum praebet Regni sui, ut ad illud adipiscendum, *magna imposita nube testium?* nos potenter alliciat.

Nihil ergo mirum, si Concilium Vaticanum II, de mysterio agens Ecclesiae, praestantissimam hanc sanctitatis notam, cui ceterae arcte conectuntur, in pleniore luce collocavit, cunctoque christifideles cuiusvis condicionis vel ordinis ad vitae

[1] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 51: *A. A. 8.* 57, 1965, p. 58.

2 *Ibid.,* n. 50, p. 56.

3 Cfr. *Hebr.* 12, 1.

christianae plenitudinem et caritatis perfectionem etiam atque etiam advocavit;[4] quae quidem ad sanctitatem invitatio peculiarissima habetur tamquam proprietas ipsius conciliaris magisterii eiusque veluti ultimus finis.

Dum vero sanctitatem omnium fidelium pro viribus Ecclesia fovere studet, iisdem vera sanctitatis exempla ante oculos proponere numquam intermittit, martyres scilicet aliosque viros et mulieres heroicarum, quas appellant, virtutum laude insignes, quorum ut *et conversationem exemplum, et communione consortium, et intercessione subsidium*[5] assequantur magnopere enititur.

Ut vero praeclara huiusmodi sanctitatis exempla probe dignoscantur, atque sua sincera luce plene resplendeant, canonicae pervestigationes necessariae sunt, summo quidem studio ac sedulitate, prouti rei gravitas postulat, peragendae, quas Decessores Nostri, in primis f. r. Benedictus XIV, sapientissimis, pro suorum temporum ratione, communierunt legibus, in Codicem Iuris Canonici postea receptis. Sed mutatis moribus vitaeque adiunctis, congruum et consentaneum visum est inquisitionis, quam diximus, viam ac rationem recognoscere, atque ad nostri huius temporis necessitates accommodare, ut, suprema Summi Pontificis cum Episcoporum auctoritate efficaciter consociata, planius et expeditius fiat iter ad causas beatificationis et canonizationis Servorum Dei instruendas.

Quapropter, rebus diligentissime perpensis, motu proprio et auctoritate Nostra Apostolica, haec quae sequuntur statuimus atque decernimus.

I

DE EPISCOPORUM CUM SUMMO PONTIFICE CONSOCIATA ACTIONE IN PROCESSIBUS INSTRUENDIS

1. In iure, hucusque vigenti, duplicis ordinis Processus quoad Beatificationem Servorum Dei servabantur: alii enim erant *Ordinarii,* ab Episcopis scilicet seu locorum Ordinariis

[4] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* nn. 40-42: *A. A. S.* 57 (1965), pp. 44-47.

[5] Ex *Praefatione,* quibusdam dioecesibus concessa.

iure proprio, ex demandata in canonibus auctoritate, instructi (cc. 1999, § 3; 2038, §§ 1 et 2, 1.-3.); alii *Apostolici* (cc. 2087-2097), auctoritate nempe a Sancta Sede delegata et sub ipsius moderamine instructi (cc. 2088-2100).

In posterum vero, in Causis procedentibus per viam ordinariam *non cultus,* unicus instituetur Processus cognitionalis seu ad colligendas probationes, qui in duplici auctoritate consistet: in *ordinaria* nempe demandata, proprio iure exercita atque in pluribus aucta; et in *delegata* ab Apostolica Sede, quae priori addetur eamque confirmabit atque extollet.

2. Episcopis dioecesanis vel Hierarchis aliisque ipsis in iure aequiperatis, intra fines suae iurisdictionis (cc. 1999, § 3; 2038, § 2, 1.-3., 2039), sive ex officio, sive ad instantiam singulorum fidelium vel legitimorum fidelium coetuum (c. 2003, §§ 1-2) eorumdemve procuratorum (c. 2004), ius competit: inquirendi, atque, servatis praescriptis Iuris communis et peculiaribus Normis, a Sacra Rituum Congregatione ad hoc edendis, Causam aperiendi seu introducendi.

3. Antequam vero Episcopus vel Hierarcha, sive ex officio sive ad instantiam, Causam aperiat seu introducat (n. 2), Sancta Sedes consulenda est, validis idoneisque suppeditatis argumentis, quibus Causa ipsa legitimo solidoque fundamento innixa cognoscatur.

Postea Sancta Sedes, omnibus perpensis, decernet utrum nihil obsit Causae aperiendae seu introducendae.

II

DE CURSU PROCESSUS

4. Venia Sanctae Sedis habita, Episcopus aut Hierarcha, lato Decreto, Causam valet aperire vel, si id in Domino expedire existimaverit, in opportunius tempus eam differre, aut etiam eadem supersedere.

Quidquid tamen statuerit, de consilio a se suscepto Sanctam Sedem certiorem facere ne omittat.

5. Processus complectitur inquisitionem:

1° super Servi Dei scriptis;

2° super eiusdem vita et virtutibus, vel martyrio, necnon super *non cultu.*

6. Processu absoluto, eiusdem Acta ad Sacram Rituum Congregationem mittantur.

7. Sacra Rituum Congregatio, Actis Processus diligenti examine cognitis, si quae addenda vel complenda videantur, vel ea ab Episcopo aut Hierarcha requirat, vel ex officio ipsa compleat (cf. Const. *Regimini Ecclesiae universae,* n. 62, § 2, 1).

8. Quoad asserta miracula ad Beatificationem et Canonizationem iure requisita, Episcopus vel Hierarcha, antequam de iisdem inquirat, brevem et accuratam facti relationem mittat ad Sacram Rituum Congregationem, ut ab ea opportunam instructionem obtineat.

Inquisitio de assertis miraculis ab inquisitione de virtutibus vel de martyrio separatim fiat.

III

DE TRIBUNALIBUS AD PROCESSUM INSTRUENDUM

9. Episcopus vel Hierarcha, ad normam Iuris competens, omnia potest agere quae ad instruendum Processum necessaria sunt. Ab eodem, vel ipsius nomine, pertractanda sunt quae ad Causam aperiendam, seu introducendam pertinent, Sede Apostolica annuente (cfr. nn. 2, 3).

10. § 1. Ad Processus aptius instruendos, Episcoporum Conferentia alicuius Nationis vel Regionis facultate fruitur, vi harum Litterarum Apostolicarum, erigendi Tribunalia territorialia specialia ad hoc constituta pro territoriis suae iurisdictioni subiectis; quae tamen Sedis Apostolicae recognitione indigent.

§ 2. Haec Tribunalia territorialia sunt Provincialia, vel Interprovincialia, vel Nationalia, prouti erecta fuerint pro aliqua tantum Provincia ecclesiastica, vel pro pluribus Provinciis ecclesiasticis alicuius regionis, vel pro toto territorio ecclesiastico alicuius Nationis.

§ 3. Constitutio Tribunalis territorialis est obligatoria,

si dioeceses territorii, de quo agitur, careant Officialibus ad proprium Tribunal dioecesanum apte constituendum.

11. Episcoporum Conferentiae erit:

I° Tribunalia territorialia erigere, assignata unicuique Tribunali opportuna circumscriptione;

2° Sedem Tribunalis territorialis determinare;

3° Uniuscuiusque Tribunalis praesidem eligere, ad quinquennium.

12. Coetus Episcoporum Provinciae aut Regionis, de quibus agitur, erit:

r Erectionem Tribunalis territorialis Episcoporum Conferentiae proponere;

2° Praesidis nomen eidem Conferentiae praesentare;

3° Ceteros Officiales Tribunalis territorialis, ad quinquennium, eligere.

13. Tribunal territoriale legitime constitutum potestatem iudicialem obtinet in toto territorio sibi assignato, quoad omnes instruendos Processus, quos Episcopi, de quibus supra, eidem commiserint.

14. Licet cuilibet Episcopo dioecesano territorii, quod commemora vimus, instructionem omnium Processuum Causarum Beatificationis Servorum Dei et Canonizationis Beatorum suae dioecesis Tribunali territoriali, si libet, committere, tunc etiam cum in sua Curia Tribunal rite constituere potest.

15. Integrum tamen manet Episcopi ius, etiam Tribunali territoriali legitime constituto, eosdem Processus in propria Curia instruendi, dummodo proprium Tribunal idoneis Officialibus, etiam extra dioecesim quaesitis, constituere valeat,

Quae vero a Nobis hisce Litteris, motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xix mensis Martii, in festo S. Ioseph, B. Mariae Virginis Sponsi, anno **MCMLXIX**, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LOKOJANAE

(IDAHINAE)

Detracta a territorio dioecesis Lokojanae parte quae sita est ad orientem fluminis Niger, nova praefectura apostolica conditur, cui nomen datur « Idahinae ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

A Iesu Christo, Dei Filio hominumque Bedemptore, exempla sumentes, qui e caelorum plaga terras has petiit imas ut in tepentibus hominum pectoribus ignem accenderet pietatis atque caritatis (cf. *Lc.* 12, 49), et Nos, qui universae christianorum familiae praepositi sumus, Dei sane consilio et voluntate, nihil aliud laboribus, sollertia, prospicientia Nostra spectamus, quam ut singulis Ecclesiis toto terrarum orbe diffusis, eam rerum condicionem faciamus, qua ille sacer ignis, quo fides alitur, et accendatur, et in lucidam flammam succrescat. Quam ob rem, cum Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re bene considerata, sententiaque audita venerabilium Fratrum Aloisii Bellotti, Archiepiscopi titulo Voncarianensis atque in Africa Media Occidentali Apostolici Delegati, atque Augusti Dilisle, Episcopi Lokojani, Nobis proposuerit ut, diviso territorio dioecesis Lokojanae, nova quaedam praefectura apostolica conderetur, Nos haec statuimus atque iubemus. Ab ea dioecesi territorium detrahimus, quod ad orientem fluminis Mger populari sermone cognominati situm est, quodque gens Igala incolit, eoque novam praefecturam constituimus, *Idahinam* ab urbe principe eius terrae appellandam, atque curis Congregationis Sancti Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae concredendam. Cuius sodales paterne hortamur ut finibus christianae religionis proferendis nihil, ut suus est mos, omittant. Ceterum haec quae per has Litteras Nostras mandavimus, venerabilis Frater Aloisius Bellotti, cuius fecimus modo mentionem, ad exitum adduci studebit, vel quem ipse delegaverit, factis nempe iuribus atque potestatibus necessariis. Re autem acta, curabit idem ut documenta exarentur, eorumque exempla sincere scripta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res

est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitatis nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 26.

II

PHNOM PENH

(CHOMPONCHAMENSIS)

Quibusdam detractis territoriis a vicariatu apostolico nomine « Phnom Penh », nova conditur praefectura apostolica « Chomponchamensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Superna voluntate Illius in terris vice fungentes, qui « omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire)) *(1 Tim.* 2, 4), nihil intentatum relinquimus ut ad vitam aeternam consequendam quam uberrima subsidia eaque efficacissima cunctis populis proponamus et off eramus. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, post auditum venerabilem Fratrem Angelum Palmas, Archiepiscopum titulo Vibianensem atque Apostolicum in Vietnamia et Cambogia Delegatum, visum sit optimo

consilio fieri, si in his regionibus nova crearetur circumscriptio ecclesiastica, Nos re bene reputata, sententia petita a quibus oporteret, haec de suprema Nostra potestate decernimus atque iubemus. A vicariatu apostolico « de Phnom Penh » districtus civiles separamus, quos vulgo appellant Kompong Cham, Prey Veng, Sway-Rieng, Kratié, Mondulkiri, Ratanakiri et Strung Treng iisque praefecturam apostolicam constituimus omnibus datis iuribus, quae ad normam iuris communis huiusmodi Circumscriptionibus ecclesiasticis competunt. Hanc autem praefecturam *Chomponohamensem* appellari censemus, ex urbe Kompong Cham, eamque sodalibus Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes gubernandam concedimus, bonam in animo concipientes spem fore ut, eorum sollicito studio atque industria, « sermo Dei currat et clarificetur » *(2 Thess.* 3, 1) magis magisque in dies. Praecipimus autem ut quae mandavimus ad effectum adducat venerabilis Frater Angelus Palmas, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Qui vero negotia perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione quam primum mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vigesimo sexto mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 19.

...III

PHNOM PENH

(BATTAMBANGENSIS)

Distractis nonnullis territoriis a vicariatu apostolico de Phnom Penh, nova quaedam apostolica praefectura conditur, « Battamhangensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui in Beati Petri locum successimus, ad rerum Ecclesiae universae procurationem vocati, officii Nostri conscientia ita movemur, exemplis atque verbis Christi ita afficimur, gliscentibus omnium Ecclesiarum negotiis atque necessitatibus ita impellimur, ut omnes Nostras curas atque sollicitudines in id eonferamus, ut Christi fidelibus earumque pastoribus, sive prope sint Nos, sive longe, satis provideamus. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide visum sit bene fieri, si vicariatu apostolico de Phnom Penh partito, nova ex eo praefectura apostolica conderetur, Nos, re bene reputata, atque venerabili Fratre Angelo Palmas sententiam rogato, Archiepiscopo titulo Vibianensi et in Vietnamia et Cambogia Apostolico Delegato, haec quae sequuntur potestate Nostra decernimus ac iubemus. A vicariatu de Phnom Penh civiles districtus ut dicunt, de Battambang, Siemreap, Kompong Thom-Preahvihear, Kompong Chhnang et Pursat separamus iisque novam praefecturam apostolicam constituimus, quam *Battambangensem* appellari iubemus, quamque curandam clero Cambogiano tradimus, paterne hortantes ut, suorum maiorum exempla secutus, nihil omnino omittat Christi fidei atque religioni propagandae. Ceterum quae mandavimus, venerabilis Frater Angelus Palmas, cuius mentionem fecimus, ad exitum deduci studebit, vel quem ipse delegaverit, factis iustis facultatibus. Ee vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta offi-

cere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

® Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. CXXIX, n. 20.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Delegationi Apostolicae in Australia, Nova Zelandia et Oceania nova inditur appellatio « in Australia et Papua-Nova Guinea ».

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum opportunum visum sit Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ut Delegatio Apostolica, antea ab Australia, Nova Zelandia et Oceania nuncupata, ita divideretur, ut duae aliae sui iuris constituerentur, peculiaribus hodie datis Litteris perfecimus. Persuasum enim habuimus haud parum inde dignitatis Apostolicam hanc et Romanam Sedem honorisque amplitudinem consecuturam, plurimumque catholicas ipsas res utilitatis. His igitur actis, Nos, certa scientia ac matura deliberatione,

harum Litterarum vi Nostraque potestate, post subtracta ab Apostolicae Delegationis dicione in Australia, Nova Zelandia et Oceania territoria Conferentiarum Episcopalium Novae Zelandiae et Oceani Pacifici, decernimus ut eadem Delegatio in posterum *ab Australia et Papua-Nova Guinea* appelletur, eiusque Sedes in vulgo Sydney urbe sit. Contrariis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex tunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die primo mensis novembris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *8. B. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 62.

II

Nova Delegatio Apostolica erigitur in Nova Zelandia et Oceano Pacifico

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo plus efficientiae tribuamus sollicitudini Nostrae de universo dominico grege, quem commendatum Nobis habemus, curas non solum eo intendamus oportet, ut eius portionibus Patres et Pastores praeficiamus, qui sua moderatione oves ad salutaria pascua deducant, sed etiam ut Legatos Nostros mittamus, qui Delegati Apostolici nuncupati, Nostram veluti personam apud Coetus Episcopales ipsosque sacrorum Antistites gerant. Quod quidem eo consilio

fit, ut his per eosdem Delegatos Apostolica Sedes quasi propior evadat et quodam modo aspectabilis, simulque officiorum utilitates afferantur et mutuae necessitudinis rationes reddantur faciliores expèditioresque. Hac ducti mente Delegationem Apostolicam in regionibus seu insulis, quas Coetus Episcopales Novae Zelandiae et Oceani Pacifici complectuntur, instituere decrevimus. Quae cum ita sint, Nos e consulto Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Delegationem Apostolicam, *Novae Zelandiae et Oceani Pacifici* appellandam, erigimus et constituimus eiusque sedem in urbe Vellingtonia collocamus ; quae quidem Delegatio praedicta territoria comprehendat et memoratae Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione sit obnoxia. Eidem ergo omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum propria sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; enuntiataeque Delegationi ita constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die primo mensis novembris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *S. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

ffi Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus^ *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco 83 **Sigilli**

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 61.

III

Beata Maria Virgo^ « Nuestra Señora de Copacabaha » vulgo appellata, principalis Patrona totius Bolivianae Classis declaratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Maria, mater Ecclesiae sollemni more in Concilio Oecumenico Vaticano II pronuntiata est, quippe quae ad gignendam augendamque vitam divinam in singulis hominum animis, materno opere continuo intendit et licet in contemplanda augusta Trinitate laetetur, tamen ex aetherio solio filiorum non obliviscitur, eorumque necessitates in Deo persentiens, Advocatam et Auxiliatricem se praestat potentissimam. Eam ergo qui sequuntur studiosa imitatione ac supplici deprecatione omnes gratiae thesauros obtinent, aeternaeque adipiscuntur salutis refugium. Huiusmodi marialis pietatis sedes inclita esse perhibetur et nobile templum Beatae Mariae Virginis de Copacabana, in dioecesi Pacensi, intra fines Bolivianae ditionis, quod, septimo decimo saeculo erectum, et sodalibus Fratrum Minorum Ordinis concreditum, Deiparae statuam pervetustam servat et multam sui movet admirationem tum ob ortus antiquitatem eximiumque architectandi genus, tum ob rei divinae diligentiam sacrique cultus fervorem. Quibus permoti iam Praedecessores Nostri Pius XI effigiem ipsam aureo diademate redimiri et Pius XII templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris decorari censuerunt. Cupiens autem marialem religionem ulterius provehere et praesidium Deiparae Virginis maius promereri tot inter discrimina quae corporibus et animis imminent, venerabilis Frater Aloisius Rodríguez Pardo, S. Crucis de Sierra Episcopus et Boliviae Castrensis Vicarius, qui vota simul significavit Christifidelium Copiarum navalium Boliviae necnon Episcopalis Bolivianae Conferentiae, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine illo appellatam, cuius paciferum praesidium per volventia saecula usque ad praesens experti sunt, totius Bolivianae Classis praecipuam Patronam renuntiaremus. Quibus precibus libenti animo concedentes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, post auditum venerabilem Fratrem Ioannem Graveiii, Archiepiscopum titulo Suensem et in Bolivia Apostolicum Nuntium, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam « Nuestra Señora de Copacabana)) appellatam principalem apud Deum *Patronam* totius Bolivia-

nae Classis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis quae coetuum personarum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari.

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Evelyn Flora Caruso, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

BARCINONENSIS

Nullitatis matrimonii et dispensationis (Marcet Gris - Maia Guimaraes)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Erlandi Iosephi Maia Guimaraes, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 26 maii 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentium dubiorum :

An constet de matrimonii nullitate in casu, ob exclusionem iuris ad actus coniugales ex parte viri;

et quatenus negative,

An consilium praestandum sit Sanctissimo pro gratia dispensationis super matrimonio rato et non consummato, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Erlandi Iosephi Maia Guimaraes, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S.R. Rotae, die 4 martii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Erlando Ioseph Maia Guimaraes, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 26 mai 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire les doutes ci-dessous rapportés :

1. *Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas, pour exclusion du droit à Vacte conjugal, de la part du mari f*

et, dans le cas contraire :

2. *Doit-on interroger le Saint-Père pour la dispense super* rato et non consummato, *dans le cas f*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Erlando Ioseph Maia Guimaraes, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

NICTHEROYENSIS

Nullitatis matrimonii (Gonçalves - Correla)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ioachim Correia, conventus in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali Sacrae Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 14 maii 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Ioachim Correia, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 martii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joachim Correia, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 14 mai 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Joachim Correia, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 4 febbraio 1969, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Michele Browne, Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Damiano De Veuster, sacerdote professo della Congregazione dei Sacri Cuori di Gesù e Maria (Picpus), si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Martedì, 18 febbraio 1969, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quali gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sull'eroicità delle virtù dei Servi di Dio :

1. Emanuele Domingo y Sol, sacerdote, fondatore dell'Istituto dei Sacerdoti Operai Diocesani;
2. Fratel Muziano, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

1 marzo 1969. S. E. Revma Mons. Cecchini Michele, Arcivescovo tit. di Aquileia, *Pro-Nunzio Apostolico nel Madagascar.*

8 » » S. E. Revma Mons. Mo joli Giuseppe, Arcivescovo tit. di Larissa di Tessalia, *Pro-Nunzio Apostolico in Etiopia.*

24 » » L'Illmo e Revmo Mons. Bartoccetti Vittorio, *Vice Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

17 marzo 1969. S. E. Revma Mons. Benelli Giovanni, Sostituto della Segreteria di Stato, e S. E. Revma Mons. Casaroli Agostino, Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

20 marzo 1969. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Felici Pericle, *Membro della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

21 » » L'Illmo e Revmo Mons. Di Biagio Agostino e il Revmo Mons. Rizzi Mario, *Capi Ufficio della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

22 » » S. E. Revma Mons. Ziadé Ignazio, Arcivescovo Maronita di Beirut; S. E. Revma Mons. Brini Mario, Segretario della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali; il Revmo Mons. De Clercq Carlo; il Revmo Padre Wojnar Melezio, dell'Ordine di San Basilio Magno; il Revmo Sac. Jarawan Elia, *Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

A norma del Motu proprio « Pro comperto » del 6 agosto 1967, il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

18 marzo 1969. *Membri della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti :*

S. E. Revma Mons. Fares Armando, Arcivescovo di Catanzaro;

S. E. Revma Mons. Lallier Marco, Arcivescovo di Besançon ;

S. E. Revma Mons. McGucken Giuseppe Tommaso, Arcivescovo di San Francisco;

S. E. Revma Mons. de Moráis Penido Geraldo Maria, Arcivescovo di Juiz de Fora;

S. E. Revma Mons. Maccari Carlo, Arcivescovo di Ancona;

S. E. Revma Mons. Tabera Araoz Arturo, Arcivescovo di Pamplona ;

S. E. Revma Mons. Ashby Brian Patrizio, Vescovo di Christchurch.

20 » » *Membro della Saera Congregazione per il Clero:*

S. E. Revma Mons. Fernandes Bijos Geraldo, Vescovo di Londrina.

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Assistente al Soglio Pontificio-

27 agosto 1968. S. E. Revma Mons. Ngô-Dinh-Thuc Pietro Martino, Arcivescovo tit. di Bulla Regia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

24 gennaio 1968. Monsig. Hubertus Bruno (San Antonio).
23 marzo » Monsig. Harrington Paolo (Boston).

Protonotari Apostolici soprannumerari:

4 aprile 1968. Monsig. Schwertz Federico Giuseppe (Wheeling).
27 settembre » Monsig. Noto Angelo (Agrigento).
15 ottobre » Monsig. Mazzarone Angelo (Tricarico).

Prelati Domestici di Sua Santità :

29 maggio 1967. Monsig. Chiodini Gaspare (Saint Louis).
» » » Monsig. Doyle Francesco (Saint Louis).
» » » Monsig. Ratermann Davide (Saint Louis).
» » » Monsig. Wilmes Luigi (Saint Louis).
» » » Monsig. Winter Giuseppe (Saint Louis).
8 giugno » Monsig. Aviza Jonas (Kaunas).
28 novembre » Monsig. Lippe Antonio (Graz-Seckau).
1 marzo 1968. Monsig. Murphy Carlo F. (Cincinnati).
» » » Monsig. Tensing Roberto Enrico (Cincinnati).
7 » » Monsig. McGrath Giovanni J. (Steuben ville).
14 » » Monsig. Gertz Guglielmo (Münster).
» » » Monsig. Reckfort Francesco (Münster).
» » » Monsig. Schmitz Giuseppe (Münster).
» » » Monsig. Stammkotter Guglielmo (Münster).
» » » Monsig. Wöste Guglielmo (Münster).
27 » » Monsig. Carey Michele Andrea (Raleigh).
» » » Monsig. Dengers Pietro Martino (Raleigh).
» » » Monsig. Murphy Francesco Giuseppe (Raleigh).
28 » » Monsig. Cox Gerardo (Santa Rosa in California).
» » » Monsig. Farrell Giovanni (Santa Rosa in California).
» » » Monsig. Jackson Carlo (Santa Rosa in California).
» » » Monsig. Tournier Andrea (Santa Rosa in California).

Prelati d'Onore di Sua Santità :

4 aprile 1968. Monsig. Gelineau Luigi Edoardo (Burlington).
» » » Monsig. Lynch Giovanni Antonio (Burlington).
» » » Monsig. McKernan Giuseppe P. (Wheeling).
» » » Monsig. McNulty Giovanni Luigi (Wheeling).
» » » Monsig. Stand Silvestro Guglielmo (Wheeling).
27 » » Monsig. Guzman Novoa Giuseppe Maria (Orense).
» » » Monsig. Fenelon Tommaso Francesco (Saint Paul and Minneapolis).
» » » Monsig. Ward Giacomo Arturo (Saint Paul and Minneapolis).
» » » Monsig. Galles Francesco Edoardo (Winona).
» » » Monsig. Literski Roy Edoardo (Winona).
13 maggio » Monsig. Bell Michele (New York).
» » » Monsig. Byrne Enrico (New York).
» » » Monsig. Clark Eugenio (New York).
» » » Monsig. Doherty Andrea (New Yok).
» » » Monsig. Downey Vincenzo (New York).
» » » Monsig. Fogarty Edmondo (New York).

13	maggio	1968.	Monsig. Gallagher Roberto (New York).
»	»	»	Monsig. Gallagher Tommaso (New York).
	»	»	Monsig. Harrington Giovanni (New York).
»	»	»	Monsig. Heneghan Tommaso (New York).
»	»	»	Monsig. Herlihy Timoteo (New York).
»	»	»	Monsig. Kaufmann Carlo (New York).
»	»	»	Monsig. Kenealy Guglielmo (New York).
»	»	»	Monsig. Lumia Giuseppe (New York).
	»	»	Monsig. Moore Nicola (New York).
»	»	»	Monsig. Quinn Giuseppe (New York).
	»	»	Monsig. Riordan Giuseppe (New York).
26	»	»	Monsig. Keohane Marco (Boston).
»	»	»	Monsig. Sullivan Daniele (Boston).
»	»	»	Monsig. Me Mahon Giovanni Giuseppe (Richmond).
»	»	»	Monsig. Scannell Tommaso Patrizio (Richmond).
15	giugno	»	Monsig. Thaliath Giuseppe (Jabalpur).
1	luglio	»	Monsig. Reinisch Giovanni (Graz-Seckau).
»	»	»	Monsig. Zehrer Francesco (Graz-Seckau).
»	»	»	Monsig. Barreto Melgarejo Romano (Villarrica).
8	»	»	Monsig. Clarke Dionigi (Meath).
»	»	»	Monsig. McKcever Giovanni (Meath).
13	»	»	Monsig. Bauer Enrico (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Baum Guglielmo (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Blacet Guglielmo (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Fiedler Ernesto (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Harper Giacomo (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Hogan Roberto (Kansas City - St. Joseph).
	»	»	Monsig. Huhmann Giovanni (Kansas City - St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Moser Vittore (Kansas City - St. Joseph).
	»	»	Monsig. O'Brien Tommaso (Kansas City-St. Joseph).
»	»	»	Monsig. Summers Emmett (Kansas City - St. Joseph).
22	»	»	Monsig. Pitzki Enrico (Berlin).
24	»	»	Monsig. Ritter Giuseppe (Salzburg).
29	»	»	Monsig. Fabbri Francesco (Roma).
8	agosto	»	Monsig. Bianco Giacomo (Tarlac).
»			Monsig. Soriano Giacomo (Tarlac).
5	»	»	Monsig. Gofa Tullio (Brescia).
9	»	»	Monsig. Kershaw Basilio (Lancaster).
»	»	»	Monsig. Gambino Emanuele (Palermo).
13			Monsig. Sullivan Maurizio (New York).
16	settembre	»	Monsig. Bertozzi Tarcisio (Cesena).
»	»	»	Monsig. Bersani Silvio (Cesena).
»			Monsig. Fleischmann Alfonso (Eichstatt).
25	»	»	Monsig. Turpel Alfonso (Luxembourg).
28	»	»	Monsig. Ferretti Giuseppe (Bobbio).
1	ottobre	»	Monsig. Tricarico Alberto (Gallipoli).
5	»	»	Monsig. Lay ode Lorenzo (Lagos).
»	»	»	Monsig. Onih Giulio (Lagos).
»			Monsig. Sadiku Giulio (Lagos).

S	ottobre	1968.	Monsig. Magambo Serafo B. (Fort Portai).
»		»	Monsig. Musiko Bonifacio (Fort Portai).
15	»	»	Monsig. De Simone Giuseppe (Sorrento).
28	»	»	Monsig. Gal vitto Antonio (Foggia).
7	novembre	»	Monsig. Fernandes Angelo (Ohikmagalur).
»		»	Monsig. Marino Calogero (Piazza Armerina).
22		»	Monsig. Benelli Armando (Prato).
õ	dicembre	»	Monsig. Jerominek Francesco (Katowice).
7	»	»	Monsig. Damilano Secondo (Tortona).
13	»	»	Monsig. Bottizer Alfredo (Parenzo - Pola).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

20	febbraio	1969.	Monsig. Fisher Clarence Alfredo (Annidale).
1	marzo	»	Monsig. Amann Roberto A. (Cincinnati).
28	»	»	Monsig. Gaffus Giacomo P. (Santa Rosa in California).

Cappellani di Sua Santità :

27	aprile	1968.	Monsig. Sobrado González Cesareo (Orense).
»	»	»	Monsig. Berntson Terranee Vilfredo (Saint Paul and Minneapolis).
		»	Monsig. O'Farrell Giovanni (Sydney).
»	»	»	Monsig. Whelan Patrizio (Sydney).
13	maggio	»	Monsig. Cassidy Giacomo (New York).
»	»	»	Monsig. Curran Ugo (New York).
»	»	»	Monsig. Kenny Walter (New York).
		»	Monsig. McCabe Giovanni (New York).
»	»	»	Monsig. O'Brien Guglielmo (New York).
31		»	Monsig. Endrich Erico (Rottenburg).
	»	»	Monsig. Gantert Giuseppe (Rottenburg).
»		»	Monsig. Zörlein Giuseppe (Rottenburg).
15	giugno	»	Monsig. D'Souza Francesco (Nagpur).
»	»	»	Monsig. Gaekwad Francesco (Nagpur).
1	luglio	»	Monsig. Vidal Castillo Giorgio (Piura).
»	»	»	Monsig. Zarate Cáceres Giovanni Evangelista (Villarrica).
13	»		Monsig. Vergori Giuseppe (Lecce).
»		»	Monsig. Mutti Battista (Rottenburg).
24	»	»	Monsig. Lorenzi Alfonso (Padova).
»		»	Monsig. De Paolis Giovanni (Roma).
»	»	»	Monsig. Mohn Helmut (Rottenburg).
29			Monsig. Tilotta Edoardo (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Polverari Giuseppe (Senigallia).
»	»	»	Monsig. Silviotti Sante (Senigallia).
2	agosto	»	Monsig. Cirocchi Venanzio (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
»	»	»	Monsig. Rosetti Americo (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
»	»	»	Monsig. Martorana Giuseppe (Piazza Armerina).

9	agosto	1968.	Monsig. Affronti Francesco (Palermo).
»	»	»	Monsig. Giallombardo Giovanni (Palermo).
»	»	»	Monsig. Napoli Giuseppe (Palermo).
»	»	»	Monsig. Russo Rocco (Palermo).
16	settembre		Monsig. Schlick Giovanni (Eichstatt).
»	»	»	Monsig. Thomann Erberto (Graz-Seckau).
»	»	»	Monsig. Battaglia Giovanni (Ragusa).
»	»		Monsig. Sgarioto Rosario (Ragusa).
25	»	»	Monsig. Baretto Natale (Cuneo).
»	»	»	Monsig. Biancotto Giuseppe (Cuneo).
»	»	»	Monsig. Bono Luigi (Cuneo).
»		»	Monsig. Peano Nicolao (Cuneo).
»	»	»	Monsig. Marckhgott Eberardo (Linz).
»	»	»	Monsig. Salvaggio Antonino (Mazara del Vallo).
27	»	»	Monsig. Consiglio Salvatore (Agrigento).
»	»	»	Monsig. Lupo Calogero (Agrigento).
		»	Monsig. Campanella Giuseppe (Bovino).
28	»	»	Monsig. Mazzoni Colombano (Bobbio).
»	»	»	Monsig. Maina Giacomo (Bobbio).
10	ottobre	»	Monsig. Palombo Aldo (Grosseto).
»	»	»	Monsig. Koch Giuseppe (Wien).
15	»	»	Monsig. Rendié Giacomo (Bar).
»	»	»	Monsig. Bonin Luigi (Padova).
»	»	»	Monsig. Angerosa Domenico (Tricarico).
»	»	»	Monsig. Perrone Pancrazio (Tricarico).
»	»	»	Monsig. Sarli Gaspare (Tricarico).
»	»	»	Monsig. Venece Mario (Tricarico).
22		»	Monsig. Iaén Santiago Giuseppe (Sevilla).
28	»	»	Monsig. Martino Antonio (Foggia).
7	novembre	»	Monsig. Barghini Giuseppe (Sarsina).
30	»	»	Monisg. Iakubiec Ceslao (Warszawa).
10	dicembre	»	Monsig. Grudnick Francesco (Katowice).
»	»	»	Monsig. Szymecki Stanislao (Katowice).
13	»	»	Monsig. Ceraldi Francesco (San Marco e Bisignano)
»	»	»	Monsig. Cisario Ermenegildo (San Marco e Bisignano)
»	»	»	Monsig. Mazzia Angelo (San Marco e Bisignano).
»	»	»	Monsig. Vivona Francesco (San Marco e Bisignano).
20	»	»	Monsig. Lopez Illana Francesco (Albacete).
»	»	»	Monsig. Sacco Carlo (Ivrea).
10	gennaio	1969.	Monsig. Vattioni Francesco (Roma).
14	»	»	Monsig. Jordanek Taddeo (Wladislavia).
»	»	»	Monsig. Korczyk Tito (Wladislavia).
»	»	»	Monsig. Michalec Giuliano (Wladislavia).
»	»	»	Monsig. Rog Venanzio (Wladislavia).
»	»		Monsig. Rybak Taddeo (Wladislavia).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 ottobre 1968. Al sig. Lever Leslie (Salford).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15 gennaio 1968. Al sig. Dichtel Antonio (Freiburg im Breisgau).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Commenda dell'Ordine Piano:

21 giugno 1968. Al sig. Kortmann Costantino Nicola Maria fs-Hertogenbosch).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 settembre 1968. Al sig. De Azeredo Pervigao Giuseppe (Lisboa).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

14 giugno 1968. Al Gen. Paumgartten Zdenko *(Austria).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 agosto 1968. Al sig. Prinke Francesco (Wien).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19	luglio	1967.	Al sig. Deermann Bernardo (Köln).
3	novembre	»	Al sig. Kill Giuseppe Maria (Köln).
11	dicembre	»	Al sig. Bertacchi Giacomo (Bergamo).
7	marzo	1968.	Al sig. Fuhlrott Otto (Fulda).
31	maggio	»	Al sig. Ryan Colondai Giuseppe (Bangalore).
8	luglio	»	Al sig. Di San Bonifacio Milone (Padova).
»	»	»	Al sig. Cecchetti Giuseppe (Padova).
13	»	»	Al sig. Sentis Simeon Giuseppe Maria (Tarragona)
17		»	Al sig. Angelini-De Miccolis Filippo (Conversano).
22		»	Al sig. Cambiaghi Angelo (Roma).
2	agosto	»	Al sig. Berna Silvio (Chiusi e Pienza).
19	»	»	Al sig. Chiapparelli Giovanni (L'Aquila).
5	ottobre	»	Al sig. Minderop Paolo Giulio M. G. (Rotterdam)
15	»	»	Al sig. Eschenbrenner Pietro (Reims).
28	»	»	Al sig. De Antoni Vittorio (Viterbo).
7	novembre	»	Al sig. Grasso Pompeo (Caltanissetta).
»	»	»	Al sig. Alfieri Nereo (Ferrara).
	»	»	Al sig. Forlani Edmondo (Rimini).
»	»	»	Al sig. Ielmini Giuseppe (Roma).
9	gennaio	1969.	Al sig. Risso-Dominguez Fernando G. *(Argentina).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse militare :

28 agosto 1968. Al sig. Montorsi Otello *(Italia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1	marzo	1968.	Al sig. MacOabe Giuseppe (Middlesbrough).
»	»	»	Al sig. Peckston Giovanni Grant (Middlesbrough).
4	aprile		Al sig. Narick Stefano D. (Wheeling).
9	»	»	Al sig. Moynihan Noel (Westminster).
27	»	»	Al sig. Joseph Enrico Barnett (Birmingham).
»	»	»	Al sig. Lucas Giovanni Tommaso (Birmingham).
»	»		Al sig. Michel Enrico J. (Saint Paul and Minneapolis).
	»		Al sig. Ryan Giovanni J. (Saint Paul and Minneapolis).
»	»		Al sig. Tierney B. Carlo (Saint Paul and Minneapolis).
29	»	»	Al sig. Tanner Lorenzo (Westminster).
31		»	Al sig. Colaço Tommaso (Bangalore).
»	»	»	Al sig. Monteiro Luigi (Bangalore).
	»	»	Al sig. Saldanha Guglielmo (Bangalore).
»	»	»	Al sig. Jeresek J. (Winona).
15	giugno	»	Al sig. Kouwenhoven Pietro Giovanni Antonio Maria (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Rittner Tommaso (Westminster).
	»	»	Al sig. Tayler Enrico (Westminster).
»	»	»	Al sig. Tolhurst Francesco (Westminster).
26	»		Al sig. Loonen Pietro Giovanni (Roermond).
8	luglio	»	Al sig. Van Eyseren Leonardo Antonio Enrico (Roermond).
22	»	»	Al sig. Hawe Filippo (Liverpool).
»	»	»	Al sig. Taylor Aroldo (Liverpool).
	»	»	Al sig. Van Lier Giovanni Adriano (Bois-le-Duc).
2	agosto	»	Al sig. Gleeson Martino (Dublin).
»	»	»	Al sig. Van Zuylen Marcello Giovanni (Rotterdam).
8	»	»	Al sig. Boxer Carlo (Westminster).
»	»	»	Al sig. Lloyd Francesco (Westminster).
13	»		Al sig. Dolk Enrico Davide Maria (Rotterdam).
28	»	»	Al sig. Veringa Antonio Giovanni (Breda).
»	»	»	Al sig. Micca Pietro (Roma).
25	settembre		Al sig. Buise Pietro (Vicenza).
28	»	»	Al sig. Biasi Gaetano (Roma).
»	»	»	Al sig. Della Porta Pietro (Roma).
5	ottobre	»	Al sig. Ferraris Giovanni (Grosseto).
14	»	»	Al sig. Baldone Samuele C. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Collins Federico G. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Cusick Edoardo S. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Dekle Leone A. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Fricker Francesco Alberto (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Garvin Giovanni C. Jr. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Al sig. Herlihy Carlo E. (Mobile - Birmingham).
»	»		Al sig. Kime Ambrogio R. (Mobile - Birmingham).

14 ottobre 1968 Al sig. McHugh Giuseppe Ignazio (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Mims Goffredo Oarterio Jr. (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Nicholas Giovanni (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. O'Brien Ugo A. (Mobile-Birmingham).
» » » Al sig. Perez Alfredo L. (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Plaisance Giorgio (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Smith Federico Lloyd (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Sudduth Giuseppe E. (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Thornton Guglielmo L. Sr. (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Velia Giovanni Jr. (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Whibbs Vincenzo (Mobile - Birmingham).
» » » Al sig. Willey Douglas J. (Mobile - Birmingham).
7 dicembre » Al sig. Collins Enrico (San Diego - California).
13 » » Al sig. Chenard Giovanni (Genève).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 luglio 1968. Al sig. Ja verone Maurizio (Roma).
13 agosto » Al sig. Schoiber Ernesto (Sankt-Pölten).
28 » » Al sig. Herrmann Gustavo (Wien).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

27 novembre 1968. Al sig. Dore Giovanni Pietro (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 gennaio 1967. Al sig. Atorn Antonio (Paderborn).
4 gennaio 1968. Al sig. Fackler Giorgio (Augsburg).
21 febbraio » Al sig. Wechs Tommaso (Augsburg).
7 marzo » Al sig. Kraemer Corrado W. (Osnabrück).
27 aprile » Al sig. Fonk Giovanni (Freiburg im Breisgau).
26 maggio » Al sig. Montebelli Carlo (Roma).
31 » » Al sig. De Theux de Mont jardin Guido (Liège).

NECROLOGIO

28 febbraio 1969. L'Emo Signor Cardinale Testa Gustavo, del Titolo di S. Girolamo degli Schiavoni, Pro-Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.
3 marzo » Monsig. Lucas Martino, Arcivescovo tit. di Aduli.
11 » » Monsig. Guerry Emile Maurice, Arcivescovo tit. di Ottava.
17 » » Monsig. Picard de la Vacquérie Robert, Arcivescovo tit. di Amida.
18 » » Monsig. Vanuytven Charles A., Vescovo tit. di Megara.
21 » » Monsig. Brunner George, Vescovo tit. di Murustaga.

An. et vol. LXI 30 Aprilis 1969 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Missale Romanum ex decreto Concilii Oecumenici Vaticani II instauratum promulgatur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

MISSALE ROMANUM, ex decreto Concilii Tridentini a Decessore Nostro S. Pio V anno MDLXX promulgatum,[1] nemo non suscipit in multis iisque mirificis utilitatis fructibus esse numerandum, qui ex eadem Sacrosancta Synodo in universam Christi Ecclesiam dilapsi sunt. Per quattuor enim saecula, non modo illud ritus Latini sacerdotes pro norma habuerunt, ad quam Eucharisticum Sacrificium facerent, sed sacri etiam Evangelii nuntii in omnes fere terras invexerunt. Innumeri praeterea sanctissimi viri animorum suorum erga Deum pietatem, haustis ex eo sive Sacrarum Scripturarum lectionibus sive precationibus, copiosius aluerunt, quarum praecipuam partem Sanctus Gregorius Magnus in certum digesserat ordinem.

Sed ex quo tempore latius in christiana plebe increbescere et invalescere coepit sacrae fovendae liturgiae studium, quod,

[1] Cfr. Const. Apost. *Quo primum,* die 13 mensis Iulii anno 1570 data.

de Decessoris Nostri ven. rec. Pii XII sententia, ostendere visum est aeque providentis Dei erga huius aetatis homines propensissimae voluntatis indicium, aeque Sancti Spiritus per Ecclesiam suam salutiferum transitum,[2] palam pariter eluxit, Missalis Romani formulas tum aliquatenus recognoscendas tum accessionibus esse locupletandas. Cuius rei faciendae initium idem Decessor Noster attulit Vigilia Paschali et Ordine Hebdomadae Sanctae instauratis,[3] qui proinde primum quasi gradum posuit ad Missale Romanum novis huius temporis animi sensibus accommodandum.

Recens autem Concilium Oecumenicum Vaticanum II, edita Constitutione a verbis *Sacrosanctum Concilium* incipiente, generalis renovationis Missalis Romani fundamenta locavit: statuens, ut primum *textus et ritus ita ordinarentur, ut sancta, quae significarent, clarius exprimerent;*[4] deinde, ut *Ordo Missae ita recognosceretur, ut singularum partium propria ratio necnon mutua conexio clarius paterent, atque pia et actuosa fidelium participatio facilior redderetur;*[5] tum ut, *quo ditior mensa Verbi Dei pararetur fidelibus, thesauri biblici largius aperirentur;*[6] ut postremo *novus ritus concelebrationis conficeretur, Pontificali et Missali Romano inserendus.*[7]

Attamen huiusmodi Missalis Romani renovatio nequaquam ex improviso inducta putanda est; cum ad eam haud dubie viam munierint progressiones in disciplinis liturgicis, proximis hisce quattuor saeculis, factae. Nam si, post Concilium Tridentinum celebratum, ad Missalis Romani recognitionem non parum adiuvarunt evoluti et inspecti *vetusti Bibliothecae Vaticanae aliique undique conquisiti codices,* uti confirmatur Constitutione Apostolica *Quo primum* a Decessore Nostro

[2] Cfr. Pitts XII, Allocutio iis, qui primo Conventui ex omni natione de Liturgia pastorali, Assisii habito, interfuerunt, die 22 mensis Sept. anno 1956: *A.A.S.* 48, 1956, p. 712.

[3] Cfr. S. Congr. Rituum, Decr. *Dominicae Resurrectionis,* die 9 mensis Febr. anno 1951 datum: *A.A.S.* 43, 1951, pp. 128ss.; Decr. *Maxima redemptionis nostrae mysteria,* die 16 mensis Nov., anno 1955 editum: *A.A.S.* 47, 1955, pp. 838ss.

[4] Cfr. CONCILIUM OECUM. VATICANUM II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 21; *A.A.S.* 56, 1964, p. 106.

s Cfr. *iUd.* n. 50. p. 114.

e Cfr. *ibid.* n. 51, p. 114.

[7] Cfr. *ibid.* n. 58, p. 115.

S. Pio V data, posthaec nimirum hinc vetustissimi liturgici fontes et reperti et foras emissi sunt, hinc liturgicae Orientalis Ecclesiae formulae altius sunt investigatae; ita ut optarent multi, ut huius generis cum doctrinae tum pietatis divitiae, non modo in tabulariorum tenebris non iacerent, sed e contrario in lucem prolatae christianorum mentes animosque illustrarent et pascerent.

Nunc vero, ut novam Missalis Romani compositionem, summis saltem lineamentis, quasi praefiniamus, in primis animadvertimus, *Institutione Generali,* qua in libro tamquam prooemio usi sumus, novas normas Eucharistici Sacrificii celebrandi proponi, sive quoad ritus persolvendos et officia uniuscuiusque astantis et participis propria, sive quoad supellectiles et loca rei divinae peragendae necessaria.

Praecipua instaurationis novitas in Precatione Eucharistica, quam vocant, versari existimanda est. Quamvis enim in Romano ritu prima eiusdem Precationis pars, hoc est Praefatio, varias, saeculis volventibus, susceperit formulas, altera tamen pars, quam Canonem Actionis appellabant, per illud tempus, quod a IV ad V saeculum actum est, immutabilem induit formam; cum, e contrario, Liturgiae Orientales in ipsas Anaphoras quandam varietatem reciperent. Hac autem in re praeterquam quod Precatio Eucharistica aucta est copia Praefationum, vel ex antiquiore Romanae Ecclesiae traditione sumptarum, vel nunc primum compositarum, quibus et peculiares partes mysterii salutis clarius patefierent, et plura uberioraque gratias agendi argumenta praeberentur, praeterea ut eidem Precationi tres novi Canones adderentur statuimus. Attamen sive ut pastoralibus, quas nominant, rationibus consuleretur, sive ut concelebratio expeditius procederet, iussimus verba Dominica in qualibet Canonis formula una eademque esse. Itaque in quavis Precatione Eucharistica illa sic proferri volumus: supra panem: ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR; et supra calicem: ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. - Hoc FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. Verba autem MYSTERIUM FIDEI, de

contextu verborum Christi Domini deducta, atque a sacerdote prolata, ad fidelium acclamationem veluti aditum aperiunt.

Quoad Ordinem Missae, *ritus, probe servata eorum substantia, simpliciores facti sunt.*[8] Ea namque praetermissa sunt, *quae temporum decursu duplicata fuerunt vel minus utiliter addita,*[9] praesertim circa ritus oblationis panis et vini, et circa ritus fractionis panis et Communionis.

Huc accedit quod *restituuntur... ad pristinam Sanctorum Patrum normam nonnulla quae temporum iniuria deciderunt;*[10] cuius generis sunt Homilia,[11] et Oratio universalis seu Oratio fidelium,[12] et ritus paenitentialis, seu reconciliationis cum Deo et cum fratribus, initio Missae peragendus : cui, ut oportebat, suum redditum est momentum.

Ad haec, iuxta illud Concilii Vaticani II praescriptum, quo praecipiebatur *ut intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo legeretur,*[13] totum Lectionum corpus diebus dominicis legendarum in trium annorum ordinem tributum est. Praeterea diebus utcumque festis, lectioni Epistulae et Evangelii alia praeponitur, ex Veteri Testamento, vel, Tempore Paschali, ex Actibus Apostolorum sumpta. Hac enim adhibita ratione, enucleatius mysterii salutis continuus processus illustratur, verbis Dei revelatis demonstratus. Quae amplissima lectionum biblicarum copia, qua diebus festis praestantior Sacrarum Scripturarum pars fidelibus proponitur, accessione profecto completur reliquarum Librorum Sacrorum partium, quae diebus profestis recitantur.

Quae sane omnia hoc modo ordinata sunt, ut magis ac magis in christifidelibus ea verbi Dei fames[14] exstimuletur, qua, Spiritu Sancto duce, novi Foederis populus ad perfectam Ecclesiae unitatem veluti urgeri videatur. Hisce ita compositis, illud etiam vehementer fore confidimus, ut sacerdotes et fideles simul sanctius animum suum ad Cenam Domini praepa-

8 Cfr. *ibid.* n. 50, p. 114.
9 *Ibid.*
10 Cfr. *ibid.*
11 Cfr. *ibid.* n. 52, p. 114.
12 Cfr. *ibid.* n. 53, p. 114.
is Cfr. *ibid.* n. 51, p. 114.
14 Cfr. Amos 8, 11.

rent, simul, Sacras Scripturas altius meditati, verbis Domini uberius in dies alantur. Exinde denique sequetur, ut, iuxta Concilii Vaticani II monita, Divinae Litterae sive quasi quidam spiritualis vitae fons perennis, sive praecipuum christianae doctrinae tradendae argumentum, sive demum cuiusvis theologicae institutionis medulla ab omnibus habeantur.

Verumtamen in hac Missalis Romani instauratione, non solum tres, de quibus adhuc diximus, partes, hoc est Precatio Eucharistica, Ordo Missae et Ordo Lectionum, mutatae sunt, sed ceterae etiam, in quibus idem constat, recognitae et valde variatae sunt, id est: Temporale, Sanctorale, Commune Sanctorum, Missae Rituales et Missae votivae, quae vocant. In quibus peculiaris quaedam diligentia ad Orationes adhibita est, quae non solum numero auctae sunt, ut novis horum temporum necessitatibus novae responderent, sed etiam vetustissimae ad antiquorum textuum fidem redditae. Ex quo factum est, ut singulis praecipuorum temporum liturgicorum feriis, scilicet Adventus, Nativitatis, Quadragesimae et Paschae, diversa cotidie adicere tur Oratio.

Quod reliquum est, licet textus Gradualis Romani, ad cantum saltem quod attinet, non fuerit mutatus, tamen, facilioris intellectus gratia, sive Psalmus ille Responsorius, de quo S. Augustinus et S. Leo Magnus saepe commemorant, sive Antiphonae ad Introitum et ad Communionem in Missis lectis adhibendae, pro opportunitate, instaurata sunt.

Ad extremum, ex iis quae hactenus de novo Missali Romano exposuimus quiddam nunc cogere et efficere placet. Cum Decessor Noster S. Pius V principem Missalis Romani editionem promulgavit, illud veluti quoddam unitatis liturgicae instrumentum idemque tamquam genuini religiosique cultus in Ecclesia monumentum christiano populo repraesentavit. Haud secus Nos, etsi, de praescripto Concilii Vaticani II, in novum Missale *legitimas varietates et aptationes* [15] ascivimus, nihilo tamen secius fore confidimus, ut hoc ipsum a christifidelibus quasi subsidium ad mutuam omnium unitatem testandam confirmandamque accipiatur, utpote cuius ope, in tot varietate

[15] Cfr. CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* nn. 38-40: *A.A.S.* 56, 1964, p. 11(.

linguarum, una eademque cunctorum precatio ad caelestem Patrem, per summum Pontificem nostrum Iesum Christum, in Spiritu Sancto, quovis ture fragrantior ascendat.

Quae Constitutione hac Nostra praescripsimus vigere incipient a die **XXX** proximi mensis Novembris hoc anno, id est a Dominica I Adventus.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **III** mensis Aprilis, in Cena Domini N. I. C, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

I

Normae universales de anno liturgico et novum Calendarium Romanum generale approbantur.

PAULUS PP. VI

MYSTERII PASCHALIS celebrationem potissimum habere in religioso christianorum cultu momentum, eandemque per dierum, hebdomadarum totiusque anni explicari cursum, dilucide sacrosancto Concilio Vaticano II docemur. Ex quo sequitur, opus esse, ut idem paschale Christi mysterium in instauratione anni liturgici, cuius normae ab ipsa Sancta Synodo tradita sunt,[1] in clariore luce ponatur, sive ad ordinationem Proprii, quod vocant, de Tempore ac de Sanctis, sive ad Calendarii Romani recognitionem quod attinet.

[1] Constitutio de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium,* cap. V; *A. A. S.* 56, 1964, pp. 125-128.

I

Re enim vera, progredientibus saeculis, factum est, ut tum ex auctis pervigiliis, religiosis festis, eorumque per octo dies celebrationibus, tum ex variis anni liturgici sensim intersertis partibus, ita non numquam peculiaribus pietatis exercitationibus christifideles uterentur, ut eorum mentes a praecipuis divinae Redemptionis mysteriis quadamtenus sevocari viderentur.

Sed neminem latet, a Decessoribus Nostris S. Pio X et ven. rec. Ioanne XXIII nonnulla data esse praecepta eo spectantia, ut pariter dies dominica, in suam pristinam dignitatem restituta, vere proprieque *primordialis dies festus*[2] ab omnibus haberetur, pariter liturgica sacrae quadragesimae celebratio instauraretur. Neque minus tenetur, Decessorem Nostrum ven. rec. Pium XII decreto facto[3] mandavisse, ut apud Ecclesiam Occidentalem, inter Noctem Paschalem, sollemnis vigilia redintegrare tur ; in qua, dum Sacramenta christianae initiationis celebrarentur, populus Dei cum Christo Domino resurgente suum renovaret spirituale foedus.

Hi videlicet Summi Pontifices, Sanctorum Patrum institutionem firmiterque catholicae Ecclesiae traditam doctrinam secuti rectissime sentiebant, annali Liturgiae cursu non modo facta commemorari, quibus Christus Iesus salutem nobis monendo attulit, aut praeteritarum rerum gestarum memoriam repeti, quam meditantes christifidelium animi, vel simpliciores, erudirentur et nutrirentur, verum etiam iidem edocebant anni liturgici celebrationem *peculiari sacramentali vi et efficacia pollere ad christianam vitam alendam.*[4] Quod quidem Nosmetipsi et sentimus et profitemur.

Recte igitur ac merito cum *Sacramentum Nativitatis Christi*[5] eiusque in mundo agimus manifestationem, illud depre-

2 *Ibid.*, n. 106, p. 126.

[3] S. R. C. Decretum *Dominicae Resurrectionis,* die 9 mensis Februarii anno 1951 datum; *A. A. S.* 43, 1951, pp. 128-129.

[4] S. R. C. Decretum generale *Maxima Redemptionis,* die 16 mensis Novembris anno 1955 datum; *A. A. S.* 47, 1955, p. 839.

s S. Leo Magnus, *Sermo XXVII in Nativitate Domini,* 7, 1: *PL* 54, 216.

camur, *ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereantur*-* et cum eiusdem Christi Pascha renovamus, a summo Deo poscimus, ut, qui cum Christo sint renati, *sacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt.*[1] Nam, ut Concilii Oecumenici Vaticani II verbis utamur, Ecclesia *mysteria Redemptionis ita recolens, divitias virtutum atque meritorum Domini sui, adeo ut omni tempore quodammodo praesentia reddantur, fidelibus aperit, qui ea attingant et gratia salutis repleantur.*[8]

Quam ob rem anni liturgici recognitio, normaeque eius instaurationem consequentes, ad nihil aliud pertinent, nisi ut fideles per fidem, spem, caritatem ardentius cum *toto ... Christi mysterio per anni circulum explicato*[2] communicent.

II

A quo argumento illud haudquaquam dissidere existimamus, etiam festa Beatae Mariae Virginis, *quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniungitur,*[10] et memorias Sanctorum, quibus iure merito *dominorum nostrorum Martyrum et Victorum*[11] natalicia accensentur, nitida luminis claritate fulgere; cum *festa Sanctorum mirabilia ... Christi in servis eius praedicent, et fidelibus opportuna praebeant exempla imitanda.*[12] Etenim hoc firmum certumque semper Ecclesiae catholicae fuit, Sanctorum festis paschale Christi mysterium nuntiari ac renovari.[13]

Quapropter, cum infitias ire non liceat, labentibus saeculis, plura quam par esset Sanctorum festa inducta esse, convenienter Sancta Synodus monuit: *Ne festa Sanctorum festis*

[6] Cfr. Missale Romanum, *Oratio de Epiphania.*

[7] *Ibid., Oratio feriae III infra octavam Paschae.*

[8] Constitutio de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 102; *A. A. S.* 56, 1964, p. 125.

[9] Cfr. *ibid.*

10 *Ibid.,* n. 103.

11 Cfr. *Breviarium Syriacum* (saec. v), ed. B. Mariani, Roma, 1956, p. 27.

1[2] Cfr. Constitutio de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 111; *A. A. S.* 56, 1964, p. 127.

is Cfr. *ibid.,* n. 104; pp. 125 s.

ipsa mysteria salutis recolentibus praevaleant, plura ex his particulari cuique Ecclesiae vel Nationi vel Religiosae Familiae relinquantur celebranda, iis tantum ad Ecclesiam universam extensis, quae Sanctos memorant, momentum universale prae se ferentes.[1]*

Iamvero haec Concilii Oecumenici decreta ad effectum adducendi causa, hinc nonnullorum Sanctorum nomina a Calendario generali sublata sunt, hinc facultas est concessa, ut aliorum Sanctorum memoriae, cum libet, agantur, eorumque cultus, in suis cuiusque regionibus tributus, congruenter restituatur. Ex quo natum est, ut quorundam Sanctorum non ubicumque terrarum notorum, a Calendario Romano expunctis nominibus, ibidem nomina recepta sint quorumdam Martyrum, in iis ortorum regionibus, ad quas Evangelii nuntium serius manavit; ita ut in eodem indice omnium gentium quidam quasi vicarii, vel profuso pro Christo sanguine, vel praestantissimis adhibitis virtutibus insignes, pari dignitate conspiciatur.

Has ob causas putamus, novum generale Calendarium, ad usum Latini ritus digestum, sive magis cum huius temporis pietatis rationibus et sensibus congruere, sive aptius eam Ecclesiae proprietatem, qua est universalis, referre; utpote quod praeclarissimorum Virorum nomina deinceps proponat, qui perspicua sanctitatis specimina, multiplicibus excultae modis, cuncto populo Dei apponant. Quod quantum ad spiritualem totius christianae multitudinis utilitatem conducat supervacaneum est dicere.

Huiusmodi ergo causis diligentissime coram Domino perpensis, novum Calendarium Romanum generale a Consilio ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia compositum, itemque normas universales ad ordinationem anni liturgici spectantes, Apostolica Nostra auctoritate approbamus, ut a die i mensis Ianuarii proximi anni MCMLXX vigere incipiant, iuxta decreta, quae Sacra Rituum Congregatio coniuncte cum Consilio, de quo mox diximus, fecerit, usque ad illud tempus valitura, quo Missale et Breviarium rite instaurata edita erunt.

Quaecumque vero Nostris hisce Litteris motu proprio datis

i* *md.*, n. 111; p. 127.

statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Februarii, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

II

Iuridicae quaedam Patrum Cardinalium rationes definiuntur quoad suos Titulos vel Diaconias in Urbe.

PAULUS PP. VI

AD HOC USQUE TEMPUS, Patres Cardinales in sacris huius Urbis aedibus, quas vel uti Titulum vel uti Diaconiam habebant, eiusmodi facultatibus ad administrationem pertinentibus fruebantur, quarum causae vel in munere pastorali vel in recto regimine Nostrae Romanae dioecesis positae, nunc suadere videntur abrogationem.

Quod profecto congruere putamus sive cum iis quae Decessor Noster ven. mem. Ioannes XXIII, de titulis Sedium suburbicariarum edixit, Apostolicis Litteris *Suburbicariis Sedibus* motu proprio die xi mensis Aprilis anno MCMLXII datis, sive cum iis quae Nosmetipsi Apostolicis Litteris *Romanae dioecesis* die xxx mensis Iunii anno MCMLXVIII editis praecepimus (cfr. n. **15,** b), quae ad collationem spectabant beneficiorum in basilicis minoribus et in collegiatis, quas vocant, in Titulum Cardinalibus assignatis.

Quapropter Nostris hisce Litteris motu proprio emittendis, ea quae sequuntur decernimus.

I. - Cardinalium est bonum ecclesiarum, in Titulum vel Diaconiam acceptarum, postquam in earum canonicam venerunt possessionem, consilio et patrocinio promovere. In eas vero nulla iurisdictione pollent, neque ullo modo possunt iis se interponere, quae vel ad bonorum administrationem, vel ad disciplinam, vel ad morum correctionem, vel ad ecclesiae servitium spectant.

IL - Si quid Cardinales in suis Titulis vel Diaconus, praeter fines supra statutos, agere in animo habeant, ea de re sive cum Cardinale in Urbe Vicario, sive, si de ecclesia agatur ad Religionem clericalem immunem pertinente, cum legitimo Moderatore religioso consilia conferant.

III. - Quatenus opus est, abrograntur can. 240, § 2; can. 1414, § 4; can. 1432, § 1, Codicis Iuris Canonici.

IV. - Ea quae per has Apostolicas Litteras decrevimus, a die xxviii huius mensis vigere incipient.

Quae vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse iubemus, contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Aprilis anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ISLANDIAE

(REYKJAVIKENSIS)

Apostolicus vicariatus Islandiae ad dioecesis dignitatem evehitur, nomine « Reykjavikensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Ecclesia sancta, quamvis in intima sui compage Iesu Christi spiritu regatur et informetur, in externa tamen facie ac structura iis legibus sit subiecta, quibus reliquae hominum societates, quae ut sunt res humanae, quemadmodum florescunt, crescunt, propagantur, ita possunt et languescere, et opprimi, et vel prorsus exstingui, et eadem

Ecclesia tum triumphus egit, multis prospere gestis gentibusque plurimis illata salute, tum magnis obnoxia difficultatibus, aut loco cessit interdum, aut infirmior facta est. Quod quidem etiam in Islandia factum esse plane constat. In quam sane pulcherrimam terram cum sancti reges Olavus I et II christianum nomen intulissent, magnaque incrementa verenda Christi religio per aetates cepisset, maxime a religiosis familiis SS. Benedicti atque Augustini, res in peius paulatim vertere, ad nostram usque aetatem. Cumque tamen ob assiduos Societatis Mariae Montfortanae labores non modo christiana fides reviviscere visa sit, spemque ostenderit fore ut ibi loci augeri possit, censuit S. Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide bene fieri, si in Islandia sacra Hierarchia restitueretur. Qua sententia ea qua oporteret consideratione reputata, consilioque expetito a venerabilibus Fratribus Brunone B. Heim, Archiepiscopo titulo Xanthiensi et in Scandia Apostolico Delegato, atque Ioanne Baptista Huberto Theunissen, Archiepiscopo titulo Bavagalianensi et Apostolico Administratore vicariatus Islandiae, haec statuimus atque iubemus. In Islandia insula sacram Hierarchiam restituimus, atque proinde vicariatum apostolicum Islandiae, Societati Mariae Montfortanae commissum, ad gradum et dignitatem dioecesis evehimus, cum debitis iuribus, ita ut in ipsa Insula unica sit dioecesis, nomine *Reylcjavikensis,* Apostolicae Sedi recto subiecta atque Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia. Cui scilicet regimen rerum religiosarum totius Insulae damus. Novae circumscriptionis sedes episcopalis in urbe Reykjavikensi collocabitur, in qua sacer Praesul cathedram suam statuet, in templo videlicet Christo Domino Eegi dicato. Episcopus, cui Ecclesia illa obtinget gubernanda, Canonicorum collegium condat, quod si impossibile ad praesens est, Consultores dioecesanos deligat, quibus utatur in rebus maioris negotii expediendis. Item Seminarium construat, pueris excipiendis ad Sacerdotium vocatis. Reliqua omnia, quae ad regimen dioecesis respiciant, Iure Canonico temperentur. Ceterum quae mandavimus venerabilis Frater Bruno B, Heim, quem diximus, ad exitum adducat, vel quem ipse legaverit. Be profecto rite acta, documenta exarari faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta offi-

cere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini prae **r** terea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 32.

II

BOBODIULASSENSIS

(DIEBÜGÜENSIS)

Detractis quibusdam territoriis e dioecesi Bobodiulassensi, nova constituitur dioecesis, « Diebuguensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Evangelicae voces, quibus Christus, Dei Filius, prudentem servum illum dicit, qui, super familiam constitutus, dat iusto tempore ceteris tritici mensuram (cf. *Lc.* 12, 42), in Nos sane cadere videntur quam

aptissime, qui, universae familiae christianae Dei voluntate praepositi procurationi, tam acri studio, tam assidua sollicitudine, tanta prudentia in delectu bonorum et maiorum gubernare debemus, ut et Ipsi mensuram tritici, hoc est curarum Nostrarum fructus, Ecclesiarum unicuique nacti opportunitatem attribuamus. Quam ob rem, cum dioecesis Bobodiulassensis, in finibus regionis quam dicunt « Haute-Volta », latius pateret atque nimia populorum diversitate coalesceret, visum est bene fieri, si ex eadem nova quaedam dioecesis conderetur. Quae cum ita sint, de sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, post auditam sententiam Apostolicae in Africa Occidentali Delegationis, atque Conferentiae, ut dicunt, Episcopalis regionis Haute-Volta, item Andreae Dupont, Episcopi Bobodiulassensis, haec quae sequuntur statuimus atque iubemus. E dioecesi Bobodiulassensi territorium, civiles regiones comprehendens Diébougou et Gaoua, separamus, ex iisque novam dioecesim constituimus, *Diebuguensem* appellandam, atque clero saeculari concredendam; quae praeterea Sedi metropolitanae Uagaduguensi suffraganea erit, atque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxia. Novae dioecesis urbs caput illa erit quam populus Diebougou cognominare consuevit, in qua Episcopus domicilium ponet, cathedra in templo principe eius civitatis collocata. Qui profecto dum Canonicorum collegium condatur, Consultores dioecesanos eliget, quibus utatur in negotiis maioribus Ecclesiae explicandis. Cetera omnia, quae ad Sedis modo constitutae regimen, administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, respiciunt, Iure Canonico omnino regantur. Has vero Litteras ad exitum deducendas venerabilis Frater curabit, qui Delegationi Apostolicae in Africa Occidentali praeest, vel quem ipse delegaverit. Re autem acta, documenta exarentur, quae sincere conscripta ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide per exempla mittentur, idque cito.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint

subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. ***R. E. Cancellarius***

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIX, n. 58.

III

LABACENSIS

In Iugoslavia nova provincia ecclesiastica constituitur, cuius sedes metropolitana Labacensis Ecclesia erit.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

die 25 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Rivoriensi R. D. Maclovium Vázquez Silos, canonicum Capituli cathedralis S. Ludovici Potosiensis.

die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Andriensi R. P. D. Iosephum Lanave, ex archidioecesi Barensi, hominibus in Actionis Catholicae agminibus militantibus pro universa Italica Natione consulentem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sinnensi R. P. D. Franciscum Brustia, hactenus Episcopum Andriensem, quem deputavit Administratorem Apostolicum « sede vacante)) dioecesis Montis Regalis in Pedemonte.

die 2 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Sutunurcensi R. P. Antonium a B. Maria V. de Monte Carmelo, ex Ordine Fratrum Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmelo, saeculo Antonium Cheniche, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Victoris Sartori, Episcopi S. Mariae.

die 10 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Guayaquilensi Exc. P. D. Bernardinum Echeverría Ruiz, hactenus Episcopum Ambatensem.

die lk Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Vianensi R. D. Franciscum Aelium Campos, ab archidioecesi Fortalexiensi.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

INSTRUCTIONES

I

De ordinanda cooperatione missionali Episcoporum quoad Pontificalia Opera Missionalia necnon circa incepta particularia dioecesium pro Missionibus.

Quo aptius ad effectum deducantur quae ab Oecumenico Concilio Vaticano Secundo necnon a Summis Pontificibus decreta sunt ad fovendam ordinatam catholicorum cooperationem quoad missionalem Ecclesiae sollicitudinem, necesse est certa quaedam principia atque normas statuere.

Ideoque Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, approbante Summo Pontifice Paulo VI, censuit hoc magni momenti negotium tractandum esse in Congregatione Plenaria, quae, ob novam ordinis rationem eidem a Constitutione Apostolica ((Regimini Ecclesiae Universae))[1] tributam, non modo aptissimum ac legitimum evasit instrumentum ad iudicium faciendum de antedictis negotiis, verum etiam sedes propria pro decisionibus ferendis ad dirigendam universam Ecclesiae missionalem activitatem.

Hunc igitur in finem eadem Sacra Congregatio, cum prius a Conferentiis Episcopalibus et a Pontificalium Operum Missionalium Directoribus Nationalibus propositiones ac suggestiones de hac re expostulasset, auditis insuper sententiis peculiaris coetus Consultorum, examini iudicioque primae Congregationis Plenariae, Romae habitae a die 25 ad diem 28 mensis iunii 1968, has duas *Quaestiones* proposuit, scilicet :

A - *de definiendis relationibus quae intercedere debent inter Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione et Conferentias Episcopales quod attinet ad Pontificalia Opera Missionalia;*

[1] Const. apost. *Regimini Ecclesiae universae,* art. 83, § 2: *A. A. S.* 59, 1967, p. 916.

B - *de moderandis quibusdam inceptis Dioecesium territorii iuris communis pro Missionibus.*

A - Patres vero Congregationis Plenariae, omnibus mature perpensis, quoad priorem quaestionem, in primis haec *Principia* recolenda atque confirmanda censuerunt :

1. Omnis cooperatio missionalis ordinatim componi debet, quippe quae pars est illius sollicitudinis qua Episcopi tamquam « membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores », una cum Summo Pontifice, ((pro universa Ecclesia ex Christi institutione et praecepto tenentur ».[2]

2. Ad hanc autem cooperationem in Ecclesia universa obtinendam, pro suo munere, Summus Pontifex praesertim adhibet sua Opera Missionalia, id est : Pontificale Opus a Propagatione Fidei, Pontificale Opus a Sancto Petro Apostolo pro Clero indigena, Pontificale Opus a Sancta Infantia, Pontificalem Cleri Consociationem Missionalem.

Cum haec Opera sint Pontificalia, ipsis necessario illa competit praestantia quae ab eorundem Operum universalitate profluit, quaeque confirmata atque definita fuit propriis Statutis a Sancta Sede datis.[3]

3. Ideoque ab Episcopis, in proprio exsequendo missionali munere, istis « Operibus iure primus locus tribui debet quippe quae media sunt tum ad catholicos inde ab infantia sensu vere universali et missionario imbuendos, tum ad excitandam efficacem collectionem subsidiorum in bonum omnium Missionum pro cuiuscumque necessitate ».[4]

[2] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 28: *A. A. S.* 57, 1965, p. 27.**

[3] ***Statuta generalia* Pii Operis a Propagatione Fidei (adiecta M. P. *Romanorum Pontificum,* diei 3 maii 1922): *A. A. S.* 14, 1922, pp. 326-328.**

***Statuta* pro Consilio Superiore Generali eiusdem Operis: *A. A. S.* 14, 1922, pp. 328-330.**

***Statuta generalia* Piae Unionis Cleri pro Missionibus (adiecta Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, diei 4 aprilis 1926): *A. A. S.* 18, 1926, pp. 231-235.**

Cfr. Motu proprio *Decessor Noster,* diei 24 iunii 1929, De Pontificiorum Operum Missionalium coordinatione: *A. A. S.* 21, 1929, pp. 342-345; Motu proprio *Vix ad Summi Pontificatus,* diei 24 iunii 1929, quo Pontificium Opus « a S. Petro Apostolo » pro Cleri Indigenae institutione propriis et definitis *Statutis* donatur: *A. A. S.* 21, 1929, pp. 345-349.

***Instructio* data a Sacra Congregatione de Propaganda Fide die 9 martii 1937: De coordinatione Piae Unionis Cleri pro Missionibus cum Operibus Missionalibus: *A. A. S.* 29, 1937, pp. 476-477. De concessione tituli « Pontificiae » huic Unioni a Summo Pontifice Pio XII die 28 octobris a. 1956 facta: *Acta Pontificalium Operum,* 1957, p. 97.**

Pontificium Opus a Sancta Infantia, *Ordinatio Operis,* die 7 iunii 1950 recognita (Paris, 1951).

[4] **Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 38: *A.* A. *S.* 58, 1966, p. 985; cfr. Nuntius Summi Pontificis Pauli VI pro die missionali anni 1968: *A. A. S.* 60, 1968, pp. 399-403.**

•*i.* Horum vero Operum directio a Summo Pontifice concredita fuit Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, cui proinde proprio iure haec Opera subiiciuntur.[5]

5. Apud Conferentias Episcopales adsit specialis Commissio Episcopalis pro Missionibus, tamquam potissimum et immediatum instrumentum in bonum earundem Missionum.[6]

6. Praecipua munera huius Commissionis Episcopalis sunt :

a) Incepta fovere quibus excitentur in Populo Dei, praesertim in Clero, conscientia atque activitas missionalis.

b) Promovere Pontificalia Opera Missionalia in omnibus Dioecesibus atque curare ut eorundem Operum Statuta, maxime vero quoad transmissionem omnium subsidiorum, rite serventur.[7]

c) Proponere Conferentiae Episcopali certam stipem propriis reditibus congruentem quam singulae Dioeceses, iuxta votum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, Sanctae Sedi, id est Congregationi pro Gentium Evangelizatione, quotannis dare tenentur, ab eadem Sancta Sede Missionibus distribuendam.[8]

d) Curare ne peculiaria incepta missionalia Conferentiae Episcopalis damno evadant Pontificalibus Operibus et Institutis Missionalibus necnon aliis Operibus in Natione forte erectis pro Missionibus.

7. *a)* Quo melius autem in cooperatione missionali, sub quavis ratione considerata, unitas atque efficacitas obtineantur, Commissio Episcopalis pro Missionibus utatur Consilio Nationali Missionali hunc in finem erecto,[9] quod regitur a Praeside eiusdem Commissionis. Pro sua cuiusque competentia in hoc Consilio partes habent Praeses Pontificalis Cleri Consociationis Missionalis, Directores Nationales Pontificalium Operum Missionalium, aliqui Sacerdotes necnon Delegati Dioecesani electi a Commissione Episcopali, Delegati Institutorum Missionalium in Natione exsistentium[10] atque Adsociationum Laicorum operam praestantium pro Missionibus.

o) Ubi constituta sunt Consilia Regionalia pro Missionibus, eorum agendi modus ad concordanda incepta dioecesana cum Ponti-

[5] Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 13, 2: *A. A. S.* 58, 1966, p. 785.

[6] Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 9: *A. A. S.* 58, 1966, p. 784.

[7] Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 7: *A. A. S.* 58, 1966, p. 784.

[8] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 38: *A. A. S.* 58, 1966, p. 986; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 8: *A. A. S.* 58, 1966, p. 784.

[9] Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 11: *A. A. S.* 58, 1966, p. 784.

[10] Cfr. Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 11: *A. A. S.* 58, 1966, p. 784.

ficalibus Operibus Missionalibus analoga ratione regitur ac Consilium Nationale pro Missionibus.

Consideratis autem Statutis Pontificalium Operum Missionalium, Patres has quae sequuntur *normas* pro structura atque agendi modo eorundem Operum in unaquaque Natione proposuerunt :

1. Pontificalia Opera Missionalia suum habeant in unaquaque Natione Directorem, cuius munus est ista Opera promovere ac regere.

Pontificalis vero Cleri Consociatio Missionalis, praeter Directorem Nationalem, habeat insuper Praesidem Episcopum.

2. Istorum Directorum atque supradicti Praesidis nominatio facienda est hoc modo :

Director Pontificalis Cleri Consociationis Missionalis nominatur ab eiusdem Consociationis Praeside;

Director Pontificalis Operis a Sancta Infantia nominatur a Praeside Consilii Superioris Generalis eiusdem Operis, de consensu Conferentiae Episcopalis;

Director vero Pontificalium Operum a Propagatione Fidei et a Sancto Petro Apostolo pro Clero indigena, necnon Praeses Episcopus Pontificalis Cleri Consociationis Missionalis, nominantur a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione ex tribus quidem, si possibile sit, candidatis quos Praeses Conferentiae Episcopalis, nomine eiusdem Conferentiae, Sacrae Congregationi praesentaverit.

3. Tam Directores Nationales Pontificalium Operum Missionalium quam Praeses Pontificalis Cleri Consociationis Missionalis nominantur ad quinquennium; possunt tamen confirmari ad aliud quinquennium.

4. Directores Nationales Pontificalium Operum Missionalium in omnibus muneribus quae officio sibi commisso connectuntur, Statuta aliasque normas in eundem finem a Sancta Sede data sedulo servare debent ; ut vero quae praescribuntur in praedictis Statutis atque normis fideliter ad effectum deducantur, studiose curabunt ; totam autem stipem pro Missionibus a Pontificalibus Operibus Missionalibus collectam ad suum quisque Consilium Generale fideliter transmittent.

Tandem, ad meliorem usque ordinationem obtinendam actuositatis Sanctae Sedis et Conferentiarum Episcopalium in eiusdem cooperatione missionali, Patres Congregationis Plenariae antedictis Conferentiis Episcopalibus haec in Domino magnopere commendant :

1. Ut ad rem diligenter deducant quod exponitur in n. 3° ex supra memoratis principiis, primum scilicet locum, inter media ad assequen-

dam cooperationem missionalem, Pontificalibus Operibus Missionalibus tribuendum esse.

2. Ut in munere fungendo faveant Praesidem Pontificalis Cleri Consociationis Missionalis atque Directores Nationales Pontificalium Operum Missionalium, quibus suam praebet fiduciam Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione.

3. Ut in deliberationibus inceptisque Commissionis Episcopalis pro Missionibus sociam operam tribuere velint Directoribus Nationalibus Pontificalium Operum Missionalium; hac enim ratione ipsi efficacius suum munus explere valebunt, mentem Hierarchiae localis cognoscentes, ad promovendam conscientiam missionalem et ad congrua auxilia colligenda.

4. Ut dent operam ad deducendum in actum quod edicitur in 6° principio *c),* id est ut, praeter oblationes a fidelibus sponte datas Pontificalibus Operibus Missionalibus, a singulis dioecesibus subsidium propriis reditibus congruens Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione quotannis tradatur.

B - Quoad *alteram quaestionem,* scilicet *de moderandis quibusdam inceptis Dioecesium territorii iuris communis pro Missionibus.*

Patres, rite perpendentes quam necessarium sit ut in hac quoque parte actuositatis missionalis omnia recte et ordinatim procedant, ad has quae infra exponuntur conclusiones devenerunt :

1. Peculiaris forma activitatis missionalis singularum Dioecesium territorii iuris communis vel etiam ipsius Conferentiae Episcopalis, qua presbyteri dioecesani atque, servatis servandis, religiosi quoque ac religiosae, necnon laici mittuntur ad aliquam Circumscriptionem Missionalem ut ibi collaborationem praestent sub iurisdictione Ordinarii loci, agnoscitur atque libenter recipitur.[11]

2. Ad hanc peculiarem formam actuositatis seu sollicitudinis missionalis in actum traducendam, requiritur praevia consultatio tum Conferentiae Episcopalis ad quam pertinet Dioecesis territorii iuris communis, tum Conferentiae Episcopalis in cuius ambitu comprehenditur Circumscriptio Missionalis; de hac re autem certior quoque fiat Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione.

3. Omnes formae huius directae collaborationis Dioecesium ter-

[11] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 38, 41: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 985-986 ; 988-989; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 6: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 675-676; Nuntius Pauli VI *Africae Terrarum,* 26: *A. A. S.* 59, 1967, p. 1088.**

ritorii iuris communis cum Circumscriptionibus Missionalibus, sive agatur de personis mittendis ut in superiore n. 1 dictum est, sive de subsidiis oeconomicis atque de fundatione operum missionalem finem respicientium, plane commendantur, dummodo tamen ne detrimentum exinde capiant Pontificalia Opera atque Instituta Missionalia.

Quae omnia ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto in Audientia diei 6 vertentis mensis et anni Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI relata, Ipse Summus Pontifex Instructionem de qua supra approbare dignatus est atque publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo S. Matthiae Apostoli, die 24 mensis februarii a. D. 1969.

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

93 Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

II

De quibusdam principiis atque normis circa relationes in territoriis Missionum inter Ordinarios locorum et Instituta Missionalia. *

Relationes in territoriis missionum inter Ordinarios locorum et Instituta Missionalia, ea praesertim quibus demandata erat cura pastoralis horum territoriorum, pro locorum temporumque adiunctis aliquas nonnumquam suscitarunt difficultates, de quibus solvendis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, pro munere sibi commisso, semper sollicita fuit.

Nemo sane ignorat praeeminentes atque haud raro únicas partes quas habuerunt praedicta Instituta in condendis atque evolvendis missionibus. Ideoque facile perspicitur tantummodo memoratarum relationum harmonicam compositionem possibiles reddere tum ordinatam atque efficacem navitatem evangelicae praedicationis in territoriis missionum, tum ipsam existentiam consolidationemque circumscriptionum ecclesiasticarum in his territoriis erectarum.

* Nomine Institutorum Missionalium veniunt Ordines, Congregationes, Instituta et Adsociationes sive virorum sive mulierum quae in Missionibus laborant; cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Act gentes divinitus,* 23, not. 2: *A. A. S.* 58, 1966, p. 974.

Haec autem rerum condicio bene ostendit probatque necessitatem interventuum eiusdem Sacrae Congregationis ut pro sua sollicitudine aptis normis consuleret novis in dies exigentiis ex mutata conformatione seu figura iuridica circumscriptionum missionalium promanantibus.

Istiusmodi normae decursu temporis auctae atque inter se aliquando diversae, veluti ad quandam organicam codificationem redactae sunt Instructione a Sacra Congregatione data die 8 dec. 1929.[1] Haec vero Instructio, ut in compertis est, cum a principio procederet sic dicti « iuris commissionis », quo nempe aliquod territorium missionum cuidam delecto Instituto evangelizandum committebatur, necessario versari seu sistere debuit in definienda habitudine Superioris illius Instituti dumtaxat ad Vicarium vel Praefectum Apostolicum vel etiam ad alium huiusmodi Ecclesiasticum Superiorem.

Hisce tamen postremis decenniis aliqua supervenerunt facta et mutationes quae saltem ex parte inefficacem reddiderunt praefatam Instructionem, uti verbi gratia : erectio ordinariae Hierarchiae Episcopalis fere ubique peracta in territoriis missionum, latior in dies curae Dioecesium Missionalium Clero saeculari autochtoni traditio, nuperrime vero Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum quod denuo asseruit sollemnique ratione confirmavit theologica atque iuridica principia supra quae condicio Episcopi residentialis in Ecclesia eiusque dioecesi arcte fundatur.

Itaque ex supradictis mutationibus patuit necessitas funditus recognoscendi, sub ductu principiorum conciliarium, relationes in Ordinarios locorum, plerumque Episcopos Dioecesanos, et Instituta Missionalia, quae, dum antea praecipuas partes habebant in opere missionali, postea autem interdum ad aliam modestiorem sed haud minoris momenti condicionem cooperatorum in ipso opere transierant.

Huic ergo necessitati respondens, Sacra Congregatio postquam positivas sententias obtinuit a potioribus Conferentiis Episcopalibus et Institutis Missionalibus, audito insuper speciali coetu Consultorum, de consensu Summi Pontificis examini iudicioque primae Congregationis Plenariae,[2] Romae habitae a die 25 ad diem 28 iunii a. 1968, quaestionem proposuit.

[1] *A. A. S. 22,* **1930, pp. 111-115.**

[2] **Cfr. Const. Apost.** ***Regimini Ecclesiae universae,*** **art. 83, § 2:** ***A. A. S.*** **59, 1967, p. 916.**

Post argumenti diligentem integramque considerationem, Patres Congregationis Plenariae ita decernendum censuerunt :

1. Iuridicum systema Commissionis, de quo in memorata Instructione, abrogatur quoad Dioeceses territoriorum missionum. E contra ipsum adhuc vigere pergit in Circumscriptionibus Ecclesiasticis Missionalibus nondum in Dioeceses veri nominis erectis.

2. Novum systema iuridicum quod introducitur loco systematis commissionis in supradictis Dioecesibus, specialem formam habebit collaborationis Institutorum Missionalium cum Episcopis harum Dioecesium, quae Mandatum vocatur.

3. Istud vero Mandatum ita describitur :

Munus quod alicui Instituto, petente Episcopo et ipso Instituto audito, a Suprema Auctoritate Ecclesiae datur ad collaborandum in Dioecesi missionali cum et sub eodem Episcopo, secundum conventionem initam.[3]

4. Mandatum tantummodo datur si quod Institutum, qua tale, sive curam determinati territorii sive definitum opus missionale maioris momenti in Dioecesi rite assumpserit.

5. Suprema Auctoritas Ecclesiae quae in praefata descriptione ut mandans indicatur, intellegi debet Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quae, nomine ac iussu Summi Pontificis, omne opus missionale ubique terrarum dirigit atque ordinat.[4]

6. Mandatarii nomine, e contra, venit Institutum clericale vel laicale, sive virorum sive mulierum, quod iuxta suam cuiusque indolem praedictum munus collaborationis acceptat.

Ad hoc mandatum suscipiendum unice competens est Instituti Moderator Supremus et quidem ad normam Constitutionum seu Regularum vel Statutorum pro Missionibus.

7. Finis mandati est tutela iurium atque officiorum tum Episcoporum Dioecesanorum in locis missionum, tum Institutorum quae collaborationis munus explent. Ope sane mandati facilior atque magis aequa efficitur distributio missionariorum et subsidiorum, dictorum Institutorum functio efficacior fit in Ecclesia ac stabilis ordinataque evadit in Missionibus evangelica activitas.

[3] De qua in n. 14 e).

[4] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 980; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae* III, 13, 1: *A. A. S.* 58, 1966, p. 785.

8. Episcopus, antequam petat mandatum, tenetur :

a) mentem exquirere Conferentiae Episcopalis ad quam pertinet; siquidem Conferentiarum Episcopalium in Missionibus est, in connexione cum Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione, « examinare modum aptiorem quo vires (sacerdotes, catechistae, Instituta, etc.) in territorio distribui possint»;[5]

b) de hac mente Sanctam Sedem scripto certiorem facere.

9. Mandatum datur « Decreto » a Sacra Congregatione.

10. Mandatum exstinguitur unice explicita revocatione ex parte Sacrae Congregationis, quae tamen ad hanc revocationem non deveniet nisi prius audierit tam Episcopum quam Institutum.

11. Episcopus admittere potest in suam Dioecesim alia Instituta etiam absque mandato, quin teneatur prius audire Institutum cui antea mandatum datum fuerat, nisi aliud de hac re in conventione statutum fuerit. Cum novum Institutum admittitur absque mandato, Sacra Congregatio illam peculiarem responsabilitatem quae ex concessione mandati promanat sibi non assumet.

12. Cum Circumscriptiones Ecclesiasticae de quibus supra in Dioeceses evehuntur, cessat systema iuridicum commissionis. Attamen, ad difficultates vitandas, Episcopus et Institutum, quod iure commissionis fruebatur, inter se conveniant de modo prosequendi apostolatum missionalem in loco.

13. Circa iura et officia Episcoporum residentialium in territoriis missionum :

a) Romanus Pontifex habet in universam Ecclesiam potestatem plenam, supremam, universalem[6] et immediatam.[7] Episcopi Ecclesias particulares sibi commissas regunt potestate propria, ordinaria et immediata.[8] Exercitium potestatis episcopalis a Romano Pontifice ultimatim regitur atque intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidelium certis limitibus circumscribi potest.[9] Ad exercendam autem hanc potestatem supremam Romanus Pontifex utitur Dicasteriis Curiae Romanae.[10] Sic pro omnibus Missionibus et pro tota activitate missionali unum

[5] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae* III, 18, *i: A. A. S.* 58, 1966, p. 7S6.**

[6] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 22: *A. A. S.* 57, 1965, p. 26.**

[7] **Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 2: A. A. S. 58, - 1966, p. 673.**

[8] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 27: *A. A. S.* 57, 1965, p. 32.**

[9] **Cfr. ib.**

[10] **Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 9: *A. A. S.* 58, 1966, p. 676.**

Dicasterium competens est, nempe Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, cuius est dirigere et ordinare omnem actuositatem missionalem, ideoque et missionarios distribuere secundum urgentiores necessitates in variis terrae regionibus.[11]

ö) Exercitium vero potestatis episcopalis in Dioecesibus Missionalibus tale esse debet ut Episcopus, qua rector et centrum unitatis in apostolatu dioecesano, missionalem activitatem promovere, moderari atque ordinare valeat, ita tamen ut spontanea navitas eorum qui in opere missionali partem habent, atque in primis Institutorum quae collaborationem praestant, servetur et foveatur.[12]

14. Circa iura et officia Institutorum Missionalium in territoriis missionum :

a) Instituta quae decursu saeculorum enixe operam dederunt Evangelii praedicationi atque Ecclesiae plantationi, adhuc agnosci debent ab Episcopis in territoriis missionum ut instrumentum magnae utilitatis hisce dioecesibus ;[13] collaboratio revera ab istis Institutis praestita efficit ut Episcopi Missionarii evangelizandi operam validius absolvere valeant. Verumtamen etiam in territoriis missionum istis Institutis haud prohiberi potest exercitium iuris servandi suam peculiarem indolem debitamque autonomiam,[14] necnon facultas condendi domos ad normam iuris atque fovendi vocationes proprias,[15], ita ut singuli fideles libere suam ingredi valeant viam iuxta inspirationem a Domino receptam.[16]

b) Eadem vero Instituta zelo atque experientia in servitium auxiliumque erunt Episcopis Missionariis, sub eorundem Episcoporum iurisdictione praestandum, quod veram atque efficacem collaborationem in evangelizatione constituat. Haec collaboratio, quae speciali modo absolvitur missis Instituti sodalibus necnon apte praestitis subsidiis,

[11] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 980; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae* III, 13, *1:A. A. S.* 58, 1966, p. 785; Const. apost. *Regimini Ecclesiae Universae,* art. 82: *A. A. S.* 59, 1967, p. 915.**

[12] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 30: *A. A. S.* 58, 1966, p. 981.**

[13] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 27: *A. A. S.* 58, 1966, p. 978.**

[14] **Cfr. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 2 b): *A. A. S.* 58, 1966, p. 703; Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 35, 2-5: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 691-692.**

[15] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 18: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 968-969.**

[16] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 43: *A. A. S.* 57, 1965, p. 50.**

perficienda est tam in cura animarum, quam in peculiaribus functionibus pro bono communi territorii missionalis.[17]

c) Ad fructuosam autem collaborationem fovendam conventiones ineantur inter Ordinarios locorum et Instituta Missionalia ad mutuas relationes moderandas, quas Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione in memorata Instructione iam commendavit[18] et Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum Summusque Pontifex nunc explicite edixerunt.[19] Per eas enim non solum concordia et pax, quae omni sacro ministerio sunt necessariae, facilius obtinentur, verum etiam stabilitas qua tum ipsae Missiones tum Instituta valde indigent. In his conventionibus, igitur, apte ac perspicue indicare oportet inter alia, munus ab Institutis susceptum et modum collaborationis cum Ordinariis locorum. Similiter, quod ad missionarios attinet, in eisdem definienda sunt, praeter numerum missionariorum, ius eosdem praesentandi atque nominandi pro variis officiis necnon omnia quae ipsorum translationem, amotionem et substitutionem respiciunt.

d) Tandem, sodales istorum Institutorum in sua praestanda actuositate illas normas aliaque praecepta observare tenentur quae data sunt ab Episcopo vel a Conferentia Episcopali quoad activitatem pastoralem et socialem necnon quoad disciplinam liturgicam et ecclesiasticam.[20]

15. Circa vero habitudines inter Ordinarios locorum et Instituta Missionalia, quod attinet ad bona temporalia eorundemque bonorum administrationem, Patres Congregationis Plenariae, ob implicationem materiae diversitatemque condicionum in variis locis missionum, opportunum existimaverunt nonnulla principia generalia de hac re in mentem revocare, remisso Sacro Dicasterio pro Gentium Evangelizatione munere parandi specialem instructionem post absolutam investigationem huius quaestionis sub quavis ratione attente consideratae. Interim vero sequentia principia prae oculis habeantur :

a) Circa bona ecclesiastica : Bona personarum moralium quae directe dependent ab Ordinario loci (ut bona dioecesis, paroeciarum, etc.) administrari debent ad normam iuris communis; bona vero per-

[17] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 27: *A. A. S.* 58, 1966, p. 978.

[18] *A. A. S.* 22, 1930, p. 113.

[19] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 32: *A. A. S.* 58, 1966, p. 982; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, 17: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 785-786.

[20] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* 30: *A. A. S.* 58, 1966, p. 981; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, 25, 26: *A. A. S.* 58, 1966, p. 770.

sonarum moralium quae dependent ab Instituto (ut bona domorum, provinciarum, etc.) administrantur ad normam iuris communis atque Constitutionum seu Regularum Instituti, necnon, iuxta Statuta pro Missionibus.

6) Circa eleemosynas : prae oculis in primis semper habeatur supremam normam hac in re esse sive explicitam sive implicitam voluntatem donatoris. Ideoque eleemosynae receptae pro definita Circumscriptione Missionali, vel pro missionibus determinati Instituti, tradendae sunt illi qui regit vel praefatam Circumscriptionem vel Institutum; eleemosynae vero quae missionariis datae fuerint intuitu personae, ipsi missionario vel Instituto pertinent secundum eiusdem Instituti Constitutiones seu Regulas vel Statuta pro Missionibus.

16. Quae in hac Instructione exposita sunt circa iura et officia tam Episcoporum aliorumque Ordinariorum locorum in territoriis missionum, quam Institutorum ibidem collaborationem praestantium, necnon circa cetera principia in hac ipsa Instructione definita, habenda sunt veluti caput et fundamentum pro illis conventionibus inter Ordinarios locorum et Instituta Missionalia ineundis, de quibus dictum est in n. 14 *c).*

Sacra Congregatio, quo ordinatius procedatur in executione huius Instructionis, omnes quorum interest admonet nullam mutationem statim admittendam esse. Ordinarii vero locorum et Superiores Institutorum Missionalium curent ut intra annum a die promulgationis Instructionis mutuae relationes, de communi consilio, novis hisce normis adaptentur.

Quae omnia ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto in Audientia diei 6 vertentis mensis et anni Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI relata, Ipse Summus Pontifex Instructionem de qua supra approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus atque mandavit ut eadem Instructio rite promulgetur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo S. Matthiae Apostoli, die 24 mensis februarii a. D. .1969.

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edic tales

I

VINDOBONENSIS

Nullitatis matrimonii (Zingarelli - Fluss)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Chlothildis Fluss, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza delia Cancellería, 1 - Roma), in diem 17 iunii 1969, hora meridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Chlothildis Fluss, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Angelus Di Felice, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 mensis aprilis a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Clotilde Fluss, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 17 juin 1969, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Clotilde Fluss, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

CLOYNENSIS

Nullitatis matrimonii (Ducey - O'Keefe)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Patritii O'Keefe, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 25 iunii 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Patritii O'Keefe, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 mensis aprilis a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Patrice O'Keefe défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 25 juin 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Patrice O'Keefe, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Casciano - Stella)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Nevii Stella, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in die 25 iunii 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Nevii Stella, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 mensis aprilis a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Nevio Stella, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 25 juin 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Nevio Stella, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Domenica, **2** marzo **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in particolare Udienza Sua Eccellenza il Signor **RICHARD** M. **NIXON**, Presidente degli Stati Uniti di America.

Venerdì, **21** marzo **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **DARIO ECHANDIA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Colombia.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 11 marzo 1969, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Arcadio Maria Larraona, Ponente o Relatore della Causa di beatificazione del Servo di Dio Giovanni Gailhac, sacerdote, fondatore della Congregazione delle Suore del Sacro Cuore di Maria Vergine Immacolata, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Mercoledì, 26 marzo 1969, nel Palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei riti *ordinaria particolare,* nella quale gli Emi Signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa della Serva di Dio Maria Maddalena del S. Cuore di Gesù (Anna Bentivoglio), monaca professa del Secondo Ordine di S. Francesco.

Hanno preso poi in esame la relazione dei censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio :

1. Silvano Carrillo, Vescovo di Sinaloa Cullacan (già Sinaloa) nel Messico ;
2. Oreste Fontanella, sacerdote secolare;
3. Bronislao Markiewicz, sacerdote, fondatore delle Congregazioni di S. Michele Arcangelo;
4. Norberto di S. Maria dell'Orto, sacerdote professo della Congregazione dei Passionisti;
5. Eustachio Kugler, religioso dell'Ordine di S. Giovanni di Dio (Fatebenef rateili) ;
6. Bruno Marchesini, chierico;
7. Celestina Donati della Madre di Dio, fondatrice della Congregazione delle Figlie Povere di S. Giuseppe Calasanzio;
8. Teodora Guérin, fondatrice dell'Istituto delle Suore della Provvidenza di S. Maria ad Nemus (Indianapolis) ;

9. Maria Raffaella Cimatti, dell'Istituto delle Suore della Misericordia.

Martedì, 15 aprile 1969, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù dei Servi di Dio :

1. Clemente Marchisio, prevosto di Rivalba Torinese;
2. Raffaella Ybarra di Vilallonga, fondatrice dell'Istituto delle Suore dei Santi Angeli Custodi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

24 marzo 1969. S. E. Revma Mons. Bartoccetti Vittorio, *Vice Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

26 » » L'Emo Signor Card. Staffa Dino, *Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

9 aprile » L'Illmo e Revmo Mons. Casoria Giuseppe, *Segretario della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

» » » L'Illmo e Revmo Mons. Pinna Giovanni Maria, *Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

» » » S. E. Revma Mons. Martin Giacomo, Vescovo tit. di Neapoli di Palestina, *Prefetto del Palazzo Apostolico.*

» » » Il Revmo Mons. Monduzzi Dino, *Reggente della Prefettura del Palazzo Apostolico.*

12 » » S. E. Revma Mons. Willebrands Giovanni, Vescovo tit. di Mauriana, *Presidente del Segretariato per r Unione dei Cristiani.*

» » » S. E. Revma Mons. Mauro Antonio, Arcivescovo tit. di Tagaste, *Vice-Presidente del Segretariato per i non credenti.*

» » » Il Revmo Padre Heston Edoardo, della Congregazione di Santa Croce, *Segretario della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

» » » Il Revmo Padre Hamer Girolamo, dell'Ordine dei Predicatori, *Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

» » » S. E. Revma Mons. Caprio Giuseppe, Arcivescovo tit. di Apollonia, *Segretario dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

19 » » S. E. Revma Mons. Mozzoni Umberto, Arcivescovo tit. di Side, *Nunzio Apostolico in Brasile.*

» » » S. E. Revma Mons. Alibrandi Gaetano, Arcivescovo tit. di Binda, *Nunzio Apostolico in Irlanda.*

19 aprile 1969. S. E. Revma Mons. Cardinale Igino, Arcivescovo tit. di Nepte, *Nunzio Apostolico in Belgio.*

» » » S. E. Revma Mons. Palmas Angelo, Arcivescovo tit. di Vibiana, *Nunzio Apostolico in Colombia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

26 marzo 1969. L'Emo Signor Card. Roberti Francesco, *Prefetto Emerito del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

9 aprile » Il Revmo Mons. Schierano Mario, *Segretario « ad interim» della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.*

11 » » L'Illmo Sig. Martin Artajo Alberto, *Consultore della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

12 » » S. E. Revma Mons. Hlouch Giuseppe, Vescovo di Ceske Budejovice, *Consultore della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » S. E. Revma Mons. Matousek, Vescovo tit. di Serigene, *Consultore della Sacra Congregazione per il Clero.*

» » » S. E. Revma Mons. Skoupy Carlo, Vescovo di Brno, *Consultore della Sacra Congregazione per la Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » S. E. Revma Mons. Zela Stanislao, Vescovo tit. di Arpasa, *Consultore della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » S. E. Revma Mons. Otéena&ek Carlo, Vescovo tit. di Chersoneso di Creta, *Membro del « Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia ».*

16 » » S. E. Revma Mons. Verolino Gennaro, Arcivescovo tit. di Corinto, Nunzio Apostolico, *Presidente della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra.*

19 » » L'Emo Signor Card. Felici Pericle, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

14 maggio 1968. Monsig. Madden Giuseppe (Scranton).

13 dicembre » Monsig. Krautscheidt Giuseppe (Essen).

11 gennaio 1969. Monsig. Borettini Luigi (Reggio Emilia).

Prelati Domestici di Sua Santità:

16 gennaio 1968. Monsig. Berríos Edoardo (Arecibo).
23 » » Monsig. Manastersky Emilio (Stamford degli Ucraini).
» » » Monsig. Stock Giovanni (Stamford degli Ucraini).
24 » » Monsig. Ehlinger Aroldo (San Antonio).
» » » Monsig. Ehlinger Paolo (San Antonio).
» » » Monsig. Janak Uberto (San Antonio).
» » » Monsig, Matocha Giovanni (San Antonio).
» » » Monsig. Sheridan Patrizio (San Antonio).
23 febbraio » Monsig. Altany Giuseppe (Pittsburgh).
» » » Monsig. Bosco Antonio Gerardo (Pittsburgh).
» » » Monsig. Dravecky Michele Giorgio (Pittsburgh).
» » » Monsig. Glenn Francesco Antonio (Pittsburgh).
» » » Monsig. Helzisouer Stefano Cornelio (Pittsburgh).
» » » Monsig. Keefer Oliviero (Pittsburgh).
» » » Monsig. Lowney Giuseppe (Pittsburgh).
» » » Monsig. Meenan Giuseppe Shields (Pittsburgh).
» » » Monsig. Rice Patrizio (Pittsburgh).
» » » Monsig. Sojka Ferdinando Marion (Pittsburgh).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14 maggio 1968. Monsig. Burchill William (Scranton).
» » » Monsig. Gildea Leone (Scranton).
» » » Monsig. Granahan Leone (Scranton).
» » » Monsig. Grauzlis Antonio (Scranton).
» » » Monsig. Hammond Giuseppe (Scranton).
» » » Monsig. Harvan Michele (Scranton).
» » » Monsig. Kane Francesco (Scranton).
» » » Monsig. Kennedy Michele (Scranton).
» » » Monsig. Knight Tommaso (Scranton).
» » » Monsig. Lowry Giacomo (Scranton).
» » » Monsig. Manikowski Edoardo (Scranton).
» » » Monsig. McDonough Giuseppe (Scranton).
» » » Monsig. Mecca Marco (Scranton).
» » » Monsig. Mussari Francesco (Scranton).
» » » Monsig. Padden Giuseppe (Scranton).
» » » Monsig. Shaughnessy Giuseppe (Scranton).
» » » Monsig. Sikorski Clarenzio (Scranton).
» » » Monsig. Weniger Lorenzo (Scranton).
» » » Monsig. Yanchuska Stefano (Scranton).
31 » » Monsig. Lobodych Romano (Philadelphia per i Bizantini).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

Il Collare dell'Ordine Piano:

25 agosto 1968. A S. E. il Dr. Lleras Restrepo Carlos, Presidente della Republica di Colombia.

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

25 agosto 1968. A S. E. il Dr. López Michelsen Alfonso, Ministro degli Affari Esteri di Colombia.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1968. A S. E. il Dr. Pastrana Borrero Misael, Ministro dell'Interno di Colombia.
» » » AlPOn. Dr. Barco Vargas Virgilio, Sindaco di Bogotá *(Colombia).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

25 agosto 1968. A S. E. il Gen. Ayerbe Chaux Gerardo, Ministro della Difesa di Colombia.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1968. Ad Dott. Agudelo Rios John *(Colombia).*
» » » Al Dott. Betancur Belisario *(Colombia).*
» » » Al Dott. Morales Suárez José Maria *(Colombia).*
» » » Al Dott. Borda Mendoza Carlos *(Colombia).*
» » » Al Dott. Manrique Alvarez Hernando *(Colombia).*
» » » Al Brig. Gen. Etilio Leyva Luis *(Colombia).*
» » » Al Magg. Gen. Mejia Valenzuela Alfonso *(Colombia).*
» » » Al Magg. Gen. Pinzón Caicedo Guillermo *(Colombia).*
» » » Al Magg. Gen. Camacho Leyva Bernardo *(Colombia).*
» » » Al Contramm. Parra Ramírez Jaime *(Colombia).*
» » » Al Brig. Gen. TJrrego Bernal Armando *(Colombia).*
» » » Al Brig. Gen. Varón Valencia Abraham *(Colombia).*
» » » Al Brig. Gen. Espinosa Peña Hermando *(Colombia).*
» » » Al Dott. Betancur Campuzano Ignacio *(Colombia).*
» » » Al Dott. Arias Robledo Eduardo *(Colombia).*
» » » Al Sig. Ortega Pablo Juan *(Colombia).*
» » » Al Dott. Cavelier Gaviria German *(Colombia).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

25 agosto 1968. Al Col. Matamoros Da Costa Gustavo *(Colombia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1968. Al sig. Soto Del Corrai Luis *(Colombia).*
» » » Al sig. Cárdenas G. Jorge *(Colombia).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1968. Al sig. Miani Alfredo *(Colombia).*
» » » Al sig. Bernal Jaramillo Pedro *(Colombia).*

25 agosto 1968. Al sig. Soto Pombo Eduardo *(Colombia).*
» » » Al sig. Cordoba Angulo Jaime *(Colombia).*
» » » Al sig. Rodríguez Ricardo *(Colombia).*
» » » Al sig. Escobar López Miguel *(Colombia).*
» » » Al Cap. Nieto Tenorio Jaime *(Colombia).*
» » » Al Cap. Pardo Uribe Enrique *(Colombia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1968. Al sig. Gutiérrez Escobar Alberto *(Colombia).*
» » » Al sig. Rojas Raquero Jaime *(Colombia).*
» » » Al sig. Pinilla Contreras Belarmino *(Colombia).*
» » » Al sig. Castro Guillermo *(Colombia).*
» » » Al sig. Rodríguez Carlos *(Colombia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1968. Al Col. Valencia Paredes Armando *(Colombia).*
» » » Al Col. Rios Mesa Nicolas *(Colombia).*
» » » Al Cap. Barvo G. Rafael *(Colombia).*
» » » Al sig. Pretelt Martínez Sabas *(Colombia).*
» » » Al Cap. Fajardo Boada Enrique *(Colombia).*
» » » Al Cap. Tapias Gómez Pedro *(Colombia).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1968. Al Dott. Giraldo Carlos Emilio *(Colombia).*
» » » Al Cap. Ruiz Acuña Fernando *(Colombia).*
» » » Al sig. Fajardo Saavedra Gundisalvo *(Colombia).*
» » » Al sig. Santos A. Carlos Enrique *(Colombia).*
» » » Al sig. Molina Guillermo *(Colombia).*

lì Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1968. Al sig. De la Torre A. Guillermo *(Colombia).*
» » » Al sig. Torres Edoardo *(Colombia).*

NECROLOGIO

1 aprile 1969. Monsig. Laudadio Nicholas, Vescovo tit. di Ala miliaria.
4 » » Monsig. Aramburu Zenón, Vescovo di Wuhu.
» » » Monsig. Schubert Giuseppe, Vescovo tit. di Ceramussa.
10 » » Monsig. Balconi Lorenzo, Arcivescovo tit. di Gerapoli di Frigia.
20 » » Monsig. Huibers Jan Pieter, Arcivescovo tit. di Cipsela.
» » » Monsig. Lazik Ambróz, Vescovo tit. di Appia e Amministratore Apostolico di Trnava.

An. et vol. LXI 31 Man 1969 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Sacra Rituum Congregatio in duas Congregationes dividitur, alteram pro Cultu Divino, alteram pro Causis Sanctorum.

PAULUS PP. VI

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

SACRA RITUUM CONGREGATIO, quam Decessor Noster f. r. Xystus V anno a reparata salute MDLXXXVIII condidit,[1] iam a principio duplici illi vacavi t muneri : ut hinc scilicet sacris Ecclesiae latinae ritibus praeesset ac moderaretur; illinc omnia quoad totam Ecclesiam perageret, quae ad Sanctorum canonizationem omni modo spectarent. Quod alterum munus eam ob rem Congregationi sacris ritibus praepositae creditum est, quia canonizationis causae eo semper pertinuerunt, ut Servi Dei in Sanctorum Caelitum album relati in Ecclesia universa publico honorarentur cultu.

Duplici hoc munere Sacra Rituum Congregatio per quattuor fere saecula ea rerum prudentia functa est, ut eam ob causam praeclaras laudes collegerit. Etenim ad sacram liturgiam quod attinet, mentionem inicere sufficiat, Sacram Rituum Congre-

[1] Cfr. Constit. Apost, sub plumbo data *Immensa aeterni Dei:* in *Bullario Romano,* VIII, Augustae Taurinorum ed. an. 1863, p. 989.

gationem, praescripta sacrosancti Concilii Tridentini secutam,[2] postquam Sanctus Pius V Breviarium et Missale Romanum pro vi den ter emendata in lucem pro tulerat,[3] ceteros libros liturgicos instauravisse et edidisse, formulas ritusque liturgicos Ecclesiae latinae, expolitis partibus media, quam vocant, aetate deformatis, ad pristinam puritatem aptamque compressionem restituisse, eorumque nimia varietate sublata, ad quandam liturgicam unitatem redegisse, incolumem postea firmiter servatam.[4]

Nostra vero aetate eadem Sacra Congregatio, mandata agens Decessoris Nostri S. Pii X, viam aperuit generali liturgiae instaurationi per illam Breviarii recognitionem,[5] quae ab eodem Sancto Pontifice nomen accepit; quam postea prosecuta, iubente Decessore Nostro ven. rec. Pio XII, Vigiliam paschalem anno MCMLi restituit,[6] atque anno MCMLV novum Ordinem Hebdomadae Sanctae edidit.[7] Ex quibus inceptis multisque aliis proficisci quodammodo visa est ea Constitutio, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II probavit.[8]

Nec minoris aestimanda est Congregationis, de qua loquimur, opera ad Sanctorum causas apparandas et cognoscendas collata. Quod palam index Sanctorum testatur, qui ab anno MDLXXXVIII ad nostrum hoc tempus in Caelitum numerum ascripti sunt, vel virtutibus heroicis, quas appellant, vel martyrio accurate excussis.

Attamen nunc sive generalis liturgiae instauratio a Concilio Vaticano II decreta, sive legum causas Sanctorum respicientium ad nostri temporis sensum recognitio nova studia, novas curas sollecitudinesque in huiusmodi negotiis pertractandis et expediendis requirere et exigere videntur.

[2] Cfr. *Canones et Decreta Sacrosancti Oecumenici et Generalis Concilii Tridentini,* Sessiones XXII, XXIV, XXV.

[3] Cfr. Const. Apost. *Quo primum,* die 13 mensis Iul. an. 1570 data.

[4] Quantopere Sacrum hoc Consilium de re liturgica meruerit satis ostendunt quinque ab eo edita volumina, quibus *Decreta authentica* continentur.

[5] Cfr. Const. Apost. *Divino afflatu,* data die 1 mensis Nov., an. 1911: *A. A. S.* 3 (1911), pp. 633-638.

[6] Cfr. S. Congr. Rituum, Decr. *Dominicae Resurrectionis: A. A. S.* 43 (1951), pp. 128 ss.

[7] Cfr. S. Congr. Rituum, Decr. *Maxima Redemptionis nostrae mysteria: A. A. S.* 47 (1955), pp. 838 ss.

[8] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium: A. A. S.* 56 (1964) pp. 97-138.

Perspicuum praeterea est, si res ipsa penitus consideretur, aliam esse liturgiae materiam, aliam causarum Sanctorum, itemque in altera diversa quam in altera studium, ingenii cultum, viam rationemque procedendi postulari.

Hanc ob causam Nosmetipsi, eo Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae* loco,[9] ubi de Sacra Rituum Congregatione agebatur, eandem in duas tribui iussimus partes, quas Sectiones vocant, quarum altera circa divinum cultum, altera circa causas Sanctorum versaretur.

Nunc vero re diligentius perpensa, peritorumque virorum sententia petita, in illud venimus consilium, ut earum sectionum, ita aliam ab alia seiungamus, ut unaquaeque sui iuris omnino reddatur.

Quapropter Nostra hac Constitutione Apostolica, in locum Sacrae Rituum Congregationis, quae adhuc obtinuit, duas novas substituimus Congregationes, quarum prior **SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO** appellabitur, altera vero **SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM.**

Congregatio autem pro cultu divino, praeter iura sibi propria, quae mox definientur, partes etiam sibi asciscet Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, quod proinde tamquam Corpus sui iuris finem capere volumus, atque in eadem Congregatione inesse tamquam peculiarem Commissionem statuimus, quae esse pergat quoadusque inchoatus libros liturgicos perfecerit.

Quare ordinationibus abrogatis, quae in Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae*[10] habentur, sequentes servandas esse decernimus.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

1. Sacra haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, ius habet in omnia quae cultum divinum directe et proxime respiciunt in Ritu romano inque ceteris Ritibus latinis, salvo iure aliorum Dicasteriorum, quoad ea, quae vel fidei doctrinam, vel ecclesiasticam disciplinam attingunt, vel ordinem iudicialem requirunt.

[9] **Cfr. nn. 58-64: *A. A. 8.* 59 (1967), pp. 904-908.**

[10] **Cfr. ibid.**

2. Sacra haec Congregatio in tria dispescitur Officia.

§ 1) *Officium primum* operam confert ad liturgicum Dei cultum, vel rituali vel pastorali ratione spectata ; textibus liturgicis emendandis aut conficiendis vacat; recognoscit calendaria peculiaria, et Propria Missarum et Officiorum, sive dioecesium sive Ordinum Religiosorum; opportunas ab hisce rebus vacationes concedit; agit de vera legitimaque interpretatione cum normarum tum rubricarum, quae in libris liturgicis habentur; attendit ad cultum sacrarum reliquiarum, ad confirmandos Caelites tutelares, et ad concedendam appellationem basilicae minoris.

§ 2) *Officium secundum* rationem habet cum Conferentiis Episcopalibus, quarum Acta liturgica, ad normam art. 36 § 3 Constitutionis de sacra Liturgia,[11] perpendit, probat seu confirmat; accommodationes, de quibus art. 40 eiusdem Constitutionis[12] significat, a Conferentiis Episcopalibus propositas, accurate considerat, spectatis sive legibus liturgicis generalibus, sive necessitatibus, traditionibus et ingenio singulorum populorum; denique versatur circa cultum extraliturgicum, hoc est circa populi christiani pietatis exercitationes, salvis facultatibus Sacrae Congregationis pro doctrina fidei.

§ 3) *Officium tertium* rationes habet cum Commissionibus, quas appellant, liturgicis, cum Commissionibus mixtis plurium nationum, cumque Institutis, uti vocant, quae vel apostolatum liturgicum, vel musicam, vel cantum, vel artem sacram promovent; non solum notitias de vita liturgica in Ecclesia conquirit, sed scriptiones etiam de hoc argumento agentes congerit, ex quibus rationaria conficit; reputat quo modo media, quae vocitant, communicationis socialis ad divinum cultum provehendum conferre possint; inceptis denique pastoralibus, Consociationibus ex omni natione, et conventibus apostolatus liturgici favet.

3. Haec sacra Congregatio iuvatur tum a suo Coetu Consultorum, e viris constante rei liturgicae peritissimis, a Summo Pontifice undique gentium eligendis, tum a Commissionibus ad quaestiones difficiliores investigandas constitutis.[13]

[11] **Cfr. Concil. Vat. II, Const.** ***Sacrosanctum Concilium: A. A. S.*** **56 (1964), p. 109 s.**
[12] **Cfr. ibid. n. 40: 1. c, p. 111.**
[13] **Cfr. Const. Apost.** ***Regimini Ecclesiae,*** **n. 61, § 3:** ***A. A. S.*** **59 (1967), p. 905.**

4. Ad instaurationem liturgicam absolvendam sacra haec Congregatio ad tempus opera utitur membrorum et peritorum, qui ad Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia pertinebant; ea scilicet ratione quae hic definitur:

§ 1) Purpurati Patres qui Membra erant Consilii, eo ipso Membra fiunt Congregationis pro cultu divino. Ad quos alii, si visum fuerit, addi poterunt.

§ 2) Episcopi dioecesani, vi Litterarum Apostolicarum *Pro comperto sane*[14] uti Membra huic Congregationi assignandi, pro hac vice, ab iis qui veluti Membra ad Consilium, quod diximus, pertinebant, e suis Sodalibus eligentur.

§ 3) In coetibus, in quibus ultimae conclusiones circa edendos libros liturgicos approbandae sunt, partem habebunt tum Sodales peculiaris Commissionis, e desito Consilio oçtae, tum Membra huius sacrae Congregationis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

5. Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, hoc est munus, ut omnia agat quae vel ad Beatificationem Servorum Dei, vel ad Canonizationem Beatorum, vel ad reliquiarum conservationem omni modo pertinent.[15]

6. Sacra Congregatio, quae in Causis cognoscendis ad modum iudicii procedit, tribus officiis constat, quae sunt: Officium primum iudiciale, cui proxime moderatur Secretarius, adiuvante Subsecretario et congruo Officialium numero; Officium secundum, cui praeest Promotor Generalis Fidei, opem ei ferentibus Subpromotore Generali Fidei et consentaneo numero Officialium; tertium Officium Historicum Hagiographicus^ cui praeficietur Relator Generalis.

7. *Primum Officium* haec praestat :

§ 1) Supplices libellos expendit ea de causa delatos, ut vel Causae introducantur, vel inquisitiones instruantur super as-

[14] Cfr. *A. A. 8.* 59 (1967), pp. 881-884.

[15] Cfr. can. 253 § 3; et Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 59: *A. A. 8.* 59 (1967), p. 904.

serta miracula; scripta recognoscit, in quibus supplices libelli nituntur; decernit num Causa introduci, vel processus de quodam miraculo instrui possit. Normas praeterea tradit ad processus instruendos; num hi valeant iudicat; acta ad inquisitionem necessaria, si casus ferat, per se ipsum vel per Episcopum loci complet vel supplet; de exceptionibus decernit.[16]

In his agendis sequenti ratione procedit:

I° Dubium num aliquid obsit Causae introductioni proponitur in peculiari Congressu, in quo, post acceptas tabulas — constantes ex documentis ab Episcopo missis, ex trium Consultorum votis, atque e voto Promotoris Generalis Fidei — suffragium pro rei veritate ferunt Secretarius, Subsecretarius, Promotor Generalis Fidei, Relator Generalis, Subpromotor Generalis Fidei, et tres Consultores, ab iis diversi qui scriptum votum de eadem re tulerunt. Postea de facto examine Relatio finalis componetur, quam omnes subscribens[17]

2° Sententia ferenda est a peculiari Congregatione, quae constat ex Cardinali Praefecto, Cardinali Ponente, et ex tribus saltem aliis Cardinalibus, quibus cum prioribus tabulis ea etiam subicienda sunt suffragia in peculiari Congressu prolata, et Relatio finalis. Congregationi peculiari adest Secretarius.[18]

3° Iudicium de processuum auctoritate, post habitum votum Promotoris Generalis, pronuntiatur in ordinario Congregationis Congressu.

4° Ad eundem ordinarium Congressum spectat de exceptionibus decernere.[19]

§ 2) Videt de Servorum Dei scriptis, de martyrio, de virtutibus heroicis, de confirmatione antiqui cultus atque de Doctoris titulo Sanctis decernendo, sequenti modo:

I° Examen scriptorum, post suffragium a duobus Censoribus theologis latum, fit in Congressu ordinario; si vero peculiares difficultates occurrant, quaestio ad Congregationem plenariam defertur.

2° Disceptatio de martyrio, vel de virtutibus heroicis

[16] **Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 62, § 2, 1°: 1. c, p. 906; cfr. Litt. Apost. *Sanctitas clarior,* motu proprio datae die 19 mensis Mart, an. 1969, n. 7: *A. A. 8.,* 61 (1969), p. 152.**

[17] **Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae* n. 62, § 2, 1°: 1. c, p. 906.**

[18] **Cfr. ibid.**

[19] **Cfr. ibid.**

— parata Positione, constante e Summario, e Patroni Informatione, e trium Consultorum votis, ex animadversionibus Promotoris Generalis Fidei, atque e Patroni responsione — fit in peculiari Congressu, in quo iidem qui supra designati sunt n. 7 § 1, I°, quasi iudicum munere fungentes,[20] suffragium pro rei veritate ferunt. De peracta disceptatione Relatio finalis componitur, quam omnes suffragatores subscribunt.[21]

3° Sententia pronuntiatur in Congregatione plenaria Patrum Cardinalium, quibus cum priore Positione subicienda sunt suffragia in peculiari Congressu lata et Relatio finalis. Congregationi adest Secretarius.[22]

4° Ad excutiendum dubium de antiquo cultu confirmando vel de titulo Doctoris Ecclesiae Sanctis decernendo, paretur Positio constans ex Summario, Patroni Informatione, trium Consultorum votis, et Promotoris Generalis Fidei disquisitione vel declaratione. Disceptatio autem fiat primum in peculiari Congressu, deinde in Congregatione plenaria Patrum Cardinalium, uti indicavimus, in hac ipsa § ad nn. 2° et 3°.

§ 3) Cognoscit de assertis miraculis deprecationi Servi Dei tributis,[23] sequenti ratione:

I° Asserta miracula, de quibus duo Periti suum iudicium medico-legale aperuerint, expenduntur in coetu medicorum, quorum conclusiones accurata relatione exponuntur.

2° Deinde paratur Positio, constans ex Summario, iudiciis medico-legalibus Peritorum, relatione coetus medicorum, informatione Patroni, votis trium Consultorum, animadversionibus Promotoris Generalis Fidei, et responsione Patroni. De quibus tabulis disceptatur primum in peculiari Congressu, deinde in Congregatione plenaria Patrum Cardinalium, uti supra significatum est n. 7 § 2, 2° et 3°.[24]

8. § 1) Sententiae Patrum Cardinalium, de quibus ad n. 7 § 1, 2°; § 2, 3° et 4°; § 3, 2°, referuntur ad Summum Pontificem, iuxta praescripta cann. 2083 §§ 1 et 2; 2107; 2111; 2133.[25]

[20] **Cfr. ibid., n. 62, § 2, 2»: Lc.**
[21] **Cfr. ibid.**
[22] **Cfr. ibid.**
[23] **Cfr. ibid., n. 62, § 2, 3°: 1. c, p. 907.**
[24] **Cfr. ibid.**
[25] **Cfr. ibid., n. 62, § 3: 1. c.**

§ 2) Si Summus Pontifex decreverit ulterius esse procedendum, causa suum perget iter.

§ 3) Si vero Summus Pontifex decreverit dubium novae Congregationi Patrum Cardinalium esse subiciendum, Positio paretur, in qua ponantur sive difficultates non solutae, sive Patroni responsio, sive, si adsint, nova documenta.

§ 4) Si denique Summus Pontifex causam esse reponendam iusserit, de ea iam agere non licet, nisi, ob nova ac probabilia interposita documenta, venia ab ipso Summo Pontifice tribuatur.

9. *Officium secundum* est proprium *Promotoris Generalis Fidei,* cuius est ius tueri et animadversiones, vel disquisitiones aut suffragia edere, ut supra in singulis casibus statutum est.[26]

10. *Officium Historicum Hagiographicum,* Causis historicis seu antiquis instruendis vacans, peculiari lege regitur, a Decessore Nostro f. r. Pio XI statuta Apostolicis Litteris *Già da qualche tempo* motu proprio die vi mensis Februarii anno **MCMxxx** editis.[27]

11. Sacra haec Congregatio suam habet Cancellariam, quam appellant, proprio instituto administratam.[28]

12. Item Congregatio in promptu habet album cum Advocatorum et Procuratorum, qui dotibus et titulis praeditis esse debent iure requisitis,[29] tum collegium peritissimorum medicorum, ob suam scientiam et probitatem ad hoc electorum.[30]

13. Quoad Servorum Dei Beatificationem et Beatorum Canonizationem, postquam haec in Consistorio decreta fuerit, ritus et sollemnia serventur a Curia Romana recepta.[31]

[26] Cfr. cann. 2079; 2080; 2106, 3, 4; 2109, 1, 2; 2010, § 1; et Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 62, § 5: 1. c, p. 907.

[27] Cfr. A. A. *S.* 22 (1930), pp. 87-88; et Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 63: A. *A. S.* 59 (1967), p. 908.

[28] Cfr. ibid., n. 62, § 6: 1. c, p. 907.

[29] Cfr. can. 2018.

[30] Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 62, § 7: 1. c, p. 907.

[31] Cfr. can. 2111; et Const. Apost. *Regimini Ecclesiae,* n. 62, § 4: 1. c, p. 907.

14. Quae Constitutione hac Nostra praescripsimus ab hoc ipso die vigere incipiunt.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Maii, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

KUWAITENSIS

In Civitate vulgo Kuwait Nuntiatura Apostolica constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sollicitudo illa cotidiana, qua, ut cunctis propius efficaciusque consulamus hominibus pro officio Nostro apostolico urgemur, Nos impellit ut, opportune oblata a Nobisque maximopere expetita occasione, eas cum civilibus cuiusque nationis auctoritatibus consuetudines excitemus ac foveamus, quae, omnium consensu, non solum sanctae Christi Ecclesiae, verum etiam nationibus ipsis haud parvas afferunt utilitates. Cuiusmodi autem consuetudines quoniam Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide proposuit ut etiam cum Civitate vulgo Kuwait instituerentur, Apostolica videlicet Nuntiatura condita, libenti Nos animo eius accedendum esse sententiae statuimus, id plurimum confisi ut, quae incepta in rerum sive religiosarum sive temporalium provincia inita ibi locorum fuerint, eadem magis in dies, Deo iuvante, florerent. Quae cum ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi, Nuntiaturam Apostolicam in Civitate quam diximus condimus, nomine *Kuwaitensem*, omnibus eidem delatis iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis, indultis, quae huiusmodi Legationum propria sunt.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die octavo mensis februarii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **-TRAGLIA,** *8. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXX, n. Iß.

II

AETHIOPIAE

Internuntiaturà Apostolica Aethiopiae ad dignitatem et gradum Nuntiaturae evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo tempore haud sine divino consilio in summum sumus christiani sacerdotii fastigium provecti, ex eo sane tempore, id quod cum officii Nostri natura maxime congruit, in nullam rem, in negotium nullum cogitationem curamque Nostram magis convertimus, quam in sanctissimam Christi religionem intendendam, propagandam, tuendam, utpote qua nihil carius, sanctius, sollemnius habeamus, nihil necessarium hominibus ad aeternae atque immortalis vitae bona comparanda. Quam ob rem, cum Internuntiaturam Apostolicam Aethiopiae ad gradum et dignitatem Nuntiaturae evehere visum sit, Nos, re bene reputata, proque certo habentes id nonnisi cum utilitate et decore Ecclesiae fieri, motu proprio, certa scientia ac matura

deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque item auctoritate, Internuntiaturam Apostolicam *Aethiopiae* in Nuntiaturam" Apostolicam, sedem etiam eandem confirmantes, redigimus ; cui profecto omnia iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta deferimus, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; ipsique Apostolicae Nuntiaturae Aethiopiae, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, supernis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Rpmae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die octavo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *S. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

ffl Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXX, n. 6/,.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Nicanorem Costa Méndez, ab Exteris Negotiis in Argentina Administrum. *

Señor Ministro,

Múltiples sentimientos brotan, con idéntica prioridad, de nuestro ánimo en la presente circunstancia : de bienvenida cordial para Vuestra Excelencia y las personalidades que lo acompañan, de gratitud por la deferente visita que apreciamos en todo su significado, de complacencia

*** Die 11 mensis aprilis a. 1969.**

por las expresiones que acabamos de escuchar, y de afectuoso recuerdo para la gran Nación Argentina.

Ha querido Vuestra Excelencia subrayar, con referencia devota al Magisterio de la Iglesia y a nuestra persona, conceptos sobre el desarrollo orgánico y aunado de los pueblos, sobre la auténtica y eficiente democracia en la vida interna nacional y su positiva participación en la comunidad internacional. Que esos altos objetivos se plasmen continuamente en realidades concretas es nuestro ardiente anhelo por ver en ellos el camino indispensable para la paz, para esa paz que presupone en los corazones virtudes grandes y magnánimas, morales y espirituales, de las que el cristianismo es manantial inagotable.

¿Por qué, todavía hoy, no obstante las trágicas lecciones de la historia, la humanidad vive dividida, las clases sociales no hallan un equilibrio de fraternidad, la convivencia recorre rutas difíciles y sangrientas? ¡ Porque los cimientos de la ciudad temporal no se basan en los principios insustituibles del humanismo genuino y, sobre todo, de la sabiduría, justicia y caridad cristianas !

¿Es que los términos, hoy tan invocados, de libertad responsable, de derechos de la persona, de la dignidad de los Pueblos, de armonía respetuosa entre regiones y Países, pueden obtener su plena eficacia operativa, mientras no tengan una lógica referencia al Dios viviente de donde deriva la luz de la conciencia moral y el sentido de la solidaridad fraterna?

Bien sabemos que éstas son las convicciones de Argentina, dichosamente dotada de un precioso patrimonio espiritual así como de recursos naturales ; bien sabemos que ella, donde convergen y encuentran hospitalidad constructiva tantos emigrados, está empeñada en un programa de ulterior progreso material, cultural, moral y de colaboración con otras Naciones ; son ideales que la Iglesia, dentro de su misión espiritual y de su vocación universal, favorece y a cuyo cumplimiento llama a sus hijos porque, como releva el Concilio Vaticano Segundo, « los gozos y las esperanzas, las tristezas y las angustias de los hombres de nuestro tiempo, sobre todo de los pobres y de cuantos sufren, son a la vez gozos y esperanzas, tristezas y angustias de los discípulos de Cristo. Nada hay verdaderamente humano que no encuentre eco en su corazón ».[1]

[1] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 1.

; Señor Ministro ! Mientras formulamos votos por el feliz éxito del viaje que lo ha traído a Europa, correspondemos agradecidos al saludo que nos ha presentado en nombre del Excelentísimo Señor Presidente de la católica Argentina e invocamos sobre toda ella las más copiosas bendiciones divinas.

II

Christifidelibus coram admissis, post habitum sermonem, Beatissimus Pater nuntiat Se proximo mense iunio Genavam iturum, ut sollemnitatibus intersit, quinquagesimo anno volvente a constituta v. d. « Organizzazione Internazionale del Lavoro ». *

Il tema di queste Nostre parole, sempre semplici e familiari com'è costume in queste Udienze generali, si riferisce a realtà storiche, che non esitiamo a definire altamente significative e importanti.

Ecco che Ci è offerta oggi l'occasione per darne a voi una prova, che riempie il Nostro animo di profonda commozione e di alti pensieri. Ecco un ((segno dei tempi ».

È a Noi rivolto invito ufficiale di recarci a Ginevra per intervenire alla celebrazione del cinquantesimo anniversario della fondazione dell'Organizzazione Internazionale del Lavoro; celebrazione, che è prevista per la prima metà del prossimo mese di Giugno.

A tale invito, tanto inatteso ed onorifico, e tanto rispondente ai Nostri sentimenti di stima per così benemerito e così rappresentativo Organismo internazionale, e tanto congeniale con la Nostra missione di giustizia, di pace e di fraternità, abbiamo deciso di rispondere, con umile riconoscenza, affermativamente.

III

Iis qui interfuerunt Coetui Internationali Societatum Biblicarum Catholicarum, Romae habito. **

On April 24 of last year We were pleased to receive the late Cardinal Bea and some of you, who are also présent today, at the end of the first conférence held in Rome to study how Catholic Biblical Associations and other engaged in the biblical apostolate could implement the very

*** Die 16 mensis aprilis a. 1969.**
**** Die 16 mensis aprilis a. 1969.**

important goals set forth in Chapter Six of the Second Vatican Oouncil's Constitution on Divine Révélation. It is a great consolation to Us that so many others have joined you in this vital work, and that the study has resulted in practical proposais and programs.

We feit it was a providential thing when Cardinal Bea came to Us not long after the close of the Ecumenical Council and asked if the Secrétariat which he headed might begin studying the implementation of the final chapter in the conciliar document on the Bible. As a Scripture scholar, Cardinal Bea was esteemed by Christians everywhere; as President of the Secrétariat for Promoting Christian Unity, he had won the confidence and even affection of leaders and members of Christian Churches and Communities throughout the world.

We were pleased to approve the Cardinale requèst, and We are very grateful that the work for easy access to the Scriptures that he then began has produced such fruitful results : the " Guiding Principies for Interconfessional Cooperation in Translating the Bible published on Pentecost Sunday of last year ; various programs of coopération with the United Bible Societies which have been approved by Episcopal Conferences in many countries and which make the Scriptures available to people who would not otherwise have them ; and finally the proposai for an international Catholic Fédération for the Biblical Apostolate, which is intended to serve the Bishops in their pastoral responsibilities concerning wider use and knowledge of the Bible.

We understand that this proposai for the International Catholic Fédération has been prepared in consultation with the Secrétariat for Promoting Christian Unity and représentatives of Sacred Congrégations concerned with the various aspects of the biblical apostolate. We trust that the détails of the plans will be carefully studied and, after approvai by the appropriate authority, will be of service to the Bishops throughout the world.

In the course of each day there are many things to which We must give Our attention for the good of the Church and for the good of souls everywhere, but an occasion like this meeting with you today gives Us the welcome opportunity to stress the fundamental importance of God's revealed word in all that We do and say. "The word of God should be available at all times declared the Second Vatican Council. Yes, always, and easily, and ever more widely. It is not only priests, religious br other s and sisters who should have the Scriptures, read them, meditate on them, and meet Christ our Lord daily in this way. As the

Second Vatican Council said, " all the faithful " should have easy access to the Scriptures, in the liturgy, through the Scripture readings and the homily, and also in daily private lite. Ali are called to this meeting with Christ our Lord.

The Second Vatican Council has made it clearer than ever before that We and Our brother Bishops throughout the world have a serious responsibility to do all we can to help provide people with easy access to the Scriptures. When dedicated people like yourselves come forward to help Us in this great task, We rejoice and give heartfelt thanks.

It is a special cause of joy to Us that, as has been said already by Bishop Willebrands, President of the Secrétariat for Promoting Christian Unity, coopération in translating thé Scriptures and making them easily accessible to all people results in bringing Christians closer together. If, as has also been said, fraternal collaboration in this work renders the Christian message more crédible and appealing to non-Christians, it is clear how much this work should be esteemed by everyone.

For ail thèse reasons, We gladly impart Our special paternal Apostolic Blessing to you, your families and religious communities, your collaborators and supporters.

IV

lis habita, qui e « Certamine Vaticano », a Commentariis qui « Latinitas » inscribuntur duodecimum proposito, victores abierunt. *

Salvere iubemus vos, dilecti filii, Nostramque vobis laetitiam ex animo significamus, quod hoc etiam anno, post celebratum Vaticanum Certamen, a Commentariis qui *Latinitas* inscribuntur indictum, vos iterum alioqui datum est. Inceptum laudamus, probamus voluntatem, studia confirmamus, quibus eo strenue incumbitis, ut linguae Latinae cultus, amplissimus veluti humanitatis thesaurus, nostro etiam tempore floreat, immo incrementum capiat.

Ad quod consilium maiore usque contentione perficiendum, illustre contuentes exemplum, memoriam viri, in Latinitatis gloria perinsignis, commemorando renovatis, duo post eius mortem exacta saecula : Aegidium illum dicimus Forcellinium, quem Decessor Noster Leo decimus

*** Die 18 mensis aprilis a. 1969.**

tertius ((clarissimum lexicographum, de christiana et litteraria republica egregie meritum » appellavit ; cuius per diuturnos annos elucubratum opus ab omnibus optimae notae existimatoribus celebratum est, idemque utilitatis plurimum Latinas litteras docentibus atque discentibus iam diu contulit ; cuius tamen praecipuae laudes non modo in mirifica paene eruditione et priscae antiquitatis scientia constiterint, sed etiam, atque in primis, in praeclara sacerdotali vita, in demissa animi comitate, in numquam intermisso caritatis et oboedientiae studio : cui scilicet hoc unum fuit propositum atque statutum, ut adulescenti clero solida instrumenta pararet ad humanas sacrasque disciplinas perdiscendas, et sanctae Ecclesiae decori et emolumento consuleret. His enim verbis prooemio sui illius Lexici totius Latinitatis finem ipse imponebat, anno millesimo septingentésimo septuagesimo primo : « Macti igitur animis, studiosi clerici : Romanam eloquentiam amate, quae vobis olim sanctae Ecclesiae inservientibus magnopere est profutura ».

Quae verba egregiam exhortationis materiam Nobis etiam praebent, cum plane sciamus, vos tanta assiduitate et diligentia linguae Latinae honorem provehere : id facientes, Romanae Ecclesiae magni pretii auxilium confertis, quae Latii sermonis dignitatem servavit, quippe quod unitatis vinculum, stabilitatis aspectabile signum, mutuae necessitudinis instrumentum semper existimaret. Quodsi, pastoralibus ducta rationibus, post Concilium Oecumenicum Vaticanum II populares uniuscuiusque Nationis linguae in sacrae Liturgiae usum invectae sunt, Ecclesia monere non destitit, ut « linguae Latinae usus, salvo particulari iure, in ritibus Latinis servaretur »/ ac praesertim ut sacrorum alumni ((eam linguae Latinae cognitionem acquirerent, qua tot scientiarum fontes et Ecclesiae documenta intellegere atque adhibere possent ».[2]

Operam ergo dare vos etiam pergite, ut haec verba ad rei effectum fideliter adducantur, legendo, scribendo, docendo : vobis numquam Nostrum deerit incitamentum, numquam deerit plena ac sincera probatio Nostra, potissimum autem aspirabunt Dei gratia et auxilium, quorum pignus et auspicium Apostolicam Nostram Benedictionem vobis hic astantibus peramanter impertimus, eamque ad necessarios quoque vestros et ad eos omnes volumus pertinere, qui Commentariis vestris utcumque favent.

[1] **Cfr. Constitutio de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 36: *A. A. S.* 56 (1964), p. 109.**

[2] **Cfr. Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 13: cfr. *A. A. S.* 58 (1966), p. 721.**

V

E.mis Patribus Cardinalibus et Exc.mis Praesulibus ex Italico Episcopali Coetu, qui generali Conventui Romae interfuerunt. *

Signori Cardinali, venerati Confratelli,

Questo non è un discorso ! è semplicemente un saluto, un riverente e cordiale saluto, che personalmente desideriamo porgere alla chiusura della vostra Assemblea, e che non può mancare per dare a voi l'assicurazione, resa sensibile dalla Nostra presenza, della concordia di sentimenti, di propositi, di preghiere, che Ci unisce a ciascuno di voi e all'intera Conferenza Episcopale Italiana, particolarmente in cotesta riunione, ben qualificata per dimostrare e per mettere in azione, come nuova entità canonica, corpo ecclesiale, come « agape » pastorale il Collegio Episcopale di questo Paese. Vorremmo poter dire meglio, a ciascuno in particolare, a tutti voi congregati nel nome di Cristo ed aventi Lui in mezzo a voi,[1] quale devozione, quale affermazione, quale comunione intercorre fra le vostre venerate persone e l'umile Nostra, fra le vostre cure e le vostre ansie apostoliche e le Nostre fraterne, fra la carità che vi stringe al Signore e la Nostra che a Lui cerchiamo di tributare con quel primato di amore e di fedeltà, ch'Egli volle da Pietro richiedere.[2] Basti ora dichiarare e celebrare nel silenzio dei cuori questa superiore e caratteristica armonia propria di pastori coscienti e responsabili della Chiesa di Dio.

Una seconda parola crediamo da parte Nostra doverosa ; ed è quella della riconoscenza, che si rivolge innanzi tutto al degnissimo Presidente della Conferenza Episcopale Italiana, il Signor Cardinale Giovanni Urbani, Patriarca di Venezia, e a tutti i membri della Presidenza della Conferenza medesima, con loro compreso lo zelante Segretario Monsignor Andrea Pangrazio, Vescovo di Porto e Santa Rufina, e con quanti prestano la loro collaborazione all'efficace e complesso lavoro della Conferenza. Vi sia di conforto, vi sia di incoraggiamento la Nostra gratitudine, la Nostra esortazione, la Nostra solidarietà.

Avremmo cento questioni, le quali potrebbero offrire tema a questo colloquio. Esse sono continuamente presenti al Nostro spirito ; ne valu-

*** Die 19 mensis aprilis a. 1969.**

[1] **Cfr. *Matth.* 18, 20.**

[2] **Cfr. *Io.* 21, 15.**

tiamo il numero, la complessità, la gravità, l'urgenza; ne condividiamo la responsabilità, le apprensioni, le speranze; procuriamo di non lasciarvi mancare il Nostro aiuto (voi lo sapete); e sempre le teniamo presenti in modo particolare, fra le altre innumerevoli e non meno gravi del Nostro ministero apostolico, nelle Nostre orazioni. Se, di proposito, ora a nessuna di esse Noi facciamo esplicito riferimento, ciò è per dare un segno ad una ragione di metodo, se non di principio (poiché non dimentichiamo la posizione e la funzione che Ci sono riservate anche in seno dell'Episcopato Italiano); di metodo, diciamo; cioè quello che vuole riconoscere all'Episcopato Italiano una sua propria missione, una sua propria responsabilità, una sua propria funzionalità, analogamente a quanto è riconosciuto agli Episcopati e alle loro rispettive Conferenze delle altre Nazioni, sempre in gerarchica unione, ben si sa, con questa Sede Apostolica. E, per di più, una ragione di fatto dispensa Noi e dispensa voi dal riprendere in questo momento finale la trattazione di temi, che in questi giorni voi avete ampiamente e autorevolmente discussi: avete già molto ascoltato, parlato e riflesso. Basti così. A Noi non resta che di auspicare da parte vostra un successivo e positivo approfondimento dei temi trattati ed augurare che abbiano effettiva applicazione le conclusioni ed i propositi, a cui coteste intense giornate hanno portato gli animi vostri. Un'assemblea, come quella che ora concludiamo, non è un'accademia puramente speculativa, né tanto meno retorica. Né i tempi che corrono, né l'ufficio proprio di Vescovi consentono di esaurire relazioni e dibattiti d'una riunione come la vostra in sole parole, anche se non vane e non comuni. All'opera dunque, venerati Confratelli!

Che se ora bastassero tempo e lena per qualche ulteriore riflessione, per qualche spirituale divagazione circa il fatto stesso di questo convegno e circa i doveri che ne scaturiscono, Ci piacerebbe discorrere alquanto sulla figura del Vescovo, quale deve risultare dal recente Concilio. Esistono studi pregevoli sulla fisionomia, sia morale che sociale, del Vescovo, quale si è configurata nei vari periodi storici. Nessuno di noi ha certamente trascurato di farsi un concetto circa la persona del Vescovo in seguito alla riforma tridentina (si veda, ad es., il saggio d'un autorevole studioso quale è Hubert Jedin: «Il tipo ideale di Vescovo secondo la Riforma cattolica», Morcelliana, Brescia, 1950). Tutti siamo portati a ripensare le figure d'un Giberti, e d'un San Carlo Borromeo, per ricordarci poi d'un San Francesco di Sales, d'un S. Gregorio Barbarigo, d'un S. Alfonso, d'un S. Pio X

e d'un Card. Ferrari. Questi ricordi sono sempre d'attualità. Ma Noi vorremmo chiedere a Noi : quali tratti caratteristici sono messi in rilievo dai documenti del recente Concilio nella figura tipica e ideale del Vescovo ai nostri giorni? Come incide, ad esempio, nella spiritualità interiore e nell'atteggiamento pratico del Vescovo la collegialità, che la costituzione dogmatica *Lumen Gentium* ha messo in così luminoso rilievo? Come il decreto sull'ufficio pastorale dei Vescovi *Christus Dominus?* Come la costituzione pastorale *Gaudium et spes?* Come, in modo speciale, la costituzione sulla Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium?* e così via. Noi pensiamo che questa ricerca possa offrire una vena di lunga e proficua meditazione, e possa perfezionare in noi il concetto della dignità, della missione, del servizio, della carità, quali sono specifici in chi ha la tremenda e ineffabile ventura di qualificarsi successore degli Apostoli. Nessuno vorrà negare che la « cura d'anime », come già dopo il Tridentino, diventi il carattere saliente del Vescovo, con tutto ciò che esso comporta di autenticità evangelica, di povertà e di semplicità, di interiorità e di sacralità, di attività pastorale e missionaria, d'inventività e di accostamento rispetto al mondo moderno. E quale urgenza assume oggi nel Vescovo il suo primario e personale ufficio dell'annuncio della Parola di Dio, vogliamo dire della catechesi e della predicazione?

Una nota fra tutte vogliamo rilevare : il Vescovo di ieri poteva essere riservato e difeso dalla sua stessa autorità; obbligato alla residenza e alla visita pastorale, sì; ma poteva tutelare l'esercizio della sua missione con una certa distanza dal suo clero e dal suo popolo; oggi non più. Il Vescovo ritorna padre, pastore, fratello, amico, ammonitore e consolatore in mezzo al Popolo di Dio. La sua presenza si fa abituale e popolare. La sua autorità forte e soave. La sua conversazione possibile e familiare. La sua fatica, Confratelli carissimi, è moltiplicata. La sua pazienza è messa a dura prova. Ma l'efficacia del suo ministero sarà accresciuta ! La sua persona, sempre doverosamente venerata, diventerà amata ! Ricordiamo S. Paolo : *Praedica verbum; insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina* con quello che segue, quasi detto allora per noi.[3]

E dove questo esercizio di ministero pastorale (e possiamo dire di genuina ascetica episcopale) oggi a Noi pare più necessario è nella *conversatio* con i sacerdoti e con i seminaristi. Confratelli, si chiuda

[3] *2 Tini.* 4, 2/ss.

con questo ricordo al Nostro, al vostro amatissimo Clero, il Nostro commiato. Dite ai vostri preti, dite ai vostri seminaristi, che li abbiamo avuti nella memoria e nel cuore, e che nella celebrazione di quest'ora di carità ecclesiale essi hanno avuto da Noi una intenzionale, cordiale Benedizione.

La quale Benedizione Apostolica da parte dell'umile vostro Servo dei Servi di Dio è per voi, degnissimi Vescovi Italiani, per voi Confratelli diletti, pienissima, specialissima.

VI

Moderatoribus ac sodalibus Societatis Iesu, qui Romae Coetui interfuerunt de quaestionibus ad Instituti regimen spectantibus. *

Dilectissimi Nobis filii, iidemque filii Societatis Iesu! Vobis, qui haud immerito, immo optimo iure « Patris » nomine appellamini[1] ob dignitatem sacerdotii Christi, qua ornati estis, ac religiosae professionis, quae vos praeclari exempli famulos et ductores efficit in Ecclesia Dei : iisque praesertim ex vobis, Patres Societatis Iesu, quibus Provincialis munus aut alia gravis momenti officia in Ordinis vestri regimine commissa sunt : de vestro adventu deque pietatis studio, quod praesentia vestra significat atque confirmat, gratias plurimas persolvimus.

Dum vobis peculiari hac data occasione gratum animum profitemur, facere non possumus quin permoveamur ad effusiorem pleniorem que solvendam gratiarum actionem, quam universo Instituto vestro debemus. Scilicet Societati Iesu meritam debitamque gratiam referimus, quod quattuor amplius saecula actuosam sapientemque operam confert ad defendendam, promovendam illustrandamque Ecclesiam sanctam Dei, ac numquam cessavit strenuam Aliisque dignam praestare fidelitatem erga servum servorum Dei, hoc est Romanum Pontificem, et erga hanc ipsius Apostolicam Sedem, in qua catholicae Ecclesiae unitatis et universalitatis centrum constitutum est. Item grati animi sensus proferimus de innumeris operibus et inceptis, quae Societas Iesu ad maiorem Dei gloriam suscepit promovit atque perfecit, in quovis navitatis campo, quae ad Ecclesiae munus spectat, praesertim quod attinet ad praedicationem verbi Dei, ad spiritualem animorum curam, ad ecclesiasticam profanamque mentis culturam, ad sacras missiones inter

*** Die 21 mensis aprilis a. 1969.**

[1] **Cfr. *1 Cor.* 4, 15.**

gentes nondum Evangelii luce collustratas, ad Christum Iesum extollendum atque defendendum per suorum exemplorum imitationem, ad testimonium denique verbis et exemplo eius nuntio salutis praestandum, quod quidem apud vos usque ad sanctitatis fastigium et sanguinis effusionem pertingit.

Hae autem laudes nostra quoque aetate inditae strenuaeque Societati Iesu sane debentur; ac dum libenter hac utimur opportunitate, ut eas ex intimo animi sensu proferamus, enixe Deum rogamus, ut inaestimabilibus suis praemiis Institutum vestrum remuneret illudque singulari amore supernoque auxilio continenter prosequatur ; itemque vota facimus, ut vos omnes vestrique sodales tam praeclarae traditionis digni sitis heredes, eamque religiose servare ac pergere valeatis.

Hoc autem grati animi Nostri testimonium singulari hoc tempore libentius impensioreque studio exhibere cupimus ob duplicem causam, quam operae pretium est nonnullis peculiaribus considerationibus explanare.

Prior causa ex eo petenda est, quod inter universam catholicam Ecclesiam vestrumque Institutum communis quaedam sors habetur, quae quidem labente tempore magis magisque firmata est. Vestra enim Societas in Ecclesia catholica locum obtinet, sine dubio circumscriptum sed egregium, ministerium quoddam implet, vitae institutionisque cuiusdam formam exhibet, laborem sustinet, qua de causa inter utramque peculiaris necessitudinis vinculum intercedit : scilicet fortuna vestra quodam modo fortunam totius familiae catholicae contingit, sive cum prosper status vester est, ut optamus, sive cum forte res vestrae dilabuntur, quod esset miserandum. Si autem ex eo quod corpori Ecclesiae militantis inseritur, Instituto vestro signum divinae benevolentiae obvenit et hoc eidem cedit honori, in quibus vobis licet gloriari,[2] simul tamen illud vobis onus imponit atque officium, vosque impellit, ut conscientiam excitetis, qua ad summam omni ope nitamini fidelitatem.

Altera vero iam exponenda est causa : Ecclesia enim, ut probe nostis, nunc tempus transigit singularis momenti, sive quod ad eius attinet incrementa, quae effici iam possunt vehementi impulsu Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, recens celebrati, et exspectatione illa hominum nostrae aetatis, novam manifestationem nuntii christiani exoptantium, sive quod spectat ad quandam perturbationem, quae non solum eius bono historice considerato, sed etiam ac multo magis

[2] **Cfr. *2 Cor.* 8, 23; *Phil.* 3, 3.**

gloriae nominis Christi et saluti multarum, immo plurimarum animarum detrimentum afferre potest. Est tempus, quo fortasse summo in discrimine versatur ipse vigor spiritualis et historicus Ecclesiae; etenim, quae sint hodie rerum condiciones in Ecclesia et extra eam, vos optime compertum habetis. Futurus eius status pendere potest e viis, quas in praesentibus rerum adiunctis inierint, cum onerum munerumque suorum conscientia, praecipui christifidelium coetus.

Sinite ergo, filii dilectissimi, Nos monere, quantum Ecclesia vestro opus habeat provido adiumento. Ecclesia indiget interiore animorum coniunctione, fraternitate recte disposita, consensu in dilectione innixo. Ecclesia requirit, ut caritas et oboedientia hanc suam compagem, qua in unitate componatur et institutis apte ordinetur, servent atque corroborent. Ecclesia oportet veris et vitalibus traditionibus suis, sibi constans, inhaereat, e quibus, quasi floridi rami, oriantur novae formae perennis eius vigoris. Ecclesia servet oportet germanam sacerdotii notionem eiusque propriam rem sacram et asceticam, praesertim ut integra firmaque sacri caelibatus excelsa norma colatur; pariterque oportet laicorum ordinem ad operositatem et fidelitatem incitet, qui, conscientia matura adducti, eius evangelici nuntii disseminandi actionem confirment et amplificent intra eiusdem fines et extra. Ecclesia oportet nova comprobet ratione se idoneam esse ad hodiernae hominum societati serviendum in paupertate, cum sapientia et amore, neque tamen in re sociali locum det ignaviae, qua facinora leviter permittantur, aut falso robori, quo ad seditionem et violentiam descendatur. Ecclesia, si alias umquam, hoc potissimum tempore opus habet in suae fidei professione atque studio firma perstare: illam dicimus fidem, perennem atque sinceram, quam magisterii charisma, ab ipso Christo Ecclesiae collatum, tutam securamque reddit. Ecclesia necesse habet suum afflatum, suum gaudium, suumque robur ex intima sua vita, e precationibus sive liturgicis sive privatis, atque ex divinae gratiae fontibus haurire. Ecclesiae necesse est suum ingens desiderium ad effectum deducere, quo flagrat, ut fracta christianae familiae unitas in recte compositam sibique cohaerentem caritatis conspirationem rursus instauretur, quin tamen fidei integritas per ambiguitates reticeatur neve praecipua veritatis capita corrumpantur. Ecclesia oportet recens celebrati Oecumenici Concilii Vaticani II doctrinis sincero adhaereat obsequio, easque ut normas quam fidelissime sequatur ad iuvenilem Vigorem suum iterum acrius excitandum. Ecclesiae denique opus est, ne spes, ab ipso Concilio ortae, ad irritum cadant; ut suscepta renova-

tionis itinera non minus recta quam expedita sint; ut praesertim succrescens iuventa percipiat atque experiatur, quantopere Ecclesia eam profecto existimet, sustineat, amet.

O quae quantaeque sunt aliae etiam necessitates, quarum indicia Ecclesiae vita nostro hoc tempore praebet, instar crescentium gemmarum, e solo veluti erumpentium, vel dolorum, quae auxilium solaciumque implorant ! Tempus prorsus deficiat, si has vobis numerare velimus, qui tamen eas tali rerum scientia et experientia novistis, quas unus amor vobis infudit. Quam ob rem, filii electi, strenui Nobisque carissimi, Ecclesiam iuvate. Eius necessitatibus opem auxiliumque ferte. Omnibus denuo nunc ostendite, hac scilicet temporum condicione, periculi plena sed animis fortiter accendendis aptissima, ad quaenam egregia facinora Ignatii filii adhuc valeant !

Vobis Sanctae Ecclesiae necessitates breviter commemoravimus : at vero nihil aliud addemus, ut viam rationemque vobis explicemus, qua spiritualem militiam vestram, sueta ac iuvenili semper alacritate, exerceatis? Omnia sane, quae ad vos attinent, satis diceremus, si vos id unum moneremus : scilicet ut recentis vestrae tricesimae primae Congregationis Decreta diligenter fidenter que servetis, in quae elaboranda tanto incubuistis studio. Nihilominus perplacet Nobis, ut sane addecet amantissimum ac sollicitum patrem, vestros ante oculos tria haec hortamenta ponere, quippe quae apta ac salutaria sint tum vobis tum iis omnibus, qui vobismetipsis ducibus in militia vestra sunt adscripti.

Horum primum hortamentorum hoc est, ut insignem illam Spiritualium Exercitiorum palaestram constanti existimatione atque fiducia prosequamini. Brevissima huiusmodi commemoratio satis esto ad eadem Exercitia enixe commendanda.

Alterum vero hortamentum tale est, ut duplex momentum vocationis vestrae, quae religiosa atque apostolica est, penitus perspicere studeatis : scilicet firma cum illa animi perseverantia, quae vobis propria est, meditandas observandasque curate vestras Constitutiones, sive vetustiores sive recentiores. Cávete ne umquam tentationi indulgeatis iisdem vos exsolvendi, speciosa causa impulsi quod ita paratiores ad hodierna tempora sitis atque adeo faciliorem ad nostrae aetatis homines aditum habeatis. Tali enim modo in id inciditis periculum, ut vos ipsi ad *naturalismum,* qui latissime nunc obtinet, convertamini, potius quam homines ad vitae ducendae rationem et ad supernaturalia mysteria convertatis, quae catholicae religionis propria sunt.

Tertium demum hortamentum est — neque admiremini, quod id

ipsum Nostro profluat ab ore; hanc enim rem dicimus, ut Nobismetipsis dicamus itemque arctiore vobiscum ac firmiore communione coniungamur —: Iesum diligite; tamquam viventem Personam Eum diligite (siquidem Ipse revera vivit!), tamquam Magistrum verum, tamquam Amicum unicum a quo inenarrabili prorsus ratione diligimur, tamquam Salvatorem omnia donantem omniaque merentem; diligite Eum, dicimus, sicut nempe ab iis diligi debet, quibus praesenti hac vita et semper feliciter contigit, ut membris Societatis eius ascriberentur.

Haec quidem omnia vobis, cunctis vestris Sodalibus, vestraeque disciplinae alumnis et discipulis ex animo ominamur libenterque Apostolica Nostra Benedictione confirmamus.

VII

Ad Excellentissimum Virum Henricum Renatum Dodds, Reipublicae Senegalensis cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous remercions vivement Votre Excellence de ses nobles paroles, et en recevant de ses mains les Lettres qui l'accréditent auprès de Nous comme Ambassadeur du Sénégal, Nous sommes heureux de saluer en elle le représentant distingué d'un Pays qui Nous est cher à maints égards, et de vous exprimer Nos sentiments de bienvenue dans cette Cité, que vous connaissez bien pour y avoir déjà rempli d'importantes fonctions.

Vous êtes l'envoyé d'une nation qui, ayant accédé naguère à l'indépendance, fut l'une des premières en Afrique à demander l'établissement de relations diplomatiques avec le Saint-Siège. Cette démarche qui manifestait la considération de votre illustre Chef d'Etat et de son gouvernement pour la place et la mission de l'Eglise catholique dans le destin de votre Pays, avait offert alors à l'autorité pontificale l'heureuse opportunité de saluer avec joie la naissance de la nouvelle et vivante nation sénégalaise. Le Saint-Siège appréciait notamment son souci du respect et de la dignité de l'homme, de ses droits à épanouir sa vocation à être l'agent responsable de son progrès humain et religieux : conditions indispensables d'une justice et d'une paix universelles. Votre Pays,

*** Die 22 mensis aprilis a. 1969.**

par la maturité qu'il s'est acquise dans un long passé de responsabilités politiques interafricaines et par sa préoccupation du développement et du rayonnement culturels de l'Afrique, apparaît particulièrement sensible à ces grands idéaux. Plus que d'autres peut-être il ressent vivement l'inquiétude d'en voir la réalisation compromise ou trop longtemps retardée en certaines régions d'Afrique.

Nous partageons nous-même la souffrance de voir se prolonger sur la terre africaine des conflits qui ensanglantent ou affament tant d'êtres humains appelés à la joie de vivre ; Nous déplorons que, malgré beaucoup d'efforts, les conditions de vie précaires de tant de populations urbaines ou rurales de l'Afrique leur imposent des limitations contraires à leur développement et à leur dignité ; plus préoccupante encore Nous semble la situation d'une jeunesse africaine qui se décourage ou s'exaspère devant l'incertitude de son avenir professionnel.

Quando, e contra, homo sana formatione morali indiget, Turismum prosequendo, fieri potest diductus, vagus, adventicius festinus, mancipium multorum mediorum, quae eidem percrescens progressus praebet, superficialis humani dialogi incapax, neglegens naturae pulchritudinum humanaeque operae divitiarum spectator, inquisitior anhelus voluptatum malartim experientiarum usque ad hospitalitatis, quae eidem obtulitur, abusum.[31]

II

PRAXIS PASTORALIS[32]

Efficax pastoralis organica phaenomeni turistici perdiligentem coordinationem sequentibus gradibus postulat :

a) S. Congregationis pro Clericis (Sector pro Ministerio Pastorali quoad Turismum) ;

[29] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Oaudius et spes,* n. 67.**

[30] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 11; Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 3; Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 1.**

[31] **Cfr. Pius XII: Nec desunt «qui in exteris regionibus ea sibi concedunt, quae conscientia in suis consuetae commorationis locis argueret», *Discorsi e Radiomessaggi,* Ed. Pol. Vat., vol. XV, p. 449; cfr. etiam Pius XII, 29-10-1952: id., vol. XIV, p. 378.**

[32] **Cum praesens Directorium Generale actionem pastoralem respiciat circa problemata Ecclesiae a Turismo proposita atque reservetur Episcopis quatenus animarum curae responsabiles sunt, manifestum est quod quae hic proponuntur, ad quaestiones circa**

b) Conferentiarum Episcopalium ;

c) Dioecesium.

1.

DE S. CONGREGATIONIS PRO CLERICIS EIUSQUE PRO MINISTERIO PASTORALI QUOAD TURISMUM SECTORIS OPERA

Constitutionis Apostolicae ((Regimini Ecclesiae Universae » vi, Turismi Pastoralis inter competentias, responsabilitates et actuositates definitas pro Sacra Congregatione pro Clericis, quae specialem Sectorem, Ufficio Secundo adnexum, pro Ministerio Pastorali quoad « Turismum » habet, adnumeratur.

Huius Sectoris praecipua sunt munera :

— studere phaenomeni turistici consectariis in fidelium vitam spiritualem [33] easque in contextu sociali generali considerare ;

— coordinare « apostolicos conatus ut aequa novis exigentiis tum iuristarum, tum variarum personarum, quae iisdem servitium praebent, responsio tribuatur » ; [34]

— curare relationes cum S. Sedis organis, quorum pro particulari competentia interest, ut problematibus a Turismo positis in universo mundo studere,[35] necnon cum Delegatis vel Commissionibus Conferentiarum Episcopalium pro Turismi Pastorali;

— fovere congressus internationales ac nationales pro eiusdem Turismi renovanda Pastorali, quin negligantur opportuni occursus cum Organizationibus Internationalibus fratrum seiunctorum aut laicorum intuitu pacificae possibilisque collaborationis, ut Turismi valores spirituales, ad omnes bonae voluntatis homines movendos, diffundantur.

2.

DE CONFERENTIARUM EPISCOPALIUM OPERA

Sicut praevisum est a Motu Proprio « Ecclesiae Sanctae », I, n. 9, et ad mentem Decr. « Christus Dominus », n. 18, necessarium omnino est ut singulae Conferentiae Episcopales, quibus statuere competit

apostolatum ab eisdem ordinatum essentialiter referuntur. In his variis normis directivis exarandis serio experientiae pastorales iam in multis diversorum Continentium regionibus peractae consideratae sunt.

[33] Cfr. Paulus VI: *A. A. S.* 59 (1967), p. 429.

[34] Paulus VI: ibidem.

[35] Inde ab anno 1965 S. Sedes Membrum Effectivum est Unionis Internationalis «Organismes Officiels de Tourisme» (U.I.O.O.T.) habetque suum Delegatum apud tale Ens.

muneris pastoralis rationes vel condiciones concretas congruentesque, in suo sinu constituant Commissionem vel saltem Sacerdotem delegent ad perpendendas Turismi exigentias pastorales locales, statisticas reales prae oculis tenendo, ut conatus omnes Turismi Pastoralem respicientes prout reales necessitates requirunt, coordinantur. Hoc vero postulat :

a) studium « novarum praesentiae formarum ac Evangelii nuntiandi)),[36] tum ut iuristarum christianorum exigentiis spiritualibus provideatur, tum ut omnibus bonae voluntatis turistis opportunitas fraterni occursus dialogique praebeatur;

b) ordinatio, animatio, renovatio ac coordinatio Pastoralis Turismi in tota Natione, ope etiam 'conventuum pro Clero Laicisque, quin ulla forma propria Turismi negligatur;

c) selectio ac formatio quorundam Sacerdotum, extraneis non exclusis,[37] ad dioecesium in quibus maxime Turismus evolvitur, servitium addictis;

d) promotio forte utilis quorundam congressuum internationalium variarum Conferentiarum Episcopalium, quarum Pastoralis Turismi interest.

Praedicta Commissio, vel Sacerdos delegatus, non solum Sacerdotibus recte paratis, sed etiam ac praesertim Laicis in re *peritis* utantur.

Hos inter novissimos opportunum erit cooptare peritos in re sociologica, in generali cultura ac in actuositatibus turisticis; praesertim repraesentantes auctoritate pollentes praecipuarum Societatum navigantium aëris marisque, magnarum itinerum procurationem (vulgo ((Agenzie »), cauponum, **Operator** um turisticorum in genere, necnon eorum qui editiones turísticas curant.

Conferentiae Episcopales insuper invitantur consulere pro viribus ut praesertim frequentioris Turismi tempore, facultatem sacras confessiones fidelium excipiendi extendant Sacerdotibus omnibus iam in sua Dioecesi eadem gaudentes, dum in toto territorio nationali iter agunt, vel etiam, specificis in casibus, quando exteras regiones peragrant.

Similes normae praevideantur etiam pro sacra praedicatione ac Eucharistico cultu, salvis tamen Ordinarii loci iuribus.

Foveantur relationes contactusque etiam ope congressuum opportune

[36] **Card. A. Cicognani,** ***Epistula ad LXXI Congressum « des Œuvres Catholiques »,*** **Annecy, 8-4-1965; cf.** ***La Documentation Catholique,*** **1965, col. 891.**

[37] **Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia** ***Christum Dominus,*** **nn. 22 et 30.**

ordinatorum cum fratribus seiunctis, possibilis intuitu collaborationis in peramplo Turismi agro, iuxta normas a Secretariatu pro Christianorum unitate statutas.

3.

DE DIOECESIUM OPERA

A) *Normae generales.*

Cum problemata pastoralia Turismum modernum respicientia efficaciter solvi singulorum animarum curatorum initiativa nequeant, actio pastoralis in hoc sectore relinquenda non est singulis cuiusvis pastoris conatibus, neque exsequi potest nisi coordinata mutuaque actione.

Loci Ordinarius, praevia sui Consilii Pastoralis consultatione, actionis rationes (vulgo « programmi ») concretas parare debebit, ut omnes vires utiles consocientur ad ministerium reapse efficax ordinandum dialogumque cum turistis in genere instaurandum. Turismi Pastoralis requirit quoque tum in Dioecesibus, quae sunt *terminus ad quem,* tum in illis, quae sunt *terminus a quo,* mediorum ac remediorum complexum atque eorum coordinationem, quae postulant munus communitarium « ut cura pastoralis in Dioecesi unitate non careat atque efficacior reddatur »,[38] securam reddendo ((concordem actionem »,[39] atque efficacem. Turismus enim, ut supra memoratum est, influxum suum exercet in magna contextus socialis parte, eidemque se admiscet « in mentalitate ac moribus nostrae aetatis ».[40] Tale munus ex Dioecesis parte valorem suum servat etiam si non omnes paroeciae Turismi metae sunt.[41]

Turismi Pastoralis igitur Pastoralis dioecesanae ordinaria ac essentialis consideranda est, praesertim quem respicit :

a) initiativas pervulgantes valorum notitiam, quos Turismus forte pro omnibus exprimit;

b) praeparationem ac formationem christianorum ad sanam Turismi fruitionem;

c) fidelium educationem ut expensae quas pro Turismo sustinent,

[38] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 30.**

[39] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 17.**

[40] **Paulus VI, *L'Osservatore Romano,* 18/19-7-1966.**

[41] **Cfr. Decr. de past. Episcp. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 17; «... in eiusdem peculiaribus regionibus...».**

non in paupertatis iniuriam vertantur, sed, e contra, valorum quos ipse, si eodem recte utatur, producit pro singulis ac pro societate;

d) spiritualem assistentiam turistis atque omnibus Turismi operatoribus, necnon omnibus personis ab eisdem dependentibus;

e) laicorum apostolatus animationem quoad Turismum ;[42]

/) acta proposita ut cultus a fratrum seiunctorum parte, prout infra notabitur, exercitium foveatur.

Ergo :

1. necessarium est suscitare, praesertim praedicationis et catechesis ope, conscientiam valorum positivorum, tum humanorum tum christianorum Turismi, ita ut eo ipso fruatur gaudiosa participatione ac cum Domini Paschate communione.

2. Ut christianus iuvetur magis personali actuosaque adhaesione ad sua munera adimplenda praedictorum valorum institutio commendetur velut pars integrans educationis scholasticae, necnon communicationis socialis usu. Id humanae christianaeque conscientiae magis idoneam formationem adiuvabit, ut « tot problemata moralia, quae tam in vita singulorum quam in sociali consortione exsurgunt, in veritate solventur »[43] etiam et tam saepe Turismi causa.

3. Clerus et Laici ita formentur ut, cognito phaenomeno eiusque influxu tam positivo quam negativo in animarum cura atque in Communitate, oppetere valeant efficientia ac mediorum copia exigentias spirituales hodie a Turismo impositas, ut intret — etiam hunc agrum — Ecclesia in humana consortione[44] servitii spiritu praedita.

4. Christianorum ad Turismum formatio celebratione completur Eucharistica, « totius vitae christianae fonte et culmine ».[45] In SS. Eucharistia turistae ac industriae turisticae ministri Deo Victimam Divinam offerunt atque una cum Ipsa seipsos[46] in sui ipsius particulari condicione gaudii, libertatis, dono creationis fruitionis specialis, aut pro fratribus servitii.

Ex Christi Corporis autem communione virtutem hauriunt, qua semper gratiae baptismali ideoque morali adhaerentes[47] idoneique sunt

[42] **Cfr. Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* nn. 5; 13; 14.**

[43] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 16.**

[44] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 9 ; cfr. etiam Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 3.**

[45] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11; cfr. etiam n. 3.**

[46] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. il.**

[47] **Cfr. *S. Thom.,* III, q. 79, aa 1 et 5.**

ad apostolatum exercendum quem eisdem Ecclesia committit ab eisdemque expectat. Turismus, velut *praenuntius unitatis et pacis,* axem suum invenit centralem in Eucharistia quae *signum unitatis est et vinculum caritatis* Populi Dei[48] causaque fontalis illius libertatis, quae tantum scit bonum operari.

Insuper Eucharistiae participatione, christianus, sicut peregrini Emmaus (cfr. *Lc.* 24, 13-32), facilius agnoscere sciet fratres in Christo homines sibi in Turismo consociatos, vel illos quibus occurrit in sua peregrinatione, vel quibus ipse inservit.

B) *Normae particulares.*

Hoc Directorium Generale, perspecta necessitate quod Ecclesia suam methodologiam pastoralem novis temporum exigentiis continuo aptet atque conspiret, ut « sedulo perfectior quaeratur temporalis ordinatio »[49] coram vitae hodiernae transformationibus utile iudicat quasdam animadversiones in concreto proponere aptandas utique in singulis Dioecesibus iuxta Ordinarii prudens iudicium ac iuxta pastorales characteristicas quae, logice, variantur — interdum etiam magnopere — in variis regionibus.[50]

ORDINARIO LOCI cura est ut:

a) *Quoad cleri formationem in genere:*

— provideat lectiones orientativas circa Turismi Pastoralem, etiam opportunis exercitationibus[51] (v. g. itinera culturae acquirendae utilia promovenda), ut fere manuducantur futuri Sacerdotes ad realem in hoc sectore pastoralem ;[52]

[48] **Cfr. g. August., In Ioannem, Tract. XXVI, n. 13; *PL* 35, 1613; cfr. etiam *1 Cor.* 10, 17; 12, 12; 12, 27; *Rom.* 12, 5; *S. Thom.,* III, q. 82, a. 7, ad 2; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 3 et 11.**

[49] **Const. past de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 4; cfr. etiam Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 14.**

[50] **Quaedam animadversiones *praeparationem remotam* ad Turismi Pastoralem, aliaeque, *proximam* respiciunt. Sed cum etiam haec distinctio in concreto a diversis situationibus singularum Dioecesium propriis dependeat, hic non opportunum visum est earum tempora distinguere. Notetur insuper quod quae infra Pastoribus proponuntur — ut iam supra dictum est — experientiarum apostolicarum sunt fructus a multis Delegatis Nationalibus ac Dioecesanibus pro Turismi Pastorali communicatarum respiciuntque praesertim Dioeceses, quae Turismi *a terminus ad quem-»* sunt.**

[51] **Cfr. Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 21.**

[52] **Cfr. Card. A. Cicognani : « Summus Pontifex exoptat ut institutio theologica pastoralis Turismi suum debitum locum obtineat in formationis ecclesiasticae religiosaeque**

— faveat linguarum extranearum inter Clerum studium; [53]

— doceat quod dialogus omissus vel neglectus cum turistis et operatoribus turisticis — praesertim cum his qui minus religionem servant — minus grave non est quam mediocris hospitalitatis oblatio.

b) *Quoad ministerium sacerdotale:*

— ordinentur cursus renovationis vel dies studii Pastoralis Turismi pro Clero, dioecesano ac regulari, etiam una cum laicis catholicis tum ut opportune experientiae comparentur, tum ut auxilia definiantur, quae Conferentia Episcopalis forte poterit pro apta assistentia spirituali turistarum etiam extraneorum destinare; [54]

— quaerantur igitur, si opus fuerit, a Conferentia Episcopali Sacerdotes eiusdem nationis, vel extranei ad paroecias iuvandas in locis turisticis positas, « temporibus » peregrinationum, ne desint « Sacerdotes, numero et idoneitate saltem sufficientes, qui praesto sint pro rite pascendo Populo Dei »; [55]

— reddatur secura effectiva praesentia Cleri localis temporibus maioris occursus turistici, concedendo tamen cuique Sacerdoti in alio anni tempore congruum requiei spatium; [56]

— attentis phaenomeni turistici characteristicis internationalibus atque ut facilis Poenitentiae Sacramenti administratio reddatur, Parochis facultas concedatur Sacerdotes *pro tempore* in suis paroeciis commorantes, delegandi, dummodo iam regularibus facultatibus in propria Dioecesi gaudeant, ad Confessiones audiendas etiam turistarum extraneorum, statutis tamen horis;

— dirigantur Parochi ut faciliter accedant conditionibus pro Pastorali Turismi a Laicis propositis, sive ipsi paroeciani sint, sive turistae commorantes, qui per plures anni menses contextui paroeciali adhaerent;

— sollicitentur animarum curatores ut directe aut indirecte provi-

Institutis, ad hunc finem etiam maiorem Professorum et Docentium in Universitatibus Seminariisque collaborationem fovendo ». *Epistula* ad «Convegno Ital. per i Docenti di Teologia Pastorale», *L'Osservatore Romano,* 18-9-1966; cfr. etiam Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 8 et 19.

[53] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 23.

[54] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 16; Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 19.

[55] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 23.

[56] Cfr. Card. A. Cicognani: *Epistula* ad «2° Conv. Naz. Ital. per Curatori di Anime in località turistiche », *L'Osservatore Romano,* 24/25-10-1966.

deant ut opportune maiori quo potis est numero turistarum operatorumque turisticorum occurratur, quin qui fidem nostram non profitentur obliviscantur;

— Sacerdotibus itinerantibus memoretur ut Oleum Sanctum pro Infirmorum Unctione secumferant.

c) *Quoad cultum in locis turisticis:*

— oblectatione, quam cultus locus decore servatus in omnes exercet, considerata, semper eiusdem dignitas secura reddatur;

— securae quoque reddantur celebrationes liturgicae in opportunis horis magnaque cum cura celebratae, necnon sacra praedicatio spiritualibus hospitum exigentiis apta;[57]

— S. Missae in diebus festis celebratio necnon Poenitentiae Sacramenti administratio linguis turistis magis notis foveantur, nuntio opportuno, intelligentis indicationis (v. g. segnaletica, signalisation) ope, etiamque, si casus ferat, pluribus linguis vulgato;[58]

— in diebus festis (eorumque vigiliis) SS. Missarum, quas ((vespertinas » vocant, celebratio foveatur, et saltem una Missa ferialis vespertina in locorum turisticorum paroeciis celebretur. Etiam, dum talis cultus ferialis celebratur, opportunum erit, sicut experientia iam docet, brevem homiliam dicere;

— examinetur, effectivis statisticis attente consideratis, opportunitas S. Missam in diebus festis vel dominicis celebrandi inde a primis vesperis dominicae vel vigiliae.[59]

— secura in diebus festis S. Missae celebratio reddatur in tentoriis (v. campeggi, camping) — opportune electo loco — atque, ubi potis est, « Sacellorum mobilium » (v. cappelle mobili, chapelles mobiles) ope, necnon coetuum selectorum, ut christianum turistis testimonium praebeant, praesentia foveatur;

— secura coordinatio ex parte parochorum, praesertim in diebus festis, reddatur, ut servitia religiosa Sacerdotibus transeuntibus, vel *pro tempore* in sua quisque paroecia commorantibus praebeantur;

— praescribatur in « oratione fidelium » ut, tempore quo Turismus agitur, mentio fiat tam illorum, qui Turismo fruuntur, ad eos sollicitan-

[57] Cfr. *Instructio de Cultu Mysterii Eucharistici,* n. 19; cfr etiam Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 44.

[58] Cfr. *Litterae Circulares S. Congregationis Concilii,* n. 104132, 19-3-1966.

[59] Cfr. *Instructio de Cultu Mysterii Eucharistici,* n. 28; cfr. analogia cum Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 15.

dos ut christiana officia observent, quam eorum qui eodem Turismo frui nequeunt, quia pauperes sunt, vel in ipsomet suam operam praestant ;

— cultus loca ita disponantur ut integro die patescant ad fidelium pietatem fovendam atque ad operum arte insignium forte ibi servatarum visione fruendum;

— provideatur ut oblationum, quae in Ecclesia colliguntur, pars deferatur pro servitiis animarum curae necessariis, vel dialogo cum turisticis fovendo;

— hortentur monasteria contemplativa ut Ministerio Pastorali quoad Turismum suarum ferventium precum subsidium praebeant.

d) *Quoad turismum religiosum:*

— cura habeatur ut magis aestimetur turismus religiosus (peregrinationes), eiusdem elementum spirituale vel sacrum dierum festorum traditionalium in loco characterem tutando;

— aestimatio Sanctuariorum in Dioecesi existentium promoveatur, tum magna contributione considerata, quam ipsa Sanctuaria administrationi Sacramentorum Poenitentiae ac Eucharistiae conferunt, tum incitamento perpenso, quod eadem etiam in turistas non observantes exercent.

e) *Quoad populum christianum:*

—- memoretur pastoralis actio defutura esse nisi efficax fidelium collaboratio adsit nisique eorum modus vitam ducendi personalem et familiarem atque per se ipsum solum validum testimonium constituat;

— non solum provideatur, praesertim in centris turisticis, actio ad praecavenda mala, sed etiam ad ea medenda ante et postea quam Turismus suos periodicos cursus incipiat, formando populationes, apud quas turistae diversantur, ad christianae vitae testimonium praebendum, ad hospitales esse in caritate atque coram mentalitatis morumque novitate prudentes ;

— ubi possibile est, praesertim in Centris montanis thaermarumque, comparentur ac apparentur una cum Societatibus turisticis collaborando conferentiae aut occursus culturales-religiosi, etiam extra Ecclesiam, ad praesertim « longinquos » (((lontani))) in suo circulo vel loco captandos ; [60] ad hunc finem consequendum pretiosa erit etiam in formatio-

[60] **Cfr. Card. A. Cicognani: «Numquam satis laudari queunt initiativae culturales-religiosae, iam in quibusdam maioribus centris turisticis experitis, quae miram efficientiam**

nis Institutis (Universitatibus, Seminariis, etc. ...) Docentium collaboratio ;

— excolatur Pastoralis Turismi elementum missionale, eorum praevia aequaque praeparatione, qui regiones non christianas neque credentes peragraturi sunt, ut validum fidei, caritatis virtutumque civilium testimonium, ipsa suae vitae ratione, praebeant;

— secura firmetur collatio apostolica Associationum laicalium catholicarum ad Turismi, praesertim iuvenilis, Pastoralem ;

— foveatur *turismus socialis* ita ut iuvet evolutionem valorum constitutivorum personae atque verae authenticae vitae socialis ; [61]

— praebeatur directe vel indirecte, « etiam illis qui congruis carent mediis possibilitas inveniendi requiem et reficiendi vires in domibus pro feriis aptis, in peregrinationibus ordinatis, in " coloniis " pro pueris » ; [62]

— iuste aestimentur christianae artis monumenta in Dioecesi existentia, eorum religiosae significationis perspicuam praesentationem praebendo; ad hunc finem promoveatur formatio spiritualis ac culturalis mystagogorum vel « auctorum » (v. « Guide »), necnon perdiligens praeparatio mediorum technicorum utilium ad ea monumenta aestimanda, vel ad vitam christianam illustrandam ; [63]

— curetur ne in locis turisticis stipes fastidiose quaerantur ;

— concurratur, etiam cuisdam diei festi sacram praedicationem opportunam tradendo, ut recte fideles in christiana viarum disciplina doceantur ne aliorum vita in autovehiculorum ductione periclitetur ; [64]

— foveatur in vehiculis signi S. O. S. diffusio, sicut iam quibusdam in regionibus utiliter fit, ut facilis, in gravibus variis casibus, spiritualis adsistentia reddatur.

f) *Quoad operatores turísticos:*

— evolvatur dialogus in caritate cum omnibus operatoribus turisticis quamcumque religionem colant ;

ad animabus remotis occurrendi Deo possibilitatem obtulendam manifestaverunt». *Epistula* ad « I Conv. Ital. " Turismo e Pastorale " », *L'Osservatore Romano,* 6-2-1963; cfr. etiam Paulus VI, *L'Osservatore Romano,* 8-3-1964.

[61] Cfr. Ioannes XXIII: *A. A. S.* 54 (1962), p. 454; cfr. etiam Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 2.

[62] Paulus VI, *L'Osservatore Romano,* 7-6-1964.

[63] Cfr. Paulus VI, *L'Osservatore Romano,* 24-1-1969.

[64] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 30; cfr. etiam Paulus VI: *A. A. S.* 57 (1965), pp. 907-909.

— curetur spiritualis eorum christianorum catholicorum formatio, qui in variis industriarum turisticarum sectionibus laborant (v. g. auctorum montanorum, ludimagistrorum vulgo ((sci)) nuncupati, ministrorum in thermarum institutis, etc. ...) atque debito tam cauponibus quam personis cauponicis spiritualis adsistentia foveatur;[65]

— ubi potis, auxilium Sacerdotibus in Turismi apostolatu praestantibus praebeatur ad formationem ethico-professionalem in Turismi Institutis professionalibus;

— promoveantur occursus cum operatoribus turisticis, ut eorum labor spiritu evangelico imbuatur:

X eorum exigentias praesertim spirituales cognoscendo;

X eorum relationes frequentiores cum Ecclesia reddendo;

X eorum officiorum conscientiam quoad Turismi moralitatem illuminando;[66]

— suadeatur cauponibus opportunitas in singulis diversorii cubiculis S. Bibliam, si potis in linguis praecipuarum turmarum turisticarum, idque fraterne consentientibus cultus ministris fratrum seiunctorum, sicuti iam variis in regionibus fit.

g) *Quoad Fratres seiunctos:*

— Praeter ea, quae in praecedentibus paginis iam memoratum est:

a) praebeantur christianis non catholicis loca cultus iuxta Directorii Oecumenici normas;[67]

b) invitentur animarum curatores ut christianos non catholicos ad suum ministrum vel locum cultus, si ibi existant, dirigant, in prae-

[65] Cfr. Paulus VI: *A. A. S.* 59 (1967), p. 429. Memoratur etiam quod Summus Pontifex Paulus VI die 7-3-1964, S. Martham cauponum Patronam declaravit. *(L'Osservatore Romano,* 8-3-1964).

[66] Cfr. Pius XII, 29-10-1953: *Discorsi e Radiomessaggi,* Ed. Pol. Vat., vol. XV, p. 448.

[67] Cfr. *A. A. S.* 59 (1967), pp. 589-592; a) *Pro Orientalibus:* n. 52 Directorii: «Quia "communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter Catholicos et Fratres seiunctos Orientales iusta de causa permittitur" (Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 28), commendatur ut usus aedificii catholici vel coemeterii vel templi, cum ceteris rebus necessariis, de licentia Ordinarii loci concedatur Sacerdotibus vel Communitatibus Orientalium seiunctorum pro eorum ritibus religiosis, si ipsi id petant, cum careant locis in quibus Sacra rite et digne celebrari possint».

b) *Pro ceteris christianis:* n. 61 Directorii: *«Si Fratribus seiunctis* desunt loca in quibus coerimonias suas religiosas rite et digne celebrent, Ordinarius loci usum aedificii catholici vel coemeterii vel templi concedere potest».

scriptionum spiritu praedicti Directorii pro Orientalibus, in nn. 53 et 54,[68] pro ceteris christianis vero in nn. 62 et 63.[69]

Summatim: loci Ordinarius curet ut suus Clerus turistas, cuiuscumque nationis, condicionis, aetatis, religionis sint, velut ad Populum Dei ordinatos atque nunquam velut Communitati, cuius animarum curator est et pastor, extraneos consideret.[70]

Ut Ordinarius firmare valeat quae supra[71] ad « idoneae curae spiritualis fines »,[72] analogice uti debebit, sicut M. P. « Ecclesiae sanctae », **I,** n. 9 (cfr. num. 15), praevidet, vel Sacerdote vel Commissione *ad hoc,* quae laicos in Turismo peritos comprehendet atque relationes regulares cum Delegato vel cum nationali Commissione pro Turismi Pastorali teneat.

Commendatur insuper ut quaedam membra praedictae Commissionis ac praesertim eiusdem Praeses (deficiente vero Commissione, Delegatus supradictus) membra quoque sicut effectiva Consilii tum Presbyteralis tum Pastoralis dioecesani sint.

Omnes tandem Communitates, et urgentiore modo, quarum Turismus interest, suum apostolatum perficere debent iuxta exigentias, quas

[68] Cfr. *A. A. S.,* ibidem n. 53: «Curent moderatores scholarum et Institutorum catholicorum ut copia detur ministris orientalibus praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, fidelibus ipsorum qui Instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis et concessa licentia Ordinarii loci, etiam intra aedificium catholicum, templo non excluso, praeberi potest».

N. 54: «In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a catholicis reguntur, curent moderatores ut sacerdotem Ecclesiae Orientalis seiunctae tempestive certiorem faciant de praesentia fidelium eius atque facultas ei detur aegrotos visitandi necnon sacramenta digne et reverenter iis administrandi».

[69] Cfr. *A. A. S.,* ibidem n. 62: «Curent moderatores scholarum et Institutorum catholicorum ut facultas detur ministris aliarum Communionum praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, propriis fidelibus qui Instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis, etiam intra aedificium catholicum dari potest ad normam numeri 61.

N. 63: « In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a Catholicis reguntur, curent moderatores ut ministros Communionum seiunctarum tempestive certiores faciant de praesentia eorum fidelium atque facultas aegrotos visitandi necnon adiumentum spirituale et sacramentale praestandi iisdem detur».

[70] Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 6: «Communitas ... localis non suorum dumtaxat fidelium curam fovere, sed etiam zelo missionali imbuta viam ad Christum omnibus hominibus parare debet».

[71] Cfr. Card. A. Cicognani: «Turismi Pastoralis, quatenus Pastoralis "organicae", quam vocant, pars est, a locorum Ordinariis dependet ab iisdemque providenda est». *(Epistula* ad II Congressum Italicum pro animarum Curatoribus in locis turisticis); *L'Osservatore Romano,* 24/25-10-1966.

[72] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 23.

gentium (osmosis) peregrinatio gradatim magis magisque definit : id quod exigit spiritualem aperitionem formationemque, cuius evolutio et amplitudo fructus erunt caritatis mensurae, quae reapse eas vivificat debetque « tendere ut cor Ecclesiae dilatetur ... usque ad universalem Christi propositi et caritatis mensuram ».[73]

4.

DE RELIGIOSORUM AUXILIO AD TURISMI PASTORALEM

Religiosi, quatenus « bono totius Ecclesiae pro sua vocatione et gratia serviunt)),[74] validam suam operam Turismi Pastorali praebere possunt vel preces fundendo (cfr. num. 23), vel pro sua competentia doctrinam proponendo, vel etiam sua communicationis socialis instrumenta commodando. Pastoralis Turismi insuper, qua <(Pastoralis organicae)) (Pastorale d'insieme, Pastorale d'ensemble) elementum, fidere debet religiosorum Sacerdotum cooperatione,[75] sicut etiam illa Institutorum Saecularium Religiosarumque.

Praeterea, Sacerdotum religiosorum sicut etiam ceterorum Institutorum perfectionis apostolatus in coetibus turisticis exercendus legitime requiri potest non solum quia religiosi « Corpori Episcoporum coaptantur »,[76] sicut omnes presbyteri, sed etiam quia eorum ipsa particularis ((mobilitas », quam saepe Fundatores suis religiosis Communitatibus concessere, speciali modo idonea videtur ad hunc « Pastoralis complexus » laborem atque modo actuali vivoque ad apostolicae vocationis exigentias respondet. Omnes igitur religiosi, salvis cuiuscumque Instituti indole, fine specifico, sanis traditionibus, interna disciplina Superiorumque auctoritate, qua Episcoporum collaboratores vocantur ad Populi Dei exigentiis occurrendum, praesertim ubi multi fideles viis ministerii ordinariis prosequi nequeunt.

Superiores religiosi insuper invitentur :

a) ut praeparent excolantque tales pretiosos collaboratores huius tam modernae animarum curae, vel aeque institutione in formationis Pastoralis Turismi Institutis, vel participatione ad Congressus ordinatos ut Cleri cultura circa tales apostolatus formas renovetur;

[73] **Paulus VI, *L'Osservatore Romano,* 20-1-1966.**

[74] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28.**

[75] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28; cfr. etiam Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 30.**

[76] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28.**

b) ut collocentur, in paroeciis praesertim religiosis commissis, Sacerdoti religiosi omnimodo formati ad huius phaenomeni spirituales exigentias satisfaciendas.

Praecipuo modo perutile erit auxilium Institutorum Saecularium, sive ut « servitium », sive ut « christianum testimonium ».

Domus religiosae denique, commodatae velut « convictus », vel ut diverticula in locis turisticis, optimum praebere exemplum debent, secura indicia quoad religiosa servitia communicando, in singulis cubiculis S. Bibliam, vel saltem Novum Testamentum collocando atque super omnia circulum vere fraternum, occursus pro omnibus obtulendo.

5.

DE DIACONIS IN TURISMI PASTORALI

Ubi Diaconatus permanens a Conferentiis Episcopalibus, Summo Pontifice assentiente (cfr. Sacrum Diaconatus Ordinem, I, 1) restitutus est, Diaconorum permanentium opera, sub eorum Superiorum ductu, etiam in Turismi Pastorali exercenda, pretiosa erit. « Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis, ... in communione cum Episcopo eiusque presbyterio »,[77] validi cooperatores sunt. Revera ut tales evandant, necesse prorsus est ut Dioeceses ad eorum specialem formationem etiam in hoc animarum curae sectore provideant.

6.

DE LAICIS MILITANTIBUS AC DE TURISMI PASTORALI

Laicorum apostolatus maximum interest in Turismi Pastorali Generali, sive quia praesertim laici sunt qui Turismo indulgent, sive quia industria ac organizatio turistica a laicis dependet.[78]

Ecclesia igitur a Laicis militantibus non solum testimonium, sed etiam intellegentem ac fervidam collaborationem in variis apostolatus turistici gradibus expectat.

Evidenter haec collaboratio variabitur prout variae sunt possibilitates situationesque singularum personarum, necnon varia earum specifica erit praeparatio. « Laici vero, qui in tota vita Ecclesiae actuosas

[77] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 29; cfr. etiam Motu Proprio *Sacrum Diaconatus Ordinem*, (18-6-1967), nn. 1 et 2.

[78] De Laicorum muneribus iam pluries in praesentis Directorii cursu actum est, referendo etiam quaedam documenta conciliaria, Turismum etiam in hoc sectore, respicientia.

partes gerendas habent, non solum mundum spiritu christiano imbuere tenentur, sed etiam ad hoc vocantur ut in omnibus, in media quidem humana consortione, Christi sint testes ».[79] Magni quoque momenti sunt Concilii Vaticani Secundi sequentia verba : ((Colant ... sensum dioecesis ... prompti semper, ad invitationem Pastoris sui, suas quoque vires inceptis dioecesanis adicere ... eo magis quia crebrescens in dies migratio populorum, mutuae necessitudinis augmentatio et communicationum facilitas, iam non sinunt ullam partem societatis in se clausam manere. Ita de necessitatibus Populi Dei in toto orbe terrarum dispersi solliciti sint »;[80] eoque magis quam laici « in campo ... otii fratribus adiuvandis aptiores exsistunt ».[81] Revera cum ipsi sive ad Populum Dei, sive ad societatem civilem pertineant,[82] frequentiores obviaeque occasiones dialogum cum ceteris instaurandi habent.

Immo exoptandum est ut ipsi periti fiant vel ut Directores aut similes in diversis actuositatibus mansionis laborisque a Turismo oblatis, itaque bonum fermentum in farina reconditum evadant (cfr. *Mt.* 13, 33). Optanda quoque est Laicorum militantium insertio in organizationibus turisticis etiam in regionibus non christianis,[83] quas etiam turistae catholici petunt.

Laicorum collaboratio praesertim consulitur ut foveatur :

a) institutio in omnibus suis gradibus circa temporis liberi ideoque Turismi rationalem usum;

b) diffusio cognitionum de Turismi valoribus positivis ope omnium instrumentorum communicationis socialis;

c) profundior cognitio culturalis circa eiusdem functionem in hominis vita ;

d) institutio spiritualis coetuum professionalium.

[79] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 43; cfr. etiam *1 Pi. 2,* 9-12; *Cal.* 4, 19; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 7 et 9; Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 2.**

[80] **Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 10; cfr. etiam Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 5.**

[81] **Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 13; cfr. etiam n. 29: «Ad bonas relationes humanas colendas oportet ut valores vere humani foveantur, imprimis ars fraternae convivendi atque cooperandi, necnon colloquium instituendi»; cfr. etiam Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 16 et 72; cfr. Decr. de Oecumenismo *unitatis redintegratio,* n. 12; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 41.**

[82] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 21.**

[83] **Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 41.**

Insuper : Laici, praesertim militantes, sibi persuasum habeant sanum Turismum exigere coordinatimi non solum singulorum, sed etiam coetuum conatum, quoniam impossibile evadit promovere singulis seiunctisque conatibus humanizationem, quam vocant, huius phaenomeni tam dynamici irreversibilisque sicuti Turismus est.

Tandem, si Hierarchiae munus est docere ac authentice interpretari principia hac in re tenenda atque promovere necessarias structurarum reformatione» (postulatas a ministerio magis sollicito de Turismi multiplicibus influxibus in animarum curam) ad Laicos praesertim pertinet, libera sua initiativa, quin passive officia normasque expectent,[84] spiritu christiano mentes et mores, Communitatis leges, habitudinesque imbuere, necnon Turismo habitu vere humano et christiano frui.

Revera, ((Ecclesia non vere fundata est, non plene vivit, nec perfectum Christi signum est inter homines nisi, cum hierarchia, laicatus veri nominis exstet et laboret ».[85]

Ideo, hoc Directorium Generale non neglexit commendare ut inter collaboratores Delegati nationalis vel dioecesani pro Ministerio Pastorali quoad Turismum (aut inter Commissionum pro dicta Pastorali membra) etiam laici bene praeparati cooptentur, similiter ac Concilium Vaticanum Secundum pro Commissione Pastorali dioecesana praevidit.[86]

CONCLUSIO

In superiore disceptatione perspicue probatum est Turismum, per se, non solum homini hodierno — magis magisque futuro — occasionem praebere cognoscendi invisendique totam terram, iam, quodam sensu, nimis angustam effectam pro eo, sed etiam et maxime ceteros homines fraterne obviandi.

Haec fundamentalis realitas Ecclesiam instat, ut christianos formet « adultos », qui semper et ubique vivant prout fides exigit.

Pastoralis ergo Turismi, considerata in sua multiplici evolutione suisque semper novis exigentiis, cum tandem intime « Pastorali motus)) uniatur, supra descriptis normis exhauriri nequit. Quoniam vero hortamenta illa experientiarum iam longe lateque confirmatarum fructus sunt : ...

[84] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 43.

[85] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 21; cfr. etiam Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 30.

[86] Cfr. Decr. de past,. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 27.

— in communi agnitione « progressum humanum verae hominum felicitati inservire posse » ; [87]

— in admissione totius boni, quod in moderno dynamismo invenitur ;

— in praevisione percrebescentis diffusionis Turismi vis quoad loca, vis quoad varios humanae familiae coetus, dummodo odia bellaque ne sanguine mundum maculent ;

— in memorando, tandem, Turismum esse elevationis socialis perfectorem posseque etiam Oecumenismum necnon inter populos unionis causam,

... eadem auxilium praebere cupiunt Pastoribus, ut traditionalem animarum curam enovent integrantque quoad novum contextum socialem Turismi phaenomeno productum.

Huius Directorii Generalis normae, tandem, sibi proposuerunt fovendi ex fidelium parte, qui Turismo fruuntur vel in Turismo laborant, cum Deo Caritate communionem,

« a Quo averti, cadere ;
in Quem converti, resurgere ;
in Quo manere, consistere est ;
a Quo exire, emori ;
in Quem redire, reviviscere;
in Quo habitare, vivere est)). [88]

Romae, in Pesto S. Catharinae Senensis, 1969.

I. Card. **VILLOT,** *Praefectus*

© P. Palazzini, *a Secretis*

Praesens Directorium Generale Summus Pontifex Paulus Papa VI Litteris suae Secretariae Status, n. 128984/SI, die 27 Martii 1969, approbavit et auctoritate sua confirmavit et publici iuris fieri iussit.

[87] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 37.**
[88] **S. Augustinus, *Soliloquia,* I, 1, 3; *PL* 32, 870.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

TAURINENSIS

Canonizationis Beati Ignatii a Sancta Agatha, Confessoris, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Solemnis beatificatio Venerabilis Dei Famuli Ignatii a Sancta Agatha, Confessoris, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, die 17 Aprilis anno 1966 in Basilica Vaticana celebrata, gaudium et laetitiam in Pedemontana regione, nec non in universo memorato Ordine excitavit, fidelibus undique confitentibus uberes fructus percipientibus.

Ex eo tempore non in Italia tantum, sed et in aliis quoque regionibus, christicolae devote beati Ignatii opem implorantes, spirituales ac temporales gratias eius intercessione obtinuere, quas inter nonnullae veri miraculi notas praeseferre videntur.

His omnibus permoti, sollertissimi Actores de Causae reassumptione, ut ad canonizationem iter aggrediatur, cogitare coeperunt.

Ad Apostolicam Sedem interim quidam Patres Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi postulatorias litteras transmiserunt, reassumptionem Causae deposcentes.

Hinc, instante Revmo P. Bernardino a Senis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Postulatore generali, in Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria, die 7 Novembris 1967 in aedibus eiusdem S. Congregationis habita, Emus ac Revmus Dominus Ferdinandus Cardinalis Cento, memoratae Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae Beati Ignatii a Sancta Agatha, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, auditis quoque Praelatorum Officialium suffragiis, re diligenti studio perpensa, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem,, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. Rituum Congregationis Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum responsum probare, et propria manu *commissionem reassumptionis Causae Beati Ignatii a Sancta Agatha, Confessoris, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 1 Iunii 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

BRUGENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Caroli Mariae Schilling, sacerdotis professi Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, Barnabitarum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Iucundum est sane egregia memorare gesta virorum, quos seu singulare ingenium seu praeclarum quoddam opus honestaverit. Potioribus tamen laudum ornamentis ii sunt prosequendi, qui virtutum suarum praestantia christianae perfectioni adipiscendae totis incubuere viribus. Quos inter recensendus est, veluti sidus micans e Norvegiae ortum caelo, Carolus Maria Schilling, sacerdos Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, quos et Barnabitas vocant.

Is ortum duxit ad arcem cui nomen vulgo *Akershus,* prope Oslaum, quod Norvegiae caput est, die 9 Iunii a. 1835, e Christophoro Adolfo et Heleonora Berg, qui, censu et probitate conspicui, Lutheranam religionem profitebantur; cuius quidem ritu infans baptismate ablutus est die 9 mensis Iulii eodem anno, nominibus Carolo Halfdano impositis.

Decem annos natus matre orbatus est puer, et ex tunc animum suum

benevolum et pium ad patrem, quem tenero dilexit amore, applicuit. Quindecim cum esset annorum procliviorem se ad artes liberales ostendit; hinc, ut proprium in arte pingendi excoleret ingenium a patre missus est in urbem Dusseldorpium in Germania, ubi Academiae adscriptus, sub celebrium disciplina magistrorum, ita profecit ut picturis nomen sit consecutus. Eadem in urbe hospes fuit cuiusdam catholicae familiae, Eitel nomine, cuius religio et pietas ei admirationi erant, quaeque eumdem in filii loco habebat. Cum autem de catholica fide nedum minus recte, sed etiam absurde sentiret, factum est ut, anno 1854, cum Ssmum Sacramentum per urbis vias sollemni duceretur pompa, ipse solus cooperto capite atque sine ulla reverentia subridens staret in via. At quidam adstantes indignati eius pileum violenter abripuere et proiecere in terram, ingenti cum ipsius rubore. Haud bene sese tum gessisse agnovit Carolus; atque exinde catholicae religioni pernoscendae coepit dare operam. Et cum de Paenitentiae sacramento die quodam audiret sermonem, tanti solacii experiundi cupidine motus, in catholicam Ecclesiam ingredi statuit. Die itaque 11 Novembris a. 1854, patre non obsistente, in paroeciali ecclesia S. Lamberti urbis Dusseldorpii fidem catholicam amplexus est novumque christianae vitae genus in exemplum auspicatus : coepit infirmos invisere, egenis stipem, cibum vestesque suppeditare, omniaque officia, quibus catholicus adstringitur, fideliter persolvere.

Anno 1860 ineunte, necessarios et amicos visendi causa in patriam rediit. Erat tunc Oslai in urbe parochus Paulus Stub, Norvegus natione, ad catholicam fidem et ipse traductus, atque Barnabitarum alumnus, cuius moderamine Famulus Dei perfectionis viam naviter aggressus est, iugesque in ea progressiones faciens, ad religiosum statum se vocatum persensit. Petiit igitur ut Clericorum Regularium S. Pauli seu Barnabitarum Congregationi adscriberetur. At, ab huiusmodi proposito ut averteretur, iussit pater filium redire domum, ac deinceps ad fratrem, in longinquam septemtrionalem Norvegiae regionem misit, sperans quoque eum reditur um ad pristinam religionem. Sed contrarium evenit, nam Famulus Dei magis in dies propositi tenax fiebat; ut festivae interesset Missae iter, nivibus obrutum, per decem millia passuum faciebat, atque paschalis adimplendi praecepti causa peregrinationem trium hebdomadum curru suscepit. Post plures tandem ea in regione annos transactos, anno scilicet 1868, die 28 Iulii mensis, patre iam non repugnante, ad domum novitiatus Barnabitarum apud *Aubigny,* in Gallia, se contulit, firmo proposito sese penitus Deo consecrandi. Sed, ob infirmam, qua affectus erat, valetudine, vota tantum simplicia, quae dicuntur, Oblatorum professus est die 21 Novembris a. 1869. Deinceps tamen, sanitate feliciter recuperata, Fa-

murus Dei non modo, die 18 Decembris a. 1872, vota nuncupavit sollemnia, verum etiam, Pio Papa IX ita disponente, die 18 Decembris a. 1875 sacerdotio auctus est, atque statim auxiliatricem operam tironum magistro praebere iussus est.

Eeligiosis autem Institutis anno 1880 in Gallia iniqua lege abolitis atque etiam Barnabitis expulsis, Dei Famulus Modoetiam, urbem Italiae, petiit, ubi denuo ut alter magister novitiis exemplo potius quam auctoritate per septennium praefuit. Tandem anno 1887 *Mouscron,* in belgicum oppidum, a Superioribus est missus ubi, in Novitiatus domo, religiosam perfectionem excolens et in proximorum spiritualem salutem naviter intendens, ad extremum usque diem permansit, qui ei occurrit die 2 Ianuarii anno 1907, aetatis eius septuagesimo secundo.

Famulus Dei Carolus Maria Schilling, iugi supernaturali spiritu se gerendo, praeclara per totius religiosae vitae cursum virtutum omnium specimina praebuit. Laudatur in eo praesertim viva fides, quam potissimum in Sacro litando atque in altaris augustissimo Sacramento adorando pandit. Eos qui eum conveniebant vehementer cohortabatur, ut crebro — quod tunc in more non erat — ad sacram Synaxim accederent, eosque, de profanis rebus studiose devitatis sermonibus, ad pia exercitia incitabat. Deiparam quoque Virginem suavi colebat amore, necnon Sanctum Ioseph, Angelum Custodem suique Ordinis sanctos. Erga proximos eximia caritate flagrabat, erga pauperes praesertim, infirmos, afflictos, pueros atque opifices, quibus pro viribus opitulari iugiter satagebat. In confessionibus audiendis cotidie plures continentes insumebat horas, concurrentibus undique fidelibus et presbyteris. Corpus suum castigationibus afficiebat animamque Paenitentiae sacramento crebrius mundabat, orationi assidue vacabat et simul regularis observantiae in suis muneribus obeundis optimum sodalibus praebebat exemplum.

Sanctitatis fama, qua vivens erat ornatus, post obitum Famuli Dei in dies percrebruit atque caelestibus signis visa est confirmari. Quamobrem causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agitari coepta est. Instructi itaque sunt in episcopali Curia Brugensi in Belgio annis 1924-1932, et per rogatorias litteras in Curiis Coloniensi, Parisiensi, Romana et Mediolanensi ordinaria potestate processus super eadem sanctimoniae fama, necnon super scriptis atque obtemperatione decretis Urbani Papae VIII cultum Servis Dei prohibentibus. Qui processus ad sacrorum canonum praescriptum absoluti, ad Sacram Rituum Congregationem delati sunt, atque die 19 mensis Maii a. 1938 eadem Sacra Congregatio, scriptis Servo Dei tributis rite perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi edixit. Excussis deinde processibus, Pius Papa XII commissionem intro-

ductionis causae beatificationis et canonizationis propria manu die 22 Novembris a. 1946 obsignavit. Edito decreto super cultu non praestito die 2 Ianuarii a. 1949, riteque confectis processibus apostolicis, decretum prodiit de omnium processuum iuridica vi.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Servi Dei, prius quidem die 10 Octobris a. 1961 in antepraeparatoria; dein vero in praeparatoria Congregatione die 20 Decembris a. 1966 celebratis disceptatum est. Die tandem 4 Iulii huius anni generalis habita est Congregatio in Vaticanis aedibus coram Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Revmus Cardinalis Carolus Confalonieri, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Revmi Cardinales, sacris ritibus, tuendis praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores, qui aderant, suum quisque suffragium tulerunt. Quae vota auscultavit libens Beatissimus Pater atque illico haud anceps iussit decretum apparari super virtutum heroicitate Servi Dei. Quod cum factum esset, hodierno die sacrosancto Missae sacrificio religiose litato, Revmos Cardinales causae Ponentem atque infrascriptum S. R. C. Praefectum, necnon R. P. D. Amatum Petrum Frutaz, Auditorem Generalem, meque Secretarium arcessivit, iisque adstantibus solemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Servi Dei Caroli Mariae Schilling, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Eriensem, Alfredum M. Watson, iam Episcopum Nationensem.

Rotariensem, Perei val Caza, iam Episcopum Campivallensem.

Plovacensem, Dantem Battaglierin, iam Episcopum Kulnensem.

Parmensem Ruthenorum, noviter erecta dioecesi, Aemilium I. Mihalic.

Rivoriensem, Maclovium Vásquez Silos.

Gemellensem in Numidia, Rogerium Etchegaray, Auxiliarem Excmi P. D. Franciscum Marty, Archiepiscopi Parisiensis.

Sinnensem, Franciscum Brustia, iam Episcopum Andriensem, Administratorem Apostolicum Montis Regalis in Pedemonte.

Andriensem, Iosephum Lanave.

Helmamensem, Alanum Clarke, Auxiliarem Excmi P. D. Caroli Orant, Episcopi Northantoniensis.

Sutunurcensem, Antonium a B. Maria V. de Monte Carmelo, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Victoris Sartori, Episcopi S. Mariae.

Sancti Iacobi Veraguensis, Martinum Legarra Tellechea, iam Episcopum Lupercianensem.

Regianensem, Antonium Montero Moreno, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Bueno et Monreal, Archiepiscopi Hispalensis.

8. Iustae Ioannem Antonium Del Val Gallo, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi S. B. E. Cardinalis Bueno et Monreal, Archiepiscopi Hispalensis.

8. Ioannis Canadensis, Iosephum N. MacNeil.

Lavellanum, Antonium Deksnys.

Trevicensem, Edmundum Ilcewicz, Auxiliarem Excmi P. D. Petri Kalwa, Episcopi Lublinensis.

Vianensem, Franciscum Helium Campos.

Othonensem, Bernardum Patricium Wall, iam Episcopum Brentvoodensem.

8. Leonis, Eugenium Lecrosnier, Auxiliarem Excmi P. D. Andreae Bontems, Archiepiscopi Camberiensis, Maurianensis et Tarantasiensis.

Guardiensem, Raimundum Sanahuja et Mareé, iam Episcopum Carthaginensem in Hispania.

Oudtshoomensem, Manfredum Gottschalk.

PRAELATOS

Yauyosensem, Aloisium Sánchez-Moreno Lira, Episcopum Nilopolitanum.

Missionis Galliae seu Pontiniacensem, Henricum Gufflet, Episcopum Lemovicensem.

ABBATEM

Beatae Mariae Virginis Maris Stellae, Cassianum Lauterer.

Praeterea Summus Pontifex Suum dixit assensum dedisse electionibus canonice factis :

— in Synodo Episcoporum Chaldaeorum : R. P. Cyriaci Moussess, ad Cathedralem Ecclesiam Amadiensem ; R. P. Iosephi Babana, ad Cathedralem Ecclesiam Zachuensem ;

— in Synodo Episcoporum Syrorum : R. P. Philippi Beilouné, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Aleppensem Syrorum; R. P. Abdalla Rahal, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Damascenam Syrorum ;

— in Synodo Episcoporum Melchitarum : R. P. Iosephi Raya, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Ptolemaidensem ; R. P. Pauli Antaki, ad titularem Archiepiscopalem Ecclesiam Nubiensem, cum munere Vicarii Excmi P. D. Maximi V Hakim, Patriarchae Antiocheni Melchitarum ; R. P. Sabae Youakim, ad titularem Archiepiscopalem Ecclesiam Scythopolitanam, cum munere Auxiliaris Exclmi P. D. Maximi V Hakim, Patriarchae Antiocheni Melchitarum ; R. Petri Raj, ad titularem Archiepiscopalem Ecclesiam Edessenam in Osrhoëne, cum munere Auxiliaris Excmi P. D. Maximi V Hakim, Patriarchae Antiocheni Melchitarum.

V - RELATIO CAUSAE CANONIZATIONIS

Subinde Revmus P. D. Card. Benno Gut, S. Congregationis Rituum Praefectus, compendiosa narratione, de vita, virtutibus et miraculis Beatae Iuliae Billiart, Virginis, fundatricis Instituti Sororum B. Mariae Virg. de JSTamur, rettulit recensuitque acta universa, quae in Causa canonizationis eiusdem Beatae S. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit et adprobavit.

Relatione expleta, Summus Pontifex Eminentissimorum Patrum Cardinalium suffragia exquisivit, et singuli Patres, servato ordine, sententiam suam aperuerunt.

VI - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde *personaliter* Emus P. D. Laureanus Rugambwa sacrum Pallium postulavit pro Metropolitana Ecclesia *Daressalaamensi.*

Per procuratorem vero postulatio Pallii, nomine novorum Patrum Cardinalium, facta est pro Metropolitanis Ecclesiis : *S. Salvatoris in Brasilia, Seulensi, Bononiensi* (per successionem), *Coloniensi* (per successionem), *S. Ludovici, Neo-Eboracensi, Parisiensi, Toletana, Pampilonensi.*

CONSISTORIUM UNICUM

(PUBLICUM ET SEMIPUBLICIS)

Consistorio secreto absoluto, statim in eadem Aula habitum est *Consistorium unicum* (loco duorum Consistoriorum, *publici* et *semipublici),* cuius acta referuntur.

I - POSTULATIO PALLIORUM

Personaliter sacrum Pallium postulaverunt :

pro Metropolitanis Ecclesiis : *Siracusana* (per successionem), Exc. P. D. Iosephus Bonfiglioli; *Jalapensi,* Exc. P. D. Aemilius Abascal Salmerón; *Miamiensi* (per elevationem Sedis), Exc. P. D. Colomannus F. Carrol; *Golocensi,* Exc. P. D. Iosephus Ijjas; *Agriensi,* Exc. P. D. Paulus Brezanóczy; *Salernitana,* Exc. P. D. Caietanus Pollio; *Munhallensi* (per elevationem Sedis), Exc. P. D. Stephanus Kocisko;

pro Archiepiscopali Ecclesia *Anconitana* et *Numanensi,* Exc. P. D. Carolus Maccari ;

pro Episcopalibus Ecclesiis (ex indulto) : *Papiensi,* Exc. P. D. Antonius Angioni; *Quinque Ecclesiensi,* Exc. P. D. Iosephus Cserháti; *Vaciensi,* Exc. P. D. Iosephus Bank.

Per procuratorem vero postulatio Pallii facta est pro Patriarchalibus Ecclesiis : *Antiochena Melchitarum, Antiochena Syrorum;* pro Metropolitanis Ecclesiis : *Smyrnensi, Luluaburgensi, Bellohorizontina* (per successionem), *Dacchensi* (per successionem), *Portus Hispaniae, Blantyrensi, Bangalorensi* (per successionem), *Tucumanensi, Burdigalensi* (per successionem), *Hueensi, Botucatuensi, Neo-Pampilonensi, Auxitana, Marianopolitana, Sherbrookensi, Atlantensi, Rothomagensi* (per successionem), *Hermosillensi* (per successionem), *Kitegaënsi, Campinensi* (per successionem), *Perthensi, Nagasalciensi, Endehena, Hartfortiensi, Vancuveriensi, Tuamensi, Panamensi, Hydruntina, Guayaquilensi ;* pro Archiepiscopalibus Ecclesiis : *Rabalensi* (per successionem), *Perusina, Remensi.*

II - PERORATIO CAUSAE CANONIZATIONIS

Inde, DD. Ioannes Torre et Richardus Romano, Sacrae Consistorialis Aulae Advocati, pro Beatae Iuliae Billiart de more institerunt.

R. P. D. Hamletus Tondini, ab Epistulis ad Principes, Sanctitatis Suae nomine hisce verbis respondit :

((Ea quam pro munere vestro digne perorastis causam, eiusmodi profecto est, ut Summi Pontificis mentem ad vobis assentiendum prorsus recte ac merito commoveat.

Etenim Beata Virgo, de qua agitis, non modo virtutum laudibus excellit, atque mirabilibus signis per ipsam a Deo patratis refulget, sed etiam in terrestri suae vitae cursu ei industriae generi insignem dedit operam, quod cum nostrorum dierum necessitatibus maxime copulari

videtur. Nam Beata Iulia Billiart, licet plures annos valetudine uteretur adversa, fere numquam tamen a gravi difficilique officio sponte suscepto destitit pueros puellasque docendi et educandi ; cuius rei gratia, provido sane consilio, etiam Religiosarum Virginum Ordinem condidit, qui in huiusmodi navitatis provincia, de Ecclesia bene meruisse putandus est.

Sed quam Beata haec Virgo pueris tradebat disciplinam, ea certe, quamvis humanas minime neglegeret vias rationesque, christianas tamen in primis sequebatur : ex quibus eo spectandum cuique est, ut iuvenum institutio a vera, a sincera religionis persuasione nusquam disiungatur, qua sublata, ipsam adulescentis aetatis fortunam et spem labare dicamus oportet. Quod utinam ii ut tandem sentiant optamus, quos penes est in litterariis ludis futurae hominum societatis generosa alere et colere germina !

Cur igitur non excupiat Summus Pontifex, Beatam hanc Virginem sanctitudinis diademate decorare, eamque christifidelibus omnibus ad intuendum, ad imitandum proponere? Vult tamen ut in re tam gravi, quae cum catholicae religionis integritate arte cohaeret, tradita a maioribus instituta, nulla ex parte, praetermittantur. Quam ob causam censet sententiam suam tali de re non ante esse patefaciendam, quam heic omnes, quibus ea sit permissa facultas, mentem quisque suam ex ordine aperuerint ».

Tunc singuli Emi DD. Patres Cardinales et Exciiii Praesules, servato ordine, suam sententiam circa propositam Causam aperuerunt. Exceptis suffragiis, Beatissimus Pater hunc habuit sermonem.

III - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Venerabiles Fratres,

Nostrum hoc Consistorium iam est in exitu. Sed, antequam vos dimittamus, aliae res quaedam supersunt, quas vobis patefaciamus. Nam praeterquam quod publicum vobis detulimus nuntium cum de novis creatis Cardinalibus, tum de Beata Iulia Billiart in Sanctorum Caelitum album adscribenda, cordi praeterea Nobis est vobiscum de negotiis magni momenti paucis colloqui: hoc est, primum de promulgatione sive Novi Ordinis Missae, sive novi Calendarii Romani, sive aliorum liturgicorum textuum; deinde de partitione Sacrae Rituum Congregationis in duas seiunctas Congregationes, tum denique de Coetu Theologorum constituendo.

Uti vobis manifestum est, de potissimis rebus hic agitur, varia scilicet significantibus. Quas quamvis, ut par esset, persequendi non detur facultas, facere tamen non possumus quin in medium ponamus, ea omnia tandem ab una praecipua illa sollicitudine nasci, quae hodie Ecclesiam afficit, de qua in Litteris Encyclicis *Ecclesiam suam* primum a Nobis datis hisce verbis mentionem fecimus : *Ecclesia... antequam cuiusvis quaestionis studium aggrediatur... in praesens seipsam consideret oportet: ut divina consilia sibi ad exitum perducenda melius dignoscat; ut uberiorem lucem, novum robur auctumque gaudium ad sua explenda munera hauriat; ut denique aptiores inveniat rationes, quibus propius, efficacius ac fructuosius necessitudines habeat cum humana societate, ad quam quidem et ipsa pertinet, etsi notis propriis et omnino singularibus distincta.*[1] Hoc nempe quoddam quasi onus Ecclesia sibi recepit tamquam *signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis,* ut praeclara sententia Concilii Oecumenici Vaticani II continetur;[2] hoc item summo studio summaque observantia Apostolica haec Sedes sibi recepit, quae huiusmodi novationibus ideo dat operam, ut Concilii eiusdem et sensum et praescripta rectius interpretetur.

Catholica Ecclesia, cuius doctrina veluti in unum visa est redigere cum cetera proposita argumenta tum omnem Concilii actionem, Nostrarum curarum, sollicitudinum, amoris, studii certissimus est finis, qui ex aeterni Dei voluntate terrestribus eius casibus et fortunae regendis praepositi sumus, atque adeo summi, unius, nullique cernendi eius Capitis vice demisse fungimur. Ecclesia, cuius haec Apostolica Sedes personam quodammodo sustinet, non intermittit, neque seipsam intus renovare, neque ex omni gente homines ad onus vocare, simul suum regimen, simul suam vitam participandi; quemadmodum testantur et nunc auctus Patrum Cardinalium numerus, et nonnulli Episcopi, tamquam Membra, sacris Eomanis Congregationibus additi, et Episcopalis instituta Synodus.

In quas tamen dum incumbit veluti externas suae soller-

[1] ***A. A. S.*** **66 (1964), p. 615.**

[2] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, n. 1.***

tiae partes, Ecclesia sancta nullo pacto praeterit, quin instrumenta subsidiaque perficiat, ad munus suum obeundum necessaria. Quapropter animadvertendum in primis est, Ecclesiam precari, atque a Christi sacerdotio robur et nutrimentum sumere, quod in sacerdotio suorum administrorum renovatur et continuatur, quodque fideles ipsi, licet diversa ratione, participant. Quod quidem per sacram liturgiam praesertim fit, quae mira quaedam est existimanda *sanctorum signorum* summa, sive ad Dei cultum, sive ad veram, sinceram, uberemque fidelium pietatem pertinentium. Ecclesia precatur, atque a divinis Scripturis, a suis Patribus, a suisque Doctoribus monita et solacia exhaurit. Ecclesia precatur, atque ab exemplis Sanctorum suorum opem et incitamentum capit, quod Nosmetipsi confirmare voluimus hac Nostrarum Litterarum Encyclicarum sententia, quas modo commemoravimus : *Revera christianae perfectionis studium nunc etiam uberrimus fons est habendus, unde Ecclesia suas spirituales vires haurit; itemque via propria ac ratio ad fructuose excipienda Spiritus Christi lumina; nativa ac necessaria forma, qua Ecclesiae religiosa et socialis actio exprimitur; certissimum denique praesidium et semper reviviscentis roboris causa inter profani huius saeculi difficultates.*[3]

Ecclesia — id hac occasione iterare iuvat — ex precatione sua vivit atque veluti spiritum ducit: cum sibi persuasum habeat, in quem locum duo vel tres homines in nomine Christi se congregaverint, ibi Christum ipsum iis adesse praesentem;[4] cum eam sane non lateat, a Spiritu suam incendi atque inflammari precationem, quod suae infirmitati vehementer auxilietur : *nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;*[5] cum Ecclesia exploratum perspectumque habeat, in una precatione spiritualem vim, efficacem et fructuosam pacem, animorumque in caritate consensionem posita esse, quod inde a suo principio fuerit *perseverans unanimiter in oratione ... cum Maria Matre Iesu;*[6] cum non ignoret per precationem arcano quasi vitae et

[3] *A. A. S.* 66 (1964), p. 625.
[4] Cfr. *Matth.* 18, 20.
[5] *Rom.* 8, 26.
[6] Cfr. *Act.* 1, 14.

meritorum inter se coniungi vinculo triplex, aptissime compositum, innumerabile suorum membrorum agmen, qui vel iam aeterna gloria potiti sunt, vel adhuc hisce in terris peregrinantur, vel piaculari igne expiantur; cum Ecclesiam neutiquam praetereat, precationem esse quodammodo putandam sive palaestram sanctorum, sive proprium sacerdotum munus, a quibus, cum Petri tum Apostolorum exemplum imitatis, in primis precationi et ministerio verbi danda est opera,[7] sive praecipuum virorum feminarumve officium Deo devotorum, tenacem cuiusvis familiae compaginem, puellorum vigorem, adulescentium gratiam et columen, ingravescentis aetatis spem, morientium solamen.

Ex hac precandi necessitate, cuius cardo in Eucharistico Sacrificio consistit, suam originem ducunt velut e perenni nitidae aquae fonte liturgicae normae, quarum mentionem supra intulimus. Huc spectat novus *Ordo Missae,* qui, post diuturnam laboriosamque operam collatam ad ritus initiales, Offertorii, Fractionis Panis et Pacis in simpliciorem formam redigendos, tamquam finis censendus est totius novae Sacrificii Missae ordinationis, quam Patres Concilii Oecumenici exoptaverunt, eidemque propositum est ut christifideles adiuventur ad Divinum Sacrificium magis magisque conscia actuosaque ratione participandum. Hunc ad finem, etiam Canon Romanus, nonnulla levi emendatione suscepta, maiorem uni tatem facultatemque ad recitandum assecutus est. Ut probe nostis, novo Missali aliae Canonis formulae, hoc est « anaphorae » adiectae sunt. Itaque mox vobis praesto erunt hic sacer Altaris liber ceterique libri liturgici, qui, post diligens studium, a Consilio ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia recogniti sunt.

Ad novum Calendarium Romanum quod attinet, animadvertens Annum Liturgicum funditus mutatum non esse, sed in eo retractando hanc normam servatam esse, ut elementa, ex quibus singulae temporis liturgici partes constant, melius in sua luce ponerent mysterium paschale Christi quasi centrum esse totius sacri liturgici cultus. Calendarium praeterea, quantum fieri potuit, celebrationem « diei natalis » sin-

[7] Cfr ib. 6, 4.

gulorum Sanctorum Caelitum confirmavit, hac quidem ratione, ut pro universa Ecclesia ii deligerentur qui, quoad historiam et exemplum, praecipuum momentum habere viderentur, ceteri vero minus noti cultui Ecclesiae localis relinquerentur, accurate ad fidem historicam iis revocatis quae cum ipsorum vita et festo coniunguntur; qui agendi modus eo tendit, ut manifesto pateat sanctitatem in Ecclesia ad omnes terrarum regiones ed ad omnia tempora pertinere, itemque omnes populos omnesque fideles e quovis societatis ordine ad sanctitatem adipiscendam vocari, ut graviter Concilium Oecumenicum docuit Constitutione cui *Lumen gentium* est index.[8]

Minime dubitamus, quin sacerdotes christifidelesque universi non solum huius modi immutationes, diu exspectatas, ultro libenterque excepturi sint, sed etiam novis sacrorum rituum normis fideliter obtemperare velint, in suae vitae actionem traducentes verissimam illam sententiam: *legem orandi, legem esse credendi,* qua fidei, caritatis disciplinaeque unitas exprimatur. Precationis igitur studium ita in vita Ecclesiae excellit, ut invicta ipsius virtus illinc proficiscatur.

Ecclesia, nostra praesertim aetate, auctoritate non pollet quae vel politicum vel terrenum ordinem contingat; non studio trahitur autocratiae, neque ipsi est consilium instaurandi aut, quod peius esset, imponendi externum dominatum. Ut Decessor Noster fel. rec. Pius XII declaravit, cum, id agens quod tunc inauditum ac novum erat ac futura praesagiebat tempora, voluit Patres Sacri Collegii ad universas Nationes pertinere: *Ecclesiae munus non est totam hominum societatem comprehendere aut quasi complecti immani quodam universali imperio. Haec ratio intelligendi Ecclesiam instar terreni Imperii et universalis dominatus, prorsus erroris plena est.*[9] Istiusmodi proposita Ecclesia neque habuit umquam, nec habet; ad sua explenda munera, ipsa, ut Constitutione Pastorali, quae verbis *Gaudium et spes* incipit, confirmatur: *nulla ambitione terrestri movetursed unum tantum intendit: nempe, Spiritus Paracliti ductu, opus ipsius continuare Christi, qui in*

[8] **Cfr. nn. 39-42.**

[9] **Allocutio habita die 20 mensis februarii anno 1946; *Discorsi e Radiomessaggi,* VII, p. 387.**

mundum venit ut testimonium perhiberet veritati, ut salvaret, non ut indicaret, ut ministraret, non ut sibi ministraretur.[10]

Ecclesia est Populus Dei, cuius imago in Antiquo Eoedere iam expressa fuit, idemque *in dispensatione plenitudinis temporis*[11] ex universis terrarum orbis populis collectus est per Iesu Christi sacrificium, qui tradidit semetipsum, *non tantum pro sua gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.*[12]

Ecclesiae publicarum rerum agendarum ratio haec est, ut hominum animos sanctitudine imbuat; eius summa contentio ad caelorum Regnum spectat, quo iter dirigit suum, quandoquidem manentem civitatem hic non habet;[13] unum sibi propositum consilium, iam hisce in terris, habet, ut veritatis regnum in mundo constabiliat: veritatem dicimus, cui ipse Christus coram imperii potestate perhibuit testimonium,[14] quamque Ecclesia denuntiare pergit, aeque atque Ipse mitis, aeque atque Ipse inermis, aeque atque Ipse vexata. Ecclesiae proprium munus, quod per saeculorum decursum quam fideliter persequi curavit, id persequitur, ut omnia in Christo instaurentur[15]: id tamen non minis et vi, sed hominibus persuadendo; non ambagibus, sed caritate; non potentium auxilio subnixa, sed ab omnibus, quotquot habet filios, immo ab universis hominibus bonae voluntatis adiutricem operam petens; indefatigabilem praestans navitatem, mutuas amicitiae necessitudines cum omnibus nationibus coniungens, suam rerum intellegentiam suumque usum, iam bis mille annos comparata, hominibus nostri temporis, anxii quidem et ancipitis, praebens, ut iis adiumento sit ad ipsorum angustias superandas et ad recuperandam aequabilitatem; sed in primis et ante omnia praesidio confisa illius, qui solus ad incrementum afferendum valet, quia Pater est luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit.[16]

[10] N. 8.
[11] *Eph. 1,* 10.
[12] Cf. *Io.* 11, 52.
[13] Cf. *Hebr.* 13, 14.
[14] Cf. *Io. 18,* 37.
[15] Cf. *Ephes. 1,* 10.
[16] Cf. *lac. 1,* 17.

Ad grande huiusmodi opus efficiendum, quo Ecclesiae munus facilius reddatur ad suorum filiorum preces dirigendas atque fovendas, ea ratio et voluntas redigitur, quam suscepimus, Sacrorum Rituum Congregationem in duo singularia Dicasteria dividendi, quae proprio iure propriaque potestate polleant, quorumque prius circa Cultum Divinum, alterum vero circa Sanctorum Causas tractandas versetur. Quod nimirum valde oportere duximus, sive ut praecipuum aliquod instrumentum in orantis Ecclesiae vitam per terrarum orbem confirmandam servandamque unice incumberet, postquam Oecumenicum Concilium Vaticanum II sacram Liturgiam in omnibus prorsus eius campis et finibus tantopere provexit; sive ut alterum instrumentum, historica nota nominatim distinctum, curam singulariter intenderet in Sanctorum Causas cognoscendas, utpote quae multum negotii ac difficultatis habeant. Rationes sane perpendimus, quae hoc partiendi consilium suaderent, atque propterea normas, quae ad has condendas duas novas Congregationes attinebunt, edita Apostolica Constitutione proxime promulgabimus, ut eius describamus naturam, ordinemus compositionem, munera partesques definiamus.

Aliud denique restat ut vobis nuntiemus : scilicet Theologorum Coetum Nos condidisse, eiusque Membrorum nomina propediem Nos palam esse facturos, quos summa existimatione et sincera fide complectemur.

Ut res nunc se habent, oportet sane ut Theologiae investigationum studiorumque incremento consulatur, praesertim quod ad novas attinet quaestiones, quas scientiarum progressio atque praesentis temporis sentiendi ratio rectae divinarum rerum intellegentiae atque aptiori catholicae doctrinae expo-si tioni proponunt.

Sedes Apostolica maxima cum contentione huiuscemodi rerum statum considerat. Hanc ob causam, ut nostrorum temporum necessitatibus in tam gravi materie occursaretur, inter cetera curavimus ut, secundum Oecumenici Concilii placita, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei magis magisque ad suum egregium arduumque officium accommodaretur. Quare, praeter novam eius Dicasterii conformationem, quae Litteris Apostolicis *Integrae servandae* motu proprio datis statuta est, optatis quoque libenter respondimus primae Episco-

porum Synodi, ut nempe penes commemoratam Sacram Congregationem doctorum virorum deligere tur manus, qui merito praestarent sicut clarissimi sacrarum doctrinarum investigationum et Theologiae studiosi, atque integro docentis Ecclesiae magisterio obsequentes essent. Quemadmodum rei gravitas postulabat, post peractam Synodum, amplam habuimus hosce menses consultationem: et haec sane una causa fuit, quae usque ad praesentem diem impedivit, quominus susceptum consilium ad effectum adduceretur. Nunc autem id feliciter factum est: etenim illis Theologiae cultoribus, quorum consilio Congregatio pro Doctrina Eidei utitur — quosque gratulatone prosequimur ob peritiam, devovendi se studium atque omnis incommodi contemptum, quae ipsi ad illius maximi momenti Congregationis utilitatem, varias huius temporis quaestiones considerantes, contulerunt — haec nova sese adiunget Commissio. Quam ob rem Apostolica Sedes peculiari ope uti poterit peritissimorum Theologiae doctorum, e variis terrarum orbis regionibus delectorum, atque adeo magnum percipere fructum ex ampliore studiosorum virorum commercio atque e maiore divinae scientiae notitia, quam ipsi adepti sunt: id autem semper fiet ad fidem altius perscrutandam ac secure tuendam, scilicet ad perscrutandam tuendamque germanam divinitus traditam veritatem, quod etiam in sinceram spiritualem vitam apud omnes Sanctae Ecclesiae ordines alendam cedet.

En, Venerabiles Fratres, quae nuntia vobiscum communicare exoptavimus, hoc in sollemni Consistorio. Nobis, quaesumus, in gravissimo apostolico ministerio vestra sapientia atque rerum experientia adesse pergatis, fusis potissimum precibus, per quas cum Christo omnes coniungimur; quod vero ad Nos spectat, laeto animo unicuique vestrum fidelem recordationem, gratissimam benevolentiam, veramque consensionem testari cupimus, dum Apostolicam Benedictionem vobis peramanter impertimus, supernorum donorum pignus, quae in vestram navitatem, ad Sanctae Ecclesiae bonum procurandum unice intentam, uberrima descendant.

Feria quarta, die xxx mensis aprilis anno **MCMLXIX**, in Aula Benedictionum Summus Pontifex Paulus Pp. VI Biretum rubrum, « ornamentum Cardinalatus dignitatis insigne », novensilium Purpuratorum Patrum capiti sollemni ritu imposuit singulisque Titulum vel Diaconiam adsignavit, scilicet :

PAULO YÜ PIN, *Titulum Iesu Divini Opificis.*

ALFREDO V. SHERER, *Titulum Dominae Nostrae a « La Salette » in Monteviridi.*

IULIO EOSALES, *Titulum Sacratissimi Cordis Iesu in agoniam facti.*

GORDONIO GRAY, *Titulum Sanctae Clarae ad Vineam Claram.*

PETRO T. MCKEEFRY, *Titulum Conceptionis Immaculatae B. Mariae Virginis ad viam Tiburtinam.*

MICHAELI D. MIRANDA, *Titulum Sanctae Mariae de Guadalupe in Monte Malo.*

IOSEPHO PERECATTIL, *Titulum Sanctae Mariae Reginae Pacis in Monteviridi.*

IOANNI F. DEARDEN, *Titulum Sancti Pii X in regione vulgo « Balduina ».*

FRANCISCO MARTY, *Titulum Sancti Ludovici Francorum de Urbe.*

HIERONYMO RAKOTOMALALA, *Titulum Sanctae Mariae Consolatricis in regione vulgo « Casalbertone ».*

GEORGIO B. FLAHIFF, *Titulum Sanctae Mariae Salutis in regione vulgo « Primavalle ».*

PAULO GOUYON, *Titulum Nativitatis D. N. Iesu Christi in via Gallia.*

MARIO CASARIEGO, *Titulum, « pro hac vice », Sanctae Mariae in A quiro.*

VINCENTIO ENRIQUE ET TARANCÓN, *Titulum S. Ioannis Chrysostomi in regione vulgo « M onte sacro alto».*

IOSEPHO MALULA, *Titulum Sanctorum Protomartyrum in via Aurelia Antiqua.*

PAULO MUÑOZ VEGA, *Titulum Sancti Roberti Bellarmino ad forum Hungariae.*

ANTONIO POMA, *Titulum Sancti Lucae ad viam Praenestinam.*

IOANNI I. CARBERRY, *Titulum Sancti Ioannis Baptistae de Rossi ad viam Latinam.*

TERENTIO COOKE, *Titulum Sanctorum Ioannis et Pauli.*

STEPHANO SOU HWAN KIM, *Titulum Sancti Felicis a Cantando ad Centumcellas.*

ARTURO TABERA ARAOZ, *Titulum Sancti Petri in Monte Aureo.*

EUGENIO DE ARAÚJO SALES, *Titulum Sancti Gregorii VII.*

IOSEPHO HÖFFNER, *Titulum Sancti Andreae Apostoli de Valle.*

IOANNI I. WRIGHT, *Titulum Iesu Divini Magistri in regione vulgo «Pineta Sacchetti)).*

PAULO BERTOLI, *Diaconiam Sancti Hieronymi a Caritate in via Iulia.*

SEBASTIANO B AGGIO, *Diaconiam Sanctorum Angelorum Custodum in regione vulgo « Città Giardino ».*

SILVIO ODDI, *Diaconiam Sanctae Agathae in Urbe.*

IOSEPHO PAUPINI, *Diaconiam Omnium Sanctorum in via Appia Nova.*

IACOBO VIOLARDO, *Diaconiam Sancti Eustachii.*

IOANNI WILLEBRANDS, *Diaconiam Sanctorum Cosmae et Damiani.*

MARIO NASALLI ROCCA A CORNELIANO, *Diaconiam Sancti Ioannis Baptistae Decollati.*

SERGIO GUERRI, *Diaconiam Sanctissimi Nominis Mariae ad forum Traiani.*

IOANNI DANIÉLOU, *Diaconiam Sancti Sabae.*

Antequam novensilibus Cardinalibus Biretum impositum est, Emus Pater Paulus Yü-Pin, primus e Purpuratis Patribus recens creatis, collegarum etiam nomine grati animi sensus aperuit Beatissimo Patri, qui postea hanc habuit Allocutionem :

Venerabiles Fratres Nostri,

quos primum, postquam duos abhinc dies in Sacrum Cardinalium Collegium cooptavimus, libentissimo animo hic con-

gregatos videmus, ut vobis ex tradito more et Biretum imponamus et Titulos assignemus, vos, vos inquimus, plurimum salvere iubemus.

Adventum vestrum magnopere gratulamur, qui *ex omni lingua et natione* venitis, atque vel a populis venitis, qui, quamquam longe a Roma distant, Nostro tamen animo praesentes adsunt, qui pastorali sollicitudine omnes Ecclesias, omnesque homines complectimur; adventum vestrum gratulamur ad hoc catholicae Ecclesiae *caput et centrum,* quod, officio vobis sacro et egregio collato, vos sibi vel magis coniunctos voluit.

Optaremus sane unumquemque vestrum, ut consuetum est, salutare; atque magis Ecclesiae quam vobis, recti exempli christifidelium gratia, titulos commemorare, merita et causas, ob quas ad Cardinalis dignitatem vos eveximus. Sed temporis exiguitas vetat, quominus satis non paucas rationes exponamus, quibus ducti tres supra triginta Cardinales elegerimus et nominaverimus.

Quam ob rem exprimere sufficiat, non modo nullum Consistorium, in plurium saeculorum Ecclesiae annalibus, non exiguum numerum vestrum aequavisse, sed etiam numquam antehac Sacri Collegii Membra ad centum triginta quattuor pervenisse. Nonne hoc demonstrat simul Ecclesiam laeta cepisse incrementa, eiusque vim vitalem latius latiusque increbruisse, simul pro temporum necessitate eius nisus et contentionem auxisse, ut in dies aptius munus sibi a Christo traditum sustineret?

Vester autem numerus, qui nullo igitur pacto immodicam nimiam ve mensuram praesefert, cum vera et germana soliditate bonorum atque ministeriorum vel aptius congruere videtur, si in eo cogitationem defigimus, unde unusquisque vestrum sit ortus. Hoc enim aperte demonstrat, quasi quasdam magni pretii res, et auctam esse universalitatem, et accrevisse proprietatem aliorum personam gerendi, et meliorem esse factam — ut licet, ut oportet — sacri Cardinalium Collegii potestatem: quae omnia sive Ecclesiae, quod supra memoravimus, incrementum, sive gravitas oneris deposcunt, illi impositi Viro, qui, Christi Vicarius in terris constitutus, vestro sane consilio vestroque indiget auxilio.

Quodsi huiusmodi nota, in repraesentando posita, ad ex-

pletam atque perfectam formam, quam revera exoptamus, nondum — pro dolor — pervenit, id ea etiam de causa fit, quod in nonnullis regionibus, ubi Ecclesia praesens adest, immo vero eximios honores meretur, peculiaria rerum adiuncta interdum impediunt vel dehortantur, ne ea quae sentimus libero ore patefaciamus.

Equidem Nobis, Cardinales vos renuntiantibus et ita sacri Collegii conformationem renovantibus, ut inde et unitas et universitas fidelium communitatis expressiores redderentur, id potissimum propositum fuit, ut sacri eiusdem Collegii momentum firmaremus atque amplificaremus. Id enim, si in magnitudine et plenitudine integrae compagis totiusque ecclesiasticae vitae contuemur, tantum abest ut ab ea inveniatur avulsum, ut contra valide vivideque cum ea cohaereat, primario scilicet munere perfuncturum, quoniam *Senatus Romani Pontificis* est[1] et praecipuas profecto partes, vacante Sede Apostolica, sustinet.

Porro praecellentis huiusce officii biretum proprium est insigne, idemque potius quam dignitatem, singularem prorsus necessitudinem ostendit, quae cuique Purpurato Patri cum Nostra Persona intercedit: eam dicimus necessitudinem, quae *a latere* quodammodo appellari potest quaeque ad *Urbis Episcopi presbyterium* est revocanda, cum Cardinales in ecclesiis Pontificiae dioecesis pastoralia et liturgica munia obibant; eam dicimus necessitudinem, quae sensim, pro temporum cursu, ad officium assistendi Romano Pontifici in Ecclesia universali regenda provecta est.[2]

Huiusmodi vero adiumentum, quod procul dubio gloriosi cuiusdam triumphi spiritus minime indicat, neque ad inania quaedam externa commoda ullo modo redigitur, mutuam conspirationem et operam, immo aliquam etiam simul ferendi oneris conscientiam postulat: idem pariter liberam generosamque sui devovendi facultatem atque terrenorum bonorum suique ipsius iacturam forte faciendam exigit; idque fiat oportet, sicut significantia innuunt verba, quae dicuntur dum

[1] Cfr. can. 230 C. I. C.

[2] Cf. can. 230 C. I. C; Andrieu, *L'origine du titre de Cardinal dans l'Eglise Romaine,* in *Miscellanea Mercati, Studi e Testi,* 125, ed. 1946, pp. 113-144; Hieronymi Prati, *De Cardinalis dignitate et officio,* Romae 1836.

Purpuratis Patribus biretum imponitur, « pro incremento christianae fidei, pace et quiete populi Dei, libertate et diffusione sanctae Romanae Ecclesiae ».

Vestrum huiuscemodi munus Episcoporum Synodi locum haudquaquam obtinet, eadem prorsus ratione, qua Synodi munus in Sacri Collegii locum minime sufficitur. Haec duo sunt instrumenta, quae mutuum sibi afferunt complementum, sive quia omnes Purpurati Patres episcopali dignitate ditantur, sive quia inter Synodi membra plures sunt Patres Cardinales, et contra similiter.

Officia, quae tum ab Episcoporum Synodo tum a sacro Collegio implentur, in consiliis ferendis suapte natura constant, quandoquidem utrumque cum supremo Christi Vicarii officio coniungitur eidemque obnoxium est.

Synodus autem collegialem Episcoporum figuram et operam circa Sancti Petri Successorem magis directo exprimit, ad ipsamque id muneris spectat, ut consilia de maximi momenti conatibus cogitatisque conferat, in quae Ecclesiae actio incumbit. In qua Synodo, delecti Pastores, partes Episcopatuum e diversis terrarum orbis nationibus agentes, atque, cum iisdem et per eosdem, clerus etiam et omnes locorum communitates Pontifici Summo praesto sunt, ad generales quaestiones studio perscrutandas atque perfecte cognoscendas, quae Ecclesiam universam respiciunt, ut de his omnibus rebus consulta capiantur eademque ad effectum perducantur: id tamen Christi Vicario praecipuum Suae auctoritatis potestatisque ius non aufert, quae est personalis, universalis atque directa, ac semper in Ecclesiae bonum exercetur.

Quod autem ad Sacri Collegii proprias partes spectat, quae etiam in consilio ferendo constant, eae praecipuum illud Summi Pontificis ius, de quo diximus, maiore in luce collocant, cui magis directo inserviunt, atque Purpurati Patres, utpote qui omnes in Romanae Curiae Dicasteriis sint, alii alio titulo, cooptati et allecti, Christi Vicario cotidianam, aut saltem valde assiduam opem praestant, quam Eiusdem personalis regiminis perpetuitas, necessaria prorsus atque continua, plane postulat. Id vero minime obstat, quominus — salvis tamen iuribus et muneribus, ad Episcoporum Synodum magis proprie pertinentibus — Summus Pontifex Cardinalium Collegium

ad munia deputet, quae cum commemoratis Synodi partibus *ratione materiae* conveniant et iisdem similia sint, habita ratione disparis fundamenti, quo utrumque instrumentum nititur.

Ut plane patet, haec ferendi auxilii via per diligentissimas necessitudines formatur atque peragitur, eademque consideratissimam aequilibritatem exposcit: viam sane dicimus omnino singularem, quae apud civiles institutiones haud congruenter invenitur, quaeque nostris diebus magis perspicue, quam praeterito tempore, sensim sine sensu definita est. Agitur enim de quadam « institutionali » progressione in Ecclesia, quam ab ipso Divino Paracleto instinctam atque inspiratam reputari fas est, quoniam ex ipsa Ecclesiae vita fluendo oritur — ea summa contentione qua Ecclesia nititur, ut suae nativae formae, in saeculorum historia et ex proprio intimo ingenio, fideliter semper cohaereat — atque e suo incremento veluti ex aliquo semine crescit.

Permagni nimirum interest abditas arcanasque virtutes haud negligere, quae in Ecclesia sancta institutorum progressionem sollicitant atque dirigunt. Christi Evangelium quoddam quasi semen est putandum. Christus est unicum, summum, verumque, licet non aspectabile, Ecclesiae Caput. Spiritus Sanctus eius pariter est fautor, sanctificator, Paracletus, pariter fons est vitalitatis, solacii, fidentis animi, gaudii. Quod commissum est Nobis munus eo sane pertinet, ut Ecclesiam, spiritualem eandemque conspicuam, aedificemus, eo moti consilio, ut aliis serviamus, ut testimonium Christo tribuamus, ut Nosmetipsos Ecclesiae impendamus, ut denique, vel in infelici temporum condicione, et ad confidendum et ad laetandum valeamus. Atque pro certo habemus fore ut semper hoc de vobis confirmare possimus: *vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.*[3]

Nunc autem, Venerabiles Fratres Nostri, ad duplicem nuntium delabamur oportet, qui sive ad Nos, sive ad Ecclesiam, sive praesertim ad Sacrum Collegium quod attinet, magnum habet momentum. Primum certiores vos facimus Nos ratam

[3] *Lc.* 22, 28.

habuisse abdicationem, qua dilectissimus Nobis et admodum venerandus Cardinalis Ioannes Hamletus Cicognani munus Secretarii Status deposuit. Cuius rei causa non in alia re quaerenda est, quam in provecta eius aetate; quamquam eius vires adhuc sunt validae, et diligentissime sive ad Ecclesiae serviendum, sive ad operam Nostrae personae navandam conferuntur. Eius recensere merita heic praetermittimus, cum eadem vos saltem ex parte cognita habeatis. Facere tamen non possumus quin publice profiteamur, eum deditissimo animo in munus incubuisse semper, quo adhuc fungebatur, in aliaque, quibus totam sacerdotalem vitam suam, optimi quidem exempli, dicavit : cum ex ordine egit Substitutum Sacrae Congregationis Consistorialis, Adsessorem Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, multos annos Delegatum Apostolicum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus, ac denique Secretarium a publicis Ecclesiae negotiis, cum apud Decessorem Nostrum venerabilis memoriae Ioannem XXIII, tum apud Nosmetipsos. Neque praeterire volumus Nos eum dilectione et observantia numquam non prosecutus esse iam ab anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto, ex quo scilicet in sacello S. Ivonis partes Magistri pietatis pro Romani Athenaei alumnis suscepit. Aegro igitur animo eximia eius opera carere incipimus; quamquam fore confidimus, ut in posterum etiam eius consiliis uti eiusque solacio amicitiae frui possimus.

Deinde vobis nuntiamus, Nos in eius locum subdidisse Cardinalem Ioannem Villot, qui antea Lugdunensis Archiepiscopus, idemque Galliarum Primas fuit, et nunc Praefectum Sacrae Congregationis pro Clero agit. De eius laudibus nihil nunc aliud praedicandum putamus, nisi Nos eum existimare sive idoneum ad grave munus, quod illi deferimus, sive dignum fiducia, ut Nostra, vestra et Romanae Curiae, ita totius catholicae Ecclesiae, eorumque omnium, quibus vel causa vel facultas erit, et cum illo agendi, et in eo virtutes prudentiamque perspiciendi, ob quas sincerus insignisque *homo Ecclesiae* appellari potest.

Extremum, dum sacri huius ritus causa, simplicis quidem sed sollemnis, heic congregamur, benignissimus Deus mentes nostras illustret, et optima nostra consilia confirmet, ut nostrae mentes et animi omni tempore omnique contentione eius

gloriam hominumque salutem quaerant. Quod ut ad optata haec nostra fiat, singulari ac propensissima caritate, vobis Apostolicam Benedictionem impertimus.

Kalendis maiis, in festo S. Ioseph Opificis, Summus Pontifex in Basilica Vaticana, cum XXXIII Emis Cardinalibus, quibus in Aula Benedictionum Biretum rubrum pridie sollemni ritu imposuerat, Sacrum concelebravit, hanc habens post lectum Evangelium Allocutionem :

Ritus sollemnis, quem hic agimus, astante Patrum Cardinalium corona, quos in novissimo Consistorio Secreto degimus et qui Nobiscum divinum celebrant Sacrificium, opportunitatem Nobis praebet de iis meditandi, quae persolvimus. Cum sit eventus memorabilis in vita Ecclesiae, momentum amplius et magis mysticum ei tribuimus, huic videlicet celebrationi indendo significationem omnino sacram, vosque cunctos et quotquot ope instrumentorum communicationis socialis ei intersunt, quasi in hanc Basilicam vocando, prope sepulchrum primi Pontificis Romani, ut altare, ubi divina peraguntur mysteria, circumstetis.

Quae quidem occasio, si intima eius ratio perspicitur, nos universos hortatur, ut in conscientiae penetralibus paulisper immoremur ad ipsam plane intellegendam et ad accipiendam impulsionem, qua moti novo cum studio, cum gaudio impensiore, cum vehementiore animi alacritate pergamus ministerium, quod omnibus nobis, licet diverso in loco constitutis, obeundum est in Ecclesia.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii! Hic ritus imprimis ad communionem pertinet: communionem dicimus animorum, quae praesentia vestra, scilicet virorum amplissimorum et lectissimorum, etiam significantior redditur atque apertior et arctior.

Deinde hic ritus ad celebrationem pertinet: festum enim est Sancti Ioseph, virginis Sponsi Beatae Mariae semper Virginis, universae Ecclesiae Patroni, quem veneramur hodie sicut demissum, minime conspicuum pauperemque Galilaeum

operarium, at validum atque indefatigabile sacrae Familiae columen, at splendidam humilemque imaginem providentissimi Dei Patris.

Il pensiero, a questo richiamo così suggestivo e suadente, va spontaneamente alla storia evangelica, inquadrata nell'umile scena di Nazareth, ove il Figlio di Dio viveva sottomesso, crescendo in sapienza, età e grazia;[1] il pensiero va alla condizione sociale, in cui Cristo volle essere cittadino della terra e fratello nostro, in aperto contrasto con la mentalità corrente, con le nostre pretese insoddisfatte, con Fumana volontà di potenza : tanto che, come ha sottolineato il testo evangelico di questa Messa, i concittadini « meravigliati si chiedevano : " Di dove Gli vengono questa sapienza e i miracoli? Non è costui il figlio del falegname? Sua madre non si chiama Maria...? Da dove, dunque, gli viene tutto questo? Ed erano scandalizzati di lui ».[2]

Filius f abri: lo scandalo di allora, presagio e preludio dello scandalo della Croce,[3] è divenuto per la Chiesa fonte inesausta di ammirazione e di estasi, di preghiera e di contemplazione, di esame di coscienza e anche, talora, di rimprovero. Ma la Chiesa, e con essa i suoi santi e le sue istituzioni, gli umili e i sofferenti, i fedeli eredi dei « Poveri di Jahvé » dell'Antico Testamento, è rimasta ed è fedele a questo Vangelo testuale; essa ne fa oggetto della sua continua meditazione; e dal Vangelo della povertà e dell'abbassamento di Cristo trae la sua tradizione, la sua liturgia, le sue opere caritative, che svolgono, approfondiscono, amplificano gli elementi seminali dell'origine evangelica, senza alterarli, senza corromperli, senza mutarli, ma portandoli a pieno compimento, e onorandoli col suo amoroso rispetto, come l'albero è il pieno compimento del seme. La povertà di Nazareth, nella sua nudità, nel suo spogliamento, nella fatica, ha continuato ad essere la scuola per i figli autentici della Chiesa, in tutti i secoli : ha ispirato la generosità dei suoi Pontefici e dei suoi Vescovi, dei suoi sacerdoti e dei suoi figli, ha fatto sorgere le sue

[1] *Le.* 2, 51.
[2] *Matth.* 13, 54-56.
[3] Cfr. *Gal.* 5, 11.

grandi opere benefiche, tuttora caratteristiche e operanti, ha diffuso con questa coscienza la sua attività missionaria : *evangelizare pauperibus misit me,* anch'essa, come il suo Fondatore, da Lui inviata ad annunziare il lieto annuncio ai poveri.[4]

De ces réflexions que nous venons de faire, surgit un premier enseignement: le recours continuel à l'Evangile. C'est notre devoir. C'est notre force. Aujourd'hui spécialement nous devons nous attacher au mystère de la pauvreté du Christ. Le Concile en a parlé quand il a dit la nécessité, pour l'Eglise, toujours sous le souffle de l'Esprit du Christ, de suivre la même voie qu'a suivie le Christ, c'est-à-dire la voie de la pauvreté, de l'obéissance, du service et du sacrifice de soi;[5] cet esprit de pauvreté et d'amour qui est « la gloire et le signe de l'Eglise du Christ».[6] Nous en avons parlé nous-même, dès notre première encyclique *Ecclesiam Suam,* en insistant sur le devoir que nous avons « de proposer à la vie ecclésiale ces critères directifs qui doivent fonder notre confiance plus sur l'aide de Dieu et sur les biens de l'esprit, que sur les moyens temporels ».[7] Nous avons proposé comme idéal à suivre, dans l'encyclique *Populorum Progressio,* « l'orientation vers l'esprit de pauvreté ».[8] Et de même en parlent ceux qui désirent le renouveau de l'Eglise.

Nous devons profiter de ces dispositions, qui sont si favorables à la pauvreté de l'Eglise et à la formation du chrétien moderne à l'esprit de pauvreté. En un moment où les richesses économiques du monde croissent immensément, nous, Eglise, redevenons plus fidèlement disciples de la pauvreté du Christ! Non certes pour contester au monde son progrès, mais dans un double but : par-dessus tout, pour nous rappeler à nous-mêmes que c'est seulement dans les forces spirituelles, dans la grâce, dans l'imitation du Christ, que nous devons mettre notre confiance, selon l'avertissement de l'Evangile: « Gardez-vous avec soin de toute cupidité, car au sein même de l'abondance la vie d'un homme n'est pas assurée par

[4] *Le.* 4, 18; cfr. 7s. 01, 1.

[5] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 5.

[6] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 88.

[7] *A. A. S.* 56 (1964), p. 634.

[8] No. 21, *A. A. S.* 59 (1967), p. 267.

ses biens » ;[9] en second lieu pour nous employer au bon usage de la richesse, qui doit être employée pour le pain des pauvres, pour la meilleure distribution des biens temporels, pour le service de l'homme: ce qui veut dire, en un mot, selon l'heureuse expression de notre prédécesseur Jean XXIII : « disposition permanente à donner les uns aux autres le meilleur de soi-même ».[10]

Doch der Gedanke weitet sich und wird vielgestaltiger. Im Verlauf der Weltgeschichte ist die Armut eng mit den Arbeitsbedingungen verknüpft gewesen, vor allem mit der geringen und missachteten Arbeit, die der Willkür und dem Missbrauch preisgegeben war. Es ist ein geheimnisvolles Gesetz, das mit der Erbsünde zusammenhängt. Durch sie sind körperliche Anstrengung, mühselige Handarbeit, Schweiss des Angesichtes sowie geistige und materielle Not in die Welt getreten. Obwohl Christus der Sohn Gottes ist, wollte er sich nicht diesem Gesetz entziehen. Auch darin ist er wahrhaft der « Menschensohn » geworden. In der Schule des heiligen Joseph war Christus Arbeiter. Er litt und mühte sich im Schweisse seines Angesichtes die dreissig Jahre verborgenen Lebens hindurch. Dadurch, dass er die Arbeit auf sich genommen hat, wurde der alte Zustand der Demütigung und Mühsal umgewandelt und verklärt. Die Arbeit behält zwar ihren zweifachen Wesenszug des Tätigseinmüssens und der mühevollen Anstrengung, kann jedoch ihre ursprüngliche Funktion des Zusammenwirkens mit Gott[11] wiedererlangen, wenn sie im Lichte der neuen Gnadenordnung gelebt wird. So lässt sie uns auch teilhaben an der Gesinnung Christi und seinem Beispiel folgen.

Im Lichte Christi und gemäss seiner Lehre sieht daher die Kirche den wahren, adelnden und auszeichnenden Nutzen der Arbeit. Die Arbeit ist Beschäftigung, Entfaltung und Erziehung des Menschen; sie ist aber auch Eroberung und Unterwerfung der Erde gemäss dem Schöpfungsplan Gottes. Deshalb ehrt die Kirche die Arbeit, jede Art von Arbeit. Sie sieht darin die Herrlichkeit des ersten Menschen aufstrahlen, der nach Gottes

[9] *Lc. 12,* 15.

[10] Litt. Encycl. *Pacem in terris: A. A. S.* 55 (1963), p. 266.

[11] Vgl. *Gen. 1,* 28.

Ebenbild geschaffen ist. Sie sieht darin vor allem auch den verborgenen Abglanz der Sanftmut und Demut Christi. Die Kirche ehrt die Arbeit : die Handarbeit, aber auch die Tätigkeit des Handwerkers, des Künstlers, des Technikers und des Wissenschaftlers. Die Kirche ermutigt und segnet diese Arbeit. Sie sieht darin das Instrument des Zusammenwirkens aller Menschen, den sichtbaren Ausdruck gegenseitiger Bande der Brüderlichkeit und Hilfeleistung. Diese Bande führen die Menschen zusammen wie in einer einzigen, unendlich weiten Umarmung. Die Kirche sieht die Arbeit als eine hohe Schule der Liebe, ja mehr noch: als die Vereinigung aller Menschen für den gemeinsamen Fortschritt. Deshalb ermutigt die Kirche zur Arbeit und segnet sie, wobei sie die ernste, männlich herbe Mahnung des Apostels Paulus wiederholt : « Wer nicht arbeiten will, soll auch nicht essen ».[12]

Therefore, all men must be engaged in labour; their functions are différent, their competencies distinct, and their achievements are distributed. Unfortunately, the germ of di vision which was brought into the world by sin continues its harmful activity, and, especially in this field, often with open iniquity. From those naturai divisions which, as We have said, should be a source of balance, of completion, and of mutuai co-operation, there arise instead, sad to say, painful inequalities : thus, for example, the various classes, which at one time lived together in concord, in the sign of vital Christian civilization, are in opposition one to the other; thus, too, the working class has become less fortunate, and even, in certam situations, is oppressed and humiliated. Henee arise those struggles which have made their mark of deep disturbance on our times, of which they are characteristic, struggles which, if they have produced undeniable improvements, yet do often divide men's minds, to the real détriment of the common good.

In such a state of affairs, the Church has taken up her position, which is well known: the social Encyclicals of the Popes of modern times, from ***Rerum Novarum*** to the présent, are there to bear witness to the defence she has always taken,

[12] *2* ***Tess. 8,*** **10.**

and still takes, of the workers, to ensure greater social justice. This defence of work, however, undertaken in the ñame of the dignity of the human person, still has need of our help. The motives for this are well known: today there are too many peoples who are not yet sufficiently developed; the working classes are still in large measure excluded from social well-being and security; economic inequalities which have already been resolved are again arising, with alarming effect; man is still sometimes used as a mere tool, according to the cold calculations of the laws of economy. It is therefore necessary that we pro vide action, untiringly, without fear and without remorse, and carried on moreover *in nomine Domini* —in the name of the Lord—for it is He Who wills this. As We pointed out in Our Encyclical *Populorum progressio,* development is the new name of peace.

De este conocimiento reflexivo, ante el cual nadie debe sentirse eximido de un serio examen de conciencia, nacen los propósitos que la gracia divina, que brota del Sacrificio Eucaristico, debe suscitar en nuestros corazones como de un terreno bien preparado.

Debemos amar la pobreza, porque la ha amado Cristo, el cual « siendo rico se hizo pobre para enriquecernos con su pobreza».[13] Debemos practicarla, haciéndonos pobres y vacíos ante Dios, porque él « colma de bienes a los" hambrientes y despide vacíos a los ricos»,[14] despegándonos de los bienes terrenos y dando lo superfluo a quien está necesitado.[15] Debemos amar a los Pobres, que son en cierto sentido sacramento de Cristo, porque en ellos — en los hambrientos, en los sedientos, en los lejanos de su patria, en los faltos de vestido, en los enfermos, en los prisioneros — ha querido El identificarse místicamente;[16] debemos ayudarlos, sufrir con ellos y seguirlos también porque la pobreza es el camino más seguro para la plena posesión del Reino de Dios.

Junto a estos propósitos personales, he aquí los que deben

[13] *2 Gor.* **8, 9.**
[14] **Cfr.** ***Lc.*** **1, 53.**
[15] **Cfr.** ***Lc.*** **11, 41.**
[16] **Cfr.** ***Matth.*** **25, 31-46.**

surgir de la conciencia de las naciones, en el sentido de responsabilidad que compromete a todas para el bien y la paz del mundo : es el deber improrrogable de favorecer a los pueblos necesitados de mayor desarrollo. Y esto no con la violencia sino con la mansedumbre evangélica; con la fuerza moral de la justicia, con el empuje suave del amor.

Sea este programa modernísimo el empeño de la Iglesia para el tiempo presente; sea éste el empeño de nosotros, personas, instituciones, pueblos a fin de que el Evangelio sea verdaderamente anunciado a todas las almas y no encuentre ostáculos en la ostinación o en la insensibilidad de ninguno, especialmente de quienes llevan el nombre cristiano.

Sancte Ioseph, qui es Ecclesiae Patronus, qui, Verbo Incarnato intimus cotidie manibus operabaris, ut victum comparares, ab illo deducens robur, quo vitam et fatigationem sustineres; qui expertus es anxitudinem instantis necessitatis, amaritudinem paupertatis, precariam opificum condicionem; qui hodie, cum festum tuum liturgicum colitur, quasi lucem infundens, exemplum praebes tuae personae, id est viri humilis coram hominibus sed praestantissimi coram Deo : respice ingentem familiam, quae tuis curis est commissa; benedic Ecclesiae, adducens eam, ut magis magisque viam teneat evangelicae fidelitatis; protege Opifices in cotidianae vitae aspero certamine versantes, arcens eos, ne animis deficiant neque ad seditiones descendant dissolutrices, neque voluptatum illecebris irretiantur; deprecare pro Pauperibus, qui Christi paupertatem hic in terris tolerare pergunt, locupletiores incitans fratres, ut iis continenter subveniant; tuere pacem in mundo, eam videlicet pacem, quae una fovere potest populorum progressionem spemque hominum prorsus explere : ad familiae bonum promovendum, ad munus Ecclesiae exsequendum, ad gloriam Sanctissimae Trinitatis procurandam feliciter cedant. Amen.

Subinde Beatissimus Pater anulum tradidit Emis Purpuratis Patribus recens creatis.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DAKARENSIS
(THIESINAE)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Dakarensi, nova conditur dioecesis, « Thiesina » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SEKVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro summo, quo in universam Ecclesiam pollemus, apostolici officii munere, studio omni annitimur ut aptioribus in dies consiliis salutiferum Christi Evangelium quam plurimis promulgetur hominibus promulgatumque in eorum mentibus altius stabiliatur. Libentissimo propterea animo sententiam accipiendam esse putavimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quae, post auditos venerabiles Fratres Ioannem Mariani, Archiepiscopum titulo Missuensem, eundemque Apostolicum in Senegalensi Republica Pro-Nuntium atque in Africa Occidentali Delegatum, et Hyacinthum Thiandoum, Archiepiscopum Dakarensem, proposuit ut, certis ab archidioecesi Dakarensi distractis territoriis, nova constitueretur dioecesis. Suprema ideo usi Nostra potestate, ab Ecclesiae quam diximus territorio septemtrionalem partem separamus una cum regione civili vulgo Thiès nuncupata et cum districtibus civilibus vulgo Thiès, Tivanouane, Diourme, Bambey et M'backe, iisque dioecesim constituimus, *Thiesinam* appellandam atque metropolitanae Sedi Dakarensi subiciendam. Conditae dioecesis, quae Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia perget esse, sedes Episcopique domicilium in urbe Thiès erunt, episcopalis vero magisterii cathedra in eiusdem urbis sacra aede principe. Decernimus praeterea ut, pro Canonicorum collegio, Consultores dioecesani deligantur, ad Codicis Iuris Canonici normas. Ea demum quae praescripsimus ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Ioannes Mariani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit, congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Consti-

tutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXX, n. 55.

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Siri, Archiepiscopum Ianuensem, quinque condentem lustra ab episcopali suscepta ordinatione.

Tanta in episcopali ordine est dignitas, tanta est in fastigio sacerdotii amplitudo, ut haec rite aestimanda esse videatur inter summa beneficia, quae Ecclesiae suae in terris peregrinanti divinus Auctor et Custos attribuit. Huius caelestis benef ac ti secum reputantes granditatem et pretium, peropportune quidem clerus et christifideles Ianuensis archidioecesis, festiva corona, circumsaepient te, Venerabilis Frater Noster, qui religiosa cum observantia mox cum iis celebrabis vicesimam quintam anniversariam memoriam illius diei, a te semper singulari recordatione culti, quo, episcopali ordinatione suscepta, accensitus es primoribus et ducibus populi Dei.

Tam faustum eventum, quo mox frueris, nolumus Nos silentio

praeterire, immo vero, gratulantium chorum quasi praeeuntes, communi laetitiae Nostram miscentes, flagrantia vota tibi proferimus, quae scito ex animo profisci et a Datore omnium bonorum quidquid est prosperum, felix, congruenter optandum et perfectum percupimus. Magnis vero precationibus ea confirmamus, quae bene ominantibus verbis, tibi et secundis rebus tuis exoptamus. Simul autem valde oportet, hanc pulcherrimam nacti occasionem, de pastorali munere scite et fructuose hactenus gesto tibi gratulemur.

Namque in tam longo emenso itinere, Ianuae primo Auxiliaris Antistes, postea Archiepiscopus, praeclara ob merita deinceps Purpuratorum Patrum Collegio ascitus, perpetuo religionis studio, acerrimo ingenio, theologiae et penitioris philosophiae scientia et editis operibus illustris, de Ecclesiae deque christianae humanitatis honore et incremento egregie meritus es, atque in praesens maiora quoque et utiliora de viribus tuis in vario discrimine rerum, in quo versamur, haud fallaci spe spondes.

Nunc autem, quasi in decursae aetatis statione consistens, fac novam alacritatem, novas vires sumas, proposita digna laude firmius constabilias, secure fretus multiformi gratia Iesu Christi, summi Sacerdotis, aeternique Regis. Quocirca sollertis pastoris partes agens, ad instruendum eloquio et exemplis vitae, ad docendum, ad luctandum pro sanctissima catholicae fidei causa ut magis magisque valeas, invocato supernae sapientiae radio et auxilio, saepius referre ad te contende et stude divinorum librorum ignita effata : « Dominus illuminatio mea et salus mea : quem timebo? Dominus protector vitae meae : a quo trepidabo?)).[1] Ipse est « exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem et vitam et benedictionem » .[2] « Mihi autem adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam, ut annuntiem omnes praedicationes tuas in portis filiae Sion)).[3]

Haec imo a pectore ominatis, nihil reliqui denique Nobis est, nisi ut Tibi, auxiliari tuo, Clero et Christi ovibus, quarum emolumento vigil prospicis, Apostolicam Benedictionem, caritatis Nostrae pignus et auspicem, libentissime impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxi mensis Aprilis, anno **MCMLXIX,,** Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

[1] ***Ps.*** **26, 1.**
[2] ***Eccli.*** **34, 20.**
[3] ***Ps.*** **72, 28.**

II

Ad Exc.mum P. D. Henricum Nicodemo, Archiepiscopum Barensem, studiorum de Ecclesia Graeca in Italia in illa urbe coacto Coetu.

Con gioia profonda guardiamo al Convegno storico interecclesiale sulla Chiesa Greca in Italia che ha luogo in codesta città di Bari, il cui Santo protettore, Nicola di Myra, è ugualmente venerato in Oriente ed Occidente.

Ci rallegriamo nel vedere come questo Convegno storico, che si svolge sotto il Patronato del Patriarca ecumenico di Costantinopoli e Nostro, sia una realizzazione del desiderio comune da Noi espresso in occasione della visita che Sua Santità Athenagoras Ci fece in questa Sede Apostolica.

Allo scopo di promuovere le relazioni fraterne tra la Chiesa cattolica romana e la Chiesa ortodossa, insieme col Patriarca ecumenico, davamo allora la nostra benedizione ed il nostro appoggio « a qualsiasi sforzo di collaborazione tra professori cattolici ed ortodossi nel campo dello studio della storia, delle tradizioni delle Chiese, della Patristica e della Liturgia ».

In quella occasione dicevamo anche che ((lo spirito che deve animare questi sforzi è uno spirito di lealtà verso la verità e di comprensione mutua nel desiderio effettivo di evitare rancori del passato ed ogni specie di dominazione spirituale e intellettuale ».

Siamo lieti di ravvisare nel programma del Convegno questo spirito, e siamo certi che la ricerca comune nel campo delle questioni storiche contribuirà efficacemente a facilitare l'incontro di cristiani di diverse tradizioni per una reciproca comprensione in vista della piena comunione tra le Chiese. Inoltre una fraterna riflessione sulla Chiesa greca in Italia, prima e dopo la rottura dei normali rapporti ecclesiastici tra Chiesa cattolica e Chiesa ortodossa, potrà essere molto profìcua per considerare come sia possibile nella vita della Chiesa una legittima e feconda varietà di espressioni del comune patrimonio cristiano.

In questo periodo pasquale, che ci ricorda la luminosa e gioiosa vittoria di Cristo risorto sulla morte e sulle divisioni che essa comporta, si rinnova la nostra fede nel Signore che continuamente fa risorgere con Lui la sua Chiesa in novità di vita e di unità per una più fedele testimonianza di fronte agli uomini del nostro tempo che ancora non possono credere che Cristo è l'unico Salvatore, il quale continua fino al suo ritorno la sua opera di salvezza attraverso la sua Chiesa.

Auguriamo pertanto di cuore un felice successo a questo Convegno tanto generosamente accolto da Te, diletto Fratello, e Ti preghiamo di comunicare che ben volentieri Ci uniremo spiritualmente alla preghiera ecumenica che avrà luogo sulla tomba di San Mcola per invocare, con la liturgia orientale, « la prosperità delle sante Chiese di Dio e l'unione di tutti » e di trasmettere a quanti prenderanno parte al Convegno, particolarmente ai dotti relatori e ai solleciti organizzatori, la Nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 25 aprile **1969.**

PAULUS PP. VI

III

Exc.mo P. D. Ioanni Zarefoa, Episcopo titulo Bityliensi et Administratori Apostolico Vladislaviensi, quarto exacto saeculo a condito post Tridentinum Concilium in illa dioecesi Seminario.

PAULUS PP. VI

((Cor dioecesis » recte meritoque a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo appellatum est sacrum Seminarium,[1] cum ibi adulescens clerus in spem Ecclesiae instituatur, et compertum sit populi christiani salutem non paulum ex iis pendere, qui pro suscepto munere pabulum verbi Dei impertiunt ac divina dispensant mysteria.

Ad eiusmodi « cor » in praesenti inflammatus animos intendunt Vladislaviensis dioecesis Praesules, sacerdotes, sacrorum alumni, christifideles, siquidem quadringentesimum mox revolvetur annus, ex quo provido consilio est conditum. Etenim Stanislaus Karnkowski, eiusdem Sedis Episcopus, vir in exsequendis decretis Concilii Tridentini diligentissimus, tantum opus anno **MDLXIX** prospere exegit.

Quemadmodum autem fieri solet, istud pietatis doctrinaeque domicilium, per hoc diuturnum temporis spatium, res adversas nec paucas nec leves est perpessum, praesertim saeculo xvi ad finem vergente et altero bello, quod per orbem terrarum desaeviit, quoque sex professores et septem alumni, dire vexati, mortem oppetiverunt.

Sed ardua et aspera Seminarium Vladislaviense iugiter evicit.

[1] **Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 5.**

Iuvat etiam efferre merita, quae in sacris disciplinis excolendis sibi collegit; qua ex parte memorare libet primos in Polonia commentarios de sacra doctrina inde editos esse multaque auxilia ab eo praebita catholicae studiorum Universitati Lublinensi, in qua quattuor inde asciti professores rectoris magnifici munere sint functi.

Summum vero praeconium ei tribuendum esse videtur, quod quasi virtutis palaestra exstiterit iis, qui in sortem Domini sunt vocati. Neque ei defuit neque deest largitas divinae bonitatis, quae ex eo etiam elucet quod magnus numerus sacerdotum inde prodiit et in praesenti non pauci ad sacra munera capessenda ibidem se componunt.

Paterno igitur ac benevolo animo hanc veluti altricem adulescentis cleri respicimus ac, dum expletum temporis spatium et fructuum messem iam collectam gratulamur, vota suscipimus, ut quae feliciter adepta est servet novisque incrementis locupletet. Itaque altioris doctrinae studia iungi pergant comparationi illarum virtutum animique ornamentorum quibus sacerdotium aetate nostra verum et conspicuum evadat testimonium Christi et humanam consortionem salubriter attingat. Id etiam curae sit moderatoribus, magistris, discipulis, ut, a veterum laude nequaquam deflectentes, Magisterio Ecclesiae semper inconcussa fidelitate inhaereant, fulgidum eius rei exemplum aliis praebentes.

Animo igitur sollemnia participare volentes, quae ob iucundum hanc anniversariam memoriam celebrabuntur, Venerabili Fratri Nostro Stephano Cardinali Wyszynski, eiusdem Seminarii olim alumno, professori, rectori, Tibi, Venerabilis Frater, Auxiliari Episcopo, moderatoribus, docentibus ac discentibus et omnibus, qui celebritati intererunt, Benedictionem Apostolicam, caelestium donorum et spiritualis solacii pignus ac propensae voluntatis nostrae testimonium, libenter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ix mensis Maii anno **MCMLXIX**, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Husein Mutahar, Indonesianae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Mister Ambassador,

It is an honour for Us to accept the Letters of Credence, by which General Suharto, President of the Eepublic of Indonesia, sends Your Excellency to this Holy See as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary. We bid you a sincere welcome, and formulate cordial good wishes for the success of your mission.

We have heard with interest the intentions and programmes of the Government of Indonesia, and We cherish the hope that they may be brought to completion and fruition, for the benefit of the people and for peaceful development in the world.

The Catholic Church has an important contribution to make towards the constant progress of the Indonesian people, through numerous works and institutions of éducation, medical care, protection of orphans and the young. The mission of the Church is spiritual, assisting men to a more abundant life of the soul and mind ; but she also ministers to physical needs, because love of God and His service are best demonstrated by the service of man through ali the works of charity, both spiritual and temporal. It is always her solicitude to ensure that the Catholics of Indonesia should be the finest **Citizens** of the Republic, actively cooperating in every project for the betterment of the people.

We ask Your Excellency kindly to convey to the President of Indonesia the assurances of Our high esteem and regard, and of Our prayerful good wishes for the Government and people, upon all of whom We gladly invoke God's choicest blessings and grâces.

To Your Excellency We offer Our whole-hearted collaboration in the fulfilment of your new duties; and We call down divine favonrs upon you and your associâtes.

*** Die 19 mensis maii a. 1969.**

II

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Antonium Calvo Velásquez, Panamensis Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Señor Embajador,

Apreciamos y agradecemos vivamente las deferentes y devotas expresiones que acaba de dirigirnos al presentar las Cartas Credenciales que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Panamá ante la Santa Sede. Al darle Nuestra cordial benvenida, Nos complacemos en reiterar el hondo afecto que reservamos a toda su católica Nación.

Ha querido aludir Vuestra Excelencia a la colaboración que la Iglesia ha prestado, desde los albores del cristianismo en América, a la paz y justicia social en su País. En efecto, muchas obras e iniciativas así lo atestiguan. Pero no puede detenerse en el pasado la Iglesia : ella, mensajera de equidad, sembradora de concordia, forjadora de civilización, continúa su misión dinámica de servicio leal y vigilante a la humanidad. Ella, fiel a sus principios básicos de amor a Dios y a los hombres, creados y redimidos en un destino común, invita constantemente a sus hijos y a cuantos tienen buena voluntad — como nos mismo lo hicimos en nuestro inolvidable viaje al Continente Latinoamericano — a realizar los designios de la Providencia sobre el mundo, a esforzarse para que cada individuo desarrolle integralmente su personalidad, sea dentro de la comunidad a que pertenece, sujeto consciente y respetado en sus legítimas aspiraciones, libertades, derechos y deberes, y se convierta en elemento válido de progreso civil, moral y espiritual.

La Iglesia, doquiera que se encuentre, contribuirá vitalmente a esta promoción que es base y comporta garantía para una convivencia fraterna en el orden y en la paz, para un disfrute más equilibrado del bienestar, para que todo factor humano converja a la justicia del bien común.

Pedimos a Dios que el mensaje cristiano, incorporado a la historia de Panamá, vivificador de tales ideales, guíe siempre a cuantos les incumbe la responsabilidad de hacer más sagrado en sus costumbres,

*** Die 29 mensis maii a. 1969.**

más aunado **y.** más próspero, en el ámbito familiar y nacional, ese querido País.

Mientras formulamos votos y le aseguramos, Señor Embajador, Nuestra benevolencia por el feliz cumplimiento de su alta misión, invocamos sobre su persona y las supremas Autoridades de su Nación, así como sobre todo el dilectísimo Pueblo de la República Panameña, continuas y escogidas bendiciones divinas.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis christifidelibus et bonae voluntatis hominibus die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato.

Chers Fils et Frères, et vous tous, hommes de bonne volonté,

La célébration de la Troisième « Journée mondiale » des Communications Sociales sur le thème : « Communications Sociales et famille » Nous offre une occasion que Nous saisissons avec joie — comme Nous Pavons fait lors des « journées)) précédentes — d'inviter à une réflexion positive et féconde sur ce sujet tous ceux qui y sont intéressés en quelque manière. Et qui pourrait aujourd'hui prétendre qu'il n'est pas concerné par un phénomène aussi universel que l'expansion croissante de la presse, de la radio, du cinéma et de la télévision, et par la prodigieuse influence qu'ils exercent au sein des familles?

Une constatation, en effet s'impose dès l'abord : ces instruments de la Communication sociale pénètrent désormais jusqu'au cœur de l'intimité familiale, imposent leurs horaires, font modifier les habitudes, alimentent largement conversations et discussions ; et surtout ils affectent — profondément parfois — le psychisme des usagers, tant sous l'aspect affectif et intellectuel que dans le domaine moral et même religieux. Il n'est plus d'information ou de question, peut-on dire, qui, par l'imprimé, par le son ou l'image, ne soit portée au cœur de la vie familiale, n'y influe sur le comportement de chacun et ne suscite les réactions les plus diverses.

Les avantages de cette nouvelle situation sont indéniables. Il n'est pas douteux que l'évolution intellectuelle des jeunes n'en soit stimulée, que leur patrimoine culturel n'en soit enrichi, que leur esprit et leur cœur ne s'ouvrent ainsi plus facilement aux grands problèmes de la

communauté humaine : la paix, la justice et le développement. Mais il est évident aussi que la force de persuasion de ces moyens nouveaux peut s'exercer en bien et en mal; et par ailleurs un abus, même simplement quantitatif, des programmes audio-visuels peut entraîner une détérioration des valeurs de la vie de famille et avoir pour effet d'isoler les personnes au lieu de les unir. Il faut donc former les âmes à faire de ces sources d'enrichissement culturel un usage intelligent et c'est un nouveau chapitre qui vient s'ajouter ainsi à la tâche traditionnelle des éducateurs. Il est temps que la famille procède sur ce point à son ((aggiornamento » et qu'avec l'indispensable collaboration de l'école, elle ait de plus en plus le souci d'éduquer les consciences à porter elles-mêmes des jugements sereins et objectifs qui les amèneront à accepter ou à rejeter tels ou tels des programmes proposés.

Mais cette tâche éducative ne suffit pas. Il faut en outre qu'un dialogue permanent s'institue entre les familles et les responsables des moyens de communication sociale. Les familles doivent non seulement faire connaître leurs désirs ou leurs critiques, mais montrer aussi de la compréhension pour ceux qui, au prix souvent de bien des fatigues, leur fournissent journellement tant d'éléments de culture ou de divertissement.

A leur tour, les producteurs doivent connaître et respecter les exigences de la famille. Et cela suppose parfois chez eux un grand courage et toujours un très haut sens de responsabilité. Ils doivent en effet s'interdire d'une part tout ce qui peut blesser la famille, dans son existence, sa stabilité, son équilibre, son bonheur : car toute atteinte aux valeurs fondamentales de la famille — qu'il s'agisse d'érotisme ou de violence, d'apologie du divorce ou des attitudes antisociales des jeunes — est une atteinte au vrai bien de l'homme et de la société. Et il leur incombe d'autre part la tâche difficile d'éduquer le public à connaître, apprécier, aimer, les valeurs trop souvent ignorées ou méprisées qui sont la force et la gloire d'une société : le don de soi à un grand idéal, le sens du sacrifice, l'héroïsme obscur des tâches quotidiennes.

Nous invitons toutes les familles à collaborer avec les associations qui, dans un dialogue continu, font connaître aux responsables de la communication sociale leurs aspirations et leurs justes requêtes. Puisse cette journée mondiale marquer le début de ce dialogue fécond et constructif, annonce d'un avenir plus serein dans ce secteur si tourmenté de la vie moderne,

Il faut enfin affronter le problème de la présence des chrétiens dans les professions qui alimentent la communication sociale. S'il est, en effet, un secteur de la vie moderne où cette présence est particulièrement nécessaire et désirable, c'est bien celui-là. Et il ne faut pas que les familles se laissent arrêter par la crainte que pourrait leur inspirer l'accès d'un des leurs à ces professions. Le mal, qui fait bien souvent plus de bruit que le bien, n'est pas lié à telle profession plus qu'à telle autre. Grâce à Dieu, dans le monde des communications sociales comme ailleurs, fleurissent de lumineux exemples de vie morale, et il ne manque pas de journalistes, d'acteurs, de professionnels du cinéma, qui vivent leur foi en Dieu dans l'exercice serein et consciencieux de leur profession. L'histoire du christianisme peut même nous enseigner que la force du levain évangélique, non seulement ne diminue pas à proportion des difficultés que lui suscite le milieu où il est introduit, mais grandit au contraire et se développe en le vivifiant et en le transformant. Des jeunes gens ayant reçu une solide formation morale et religieuse et animés d'un authentique idéal doivent donc être encouragés à accéder aux diverses activités des communications sociales.

Il faut se rendre compte de façon réaliste que, bien loin de diminuer, l'influence de ces nouvelles techniques ne fera que grandir dans la société de demain. Il faut donc tout mettre en œuvre pour que cette influence s'exerce de façon positive au sein des familles. Nous souhaitons que Notre voix, à l'occasion de cette Journée, arrive dans tous les Pays, pour y encourager les bons ouvriers des communications sociales et tous ceux qui entendent les faire servir au bien des familles et contribuer par là à assurer un avenir heureux à toute la grande famille humaine.

Du Vatican, le 7 Avril 1969.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Decretis, ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 1 Ianuarii 1969. — Exc. P. D. Bernardinum Gantin, Archiepiscopum Cotonuensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Portus Novi.*

die 28 Februarii. — R. P. Franciscum Cazzaniga, e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu, *Administratorem Apostolicum vicariatus apostolici de EI Obeid.*

die 20 Martii. — Exc. P. D. Theutonium Amai Ganguly, Archiepiscopum Dacchensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Kulnensis.*

die 28 Martii. — R. P. Lucretianum Onuphrium González, e Societate Mariae Montfortana, *Praefectum Apostolicum praefecturae apostolicae de Vichada.*

die 15 Aprilis. — R. P. Marium Iosephum Banks, ex Ordine Fratrum Minorum, *Praefectum Apostolicum praefecturae apostolicae VolJcsrustensis.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Augustinae Pietrantoni, Religiosae professae Instituti Sororum a Caritate.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Amoenos inter Sabinae colles pagus situs est cui vulgare nomen *Pozzaglia,* Tiburtinae dioeceseos intra fines, in qua e legitimis coniugibus Francisco Pietrantoni et Catharina Costantini die 27 martii anni 1864, secunda ex undecim filiis, nata est Dei Famula Soror Augustina, cui in Sacramento Baptismi Olgae Ulpiae Candidae nomina imposita fuere. Die vero 17 septembris anni 1868 sacro Chrismate fuit inuncta. Parentes, agrorum culturae operam dantes, honestate ac religione enitebant. Mitis indole et suavis ab unguiculis, pietati intenta religionisque studiosa, prima in scholis rudimenta didicit, aequalibus exemplo semper et aedificationi erat. Fratres, sorores atque coaetaneos cathechismum assidue docebat. Duodecim circiter annos nata, ad sacram Synaxim pientissime primum accessit, ac subinde Eucharisticum Sacramentum devotissime frequentavit.

Paterna in domo vespertinis horis Rosarium una cum familiaribus recitare consueverat, et domesticis agrestibusque laboribus vacans, pias laudes decantare solebat. Sacro intererat non solum diebus festis, sed etiam negotiosis, atque quotidie vespertinis horis una cum aliis puellis Iesum Eucharisticum in paroeciali ecclesia devote visitabat.

Oblatas nuptias pluries recusavit, nam ad statum religiosum vocationem persentiebat. Aequanimis semper et sedula in suis laboribus

explendis, modestiam omnino custodivit; in suis educandis germanis pietate ac patientia enituit; nullum improbum verbum, nullam quaerelam protulit. Mundanas societates fugiebat, et erga omnes benevolentissimam et afîabilem sese ostendebat.

Voti tandem compos facta, Institutum Sororum a Caritate, a sancta Ioanna Antida Thouret fundatum, die 23 martii 1886, viginti duorum annorum aetatem agens, ingressa est, sororis Augustinae nomine suscepto, ac, novitiatu rite expleto, die 29 septembris 1893 religiosam professionem emisit.

In nosocomio a Sancto Spiritu Romae infirmorum tabe laborantium cura suscepta, iis omnibus summa caritate praesto erat, et sollicite fideliterque ministrabat. Cum vero peculiares temporum condiciones religioni valde obstarent, contumelias, minas, iniurias et quandoque percussiones patientissime tolerabat. In tubercularem morbum et ipsa delapsa, Superiorissam humiliter est adprecata ne in suum locum alia substitueretur, ut contagio ab hac arceretur.

Sororum, medicorum aegrotorumque omnium ob suas eximias virtutes magnam sibi comparavit aestimationem. At vero infirmus quidam Dei Famulae castitatem attentare, uti fertur, ausus est, cui tamen ipsa forti animo restitit. Cum prava eius indoles et perversitas notae essent, e nosocomio dimissus fuit; nonnullis tamen elapsis diebus valetudinarium clam ingressus, sororem Augustinam pluribus pugionis ictibus interfecit, die 15 novembris anni 1894.

Immane scelus universam commovit urbem, eius enim praeclaras virtutes omnes admirabantur, ac funus, ingenti populi frequentia celebratum, potius pompae quam maestitiae causa fuit.

De Servae Dei sanctitatis fama, late diffusa et in dies aucta, in Vicariatu Urbis ordinariae inquisitiones, et in episcopali Curia Tiburtina rogatoriales, annis 1938-39 institutae sunt.

Servatis postmodum omnibus de iure servandis, Sacra Rituum Congregatio decrevit super scriptis die 23 maii 1941, ut inoffenso pede ad ulteriora procedi posset. Die tandem 14 decembris 1945 Commissionem introductionis Causae Summus Pontifex Pius Papa XII, f e. re., subsignare benigne dignatus est.

Edito decreto super non cultu die 17 novembris 1946, Processus super virtutibus et miraculis in specie eiusdem Servae Dei in Vicariatu Urbis et episcopali Curia Tiburtina instructus fuit annis 1947-52, cuius iuridica vis decreto diei 25 novembris 1955 recognita fuit.

Rite his omnibus expletis, in Congregatione antepraeparatoria die

15 novembris 1961, et in praeparatoria die 15 octobris 1966 quaestio agitata fuit de virtutibus in gradu heroico exercitis a Dei Famula, ac tandem in generali coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI die 4 iulii mensis vertentis anni habita, in qua Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus titulo Ecclesiae suburbicariae Praenestinae, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi Patres Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores theologi quotquot aderant, suum quisque votum protulerunt, quod idem Summus Pontifex attente perpendit mentemque Suam affirmativam statim aperire dignatus est. Iussit autem ut in re tanti momenti decretum appararetur.

Hanc vero selegit diem in qua, Sacro pientissime litato, ad Se accitis Emis Cardinalibus Bennone Gut, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Benedicto Aloisi Masella, Episcopo titulo Ecclesiae suburbicariae Praenestinae, Causae Ponente seu Relatore, meque subscripto Secretario, ac Revmo Auditore Generali, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Augustinae Pietrantoni, sororis professae Instituti Sororum a Caritate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 19 septembris 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

& Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

PATAVINA SEU CRACOVIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Maximiliani Mariae Kolbe, sacerdotis professi, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Fides quae per caritatem operatur {Cal. 5, 6) totam Servi Dei Maximiliani Mariae Kolbe vitam moderavit. In pago v. Zdzunska-Wola, dioeceseos Vladislaviensis, die 27 decembris 1893 (iuxta Calendarium Gregorianum 7 ianuarii 1894) e legitimis coniugibus Iulio et Maria Dabrovska, divitiarum quidem expertibus, pietate tamen moribusque praeclaris, natus, eodem die sacris Baptismi undis est renatus, Raymundi nomine imposito. Prima christianae religionis rudimenta inter domesticas parietes recepit : parentes enim omnes adhibuerunt curas ad eius animum spiritualiter formandum.

Tredecim annorum aetate, die 18 augusti mensis anni 1907, Confirmationis sacramento fuit roboratus. Mense decembri eiusdem anni Leopoliense Seminarium Ordinis Fratrum Minorum Conventualium ingressus est, in quo gymnasialia studia absolvit, et, expleto novitiatus anno, die 5 septembris 1911, professionem religiosam emisit. Sequenti anno ad Collegium internationale Ordinis Romam missus, philosophiae cursum in Pontificia Universitate Gregoriana, theologiae vero in eodem Ordinis Seminario perfecit, ac doctoris lauream in utraque disciplina est consecutus. Servatis postea omnibus ecclesiasticis legibus, die 28 aprilis 1918, sacerdotio auctus fuit, ac die sequenti in altari B. M. V. Immaculatae basilicae S. Andreae v. delle Fratte primum Sacrum litavit.

In patriam reversus, efficacem iniit apostolatum Piae Unionis Militiae Mariae Immaculatae, quam in Urbe excitaverat, in eum potissimum finem ut conversionem haereticorum, schismaticorum, iudaeorum, et praesertim massonicae sectae adscriptorum promoveret, nec non et omnium christifidelium sanctificationem sub protectione B. M. V. Immaculatae foveret. Omnia communicationis socialis instrumenta ad hoc adhibuit, in primis foliorum impressionem transmissionesque radiophonicas. Animarum zelo succensus ac Dei amore flagrans, omnibus

omnia factus est ut animas Christo lucrifaceret. Anno igitur 1922 impressionem ac diffusionem menstruae ephemeridis curavit, cui titulus « Rirzecz Mepokalanej » seu «Miles Immaculatae», et anno 1935 cotidiani folii catholici « Maly Dziennik », ut Apostolicae Sedis acta et doctrinam socialem Ecclesiae divulgaret. Quo autem huiusmodi apostolatus forma explicaretur, biennio post prope Varsaviam oppidulum excitavit, quod Immaculatae nomine, v. Niepokalanów appellavit, in quo non solum confratres, sed et saeculares coadunavit, qui incunctanter propriam sanctificationem assequebantur et impressioni operam dabant ephemeridum catholicarum, sub protectione B. M. V. Immaculatae.

Anno 1930 in Iaponiam appulit, ibique, Sanctae Sedis et moderatorum Ordinis beneplacito, missionem fundavit, ac prope Nagasaki oppidulum condidit, ubi sex annorum spatio incenso apostolatu missionario quamplures inter autochthonas vocationes religiosas et sacerdotales fovit. In re typographica cooperationem admisit acatholicorum, prudens quoque colloquium instituit cum non christianis.

Anno 1936 in Poloniam reversus, superior conventus v. Niepokalanów renuntiatus fuit. Per triennium non tantum ad perficiendum opus artis typographicae sese impendit, sed etiam ad institutionem iuvenum maxime profundae humilitatis oboedientiae et paupertatis exemplo, perenni quoque adoratione Ssmi Sacramenti.

Novissimo teterrimo bello exorto captus, per varia detentionis loca peregrinari coactus fuit. Ad domum v. Niepokalanów tandem reversus, per integrum annum refulsit eius caritas erga grassantis belli victimas, prófugos, vulneratos ac praesertim Iudaeos vexatos. Die 17 februarii 1941 rursus captus, in carcerem loci v. Pawiak prope Varsaviam prius, dein in locum detentionis v. Oswiecim, seu Auschwitz, translatus fuit. In carcere mirabiliter excellebat omnibus exercendis virtutibus, in primis caritatis ac profitendae fidei coram persecutoribus, a quibus gravissimis suppliciis cruciatus est. Concaptivos debiles et animo destitutos cotidie sustinebat hortationibus in Virginem Immaculatam, cuius devotionem late diffundere sategit. Morientium confessiones excipere ; Missam noctu celebrare et Sanctissimam Eucharistiam concaptivis ministrare, quantum poterat, numquam desiit. Tandem, tot diuturnisque exercitiis caritatis actis, vitam suam ad perfectioris caritatis apicem evectam, militibus spopondit ad salvandum consocium a comminata morte. Per duas integras hebdomadas in mortis loco v. Bunker cum aliis ad mortem damnatis, clausus mansit, ibique eos ad serenum transitum disposuit. Die tandem 14 augusti eiusdem anni 1941 occisus fuit et corpus die sequenti combustum.

Relicta singularis sanctitudinis fama, qua demortui virtutes et laudes in universa Polonia et alicubi celebrantur, actores adduxit ad Famulo

Dei honores caelestes assequendos. Iuridicae igitur ordinariae inquisitiones de eadem fama instructae fuerunt, ac Romam ad S. Rituum Congregationem transmissae.

Servatis deinde omnibus de iure servandis, die 12 maii 1955 decretum prodiit super scriptis Servi Dei undique collectis et diligenter recognitis, ut ad ulteriora inoffenso pede procedi posset. Die vero 16 maii 1960 Commissionem introductionis Causae Summus Pontifex Ioannes Papa XXIII sa. me. propria manu signare benigne dignatus est. De oboedientia praestita legibus Urbani Papae VIII cultum Servorum Dei prohibentibus actum fuit per decretum diei 17 martii 1961. Apostolici Processus postea instructi fuerunt super virtutibus et miraculis in specie eiusdem Servi Dei, quorum vis iuridica decreto diei 6 iunii 1964 recognita fuit.

De iisdem virtutibus heroicis quaestio agitata fuit in Congregatione antepraeparatoria coram Cardinali Arcadio Maria Larraona, Causae Ponente seu Relatore, die 6 decembris 1966, quam secuta est Congregatio Praeparatoria in Palatio Apostolico Vaticano habita die 27 februarii 1968, novissime vero die 30 ianuarii huius anni coactus est universus disceptantium coetus coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua memoratus Cardinalis Ponens seu Relator dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Qui aderant omnes Revmi Patres Cardinales, Officiales Praelati Consultoresque theologi suffragia sua dederunt, quae Beatissimus Pater intento animo prosecutus est, suamque decretoriam sententiam statim proferre dignatus est : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Maximiliani Mariae Kolbe, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in actis S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 30 ianuarii a. D. 1969.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

AQUISGRANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Franciscae Schervier, e Tertio Ordine S. Francisci, fundatricis Instituti Sororum Pauperum S. Francisci.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, et de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Aquisgrani in urbe, quae perantiqua nobilitate merito gloriatur, die 5 ianuarii anni 1819, e legitimis coniugibus Henrico Gaspare Iosepho et Maria Aloisia Migeon nata est Dei Famula Maria Francisca Schervier. A pia matre domi religiose instructa, timore Domini morumque honestate una cum septem germanis imbuta est. Decimum aetatis annum agens, ad sacram Synaxim primum accessit, et Confirmationis Sacramento fuit roborata. Matre rebus humanis erepta, anno 1832 Francisca, iussu patris, totius familiae regimen suscepit, quod prudentia et alacritate fideliter obi vit. Licet domesticis curis distineretur, opera tamen caritatis erga pauperes et aerümnosos exercere in deliciis habebat. Numquam enim egenorum necessitatibus subvenire, infirmis opitulari puerosque christianam catechesim docere praetermisit.

Ut gravissimis malis moralibus ac materialibus medelam afferrent, quaedam piae mulieres Aquisgranenses ad pueros fidei rudimentis imbuendos, esurientes alendos, pauperes atque aegrotos in eorum domibus visitandos ac reficiendos, puellas periclitantes tuendas, lapsas vero e vitiorum coeno revocandas, auspice et moderante vicario paroeciae S. Pauli Istas, in societatem coaluere, quibus ultro libenter Francisca sese adiunxit.

Cum vero Deo se devovere ardenter optaret, die 5 octobris 1845, patre viam universae carnis ingresso, rebus familiaribus compositis, mundo valedicere statuit, et una cum quinque sociabus vitam communem instauravit. Antistitae munus, ea obeunte, renuntiata, sorores erga aegrotos in nosocomiis et in privatis domibus caritatis opera exercenda aggressae sunt, uberrimosque fructus colligere valuerunt. Regulas pro sororibus

vitae activae et contemplativae, spirituali afflatu repletas, Dei Famula conscripsit. Die tandem 12 augusti 1850, in festo S. Clarae Assisiensis, Francisca et sociae religiosum habitum induerunt, appellatione *Sororum Pauperum S. Francisci,* ob eximiam devotionem erga sanctum Pauperem Assisinatem, cuius Tertio Ordini nomen dederat, novae Congregationis indita. Cardinalis archiepiscopus Coloniensis, in cuius iurisdictione tunc temporis Aquisgranum situm erat, regulas anno 1851 probavit. Novae domus exinde tam in Germania quam in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis erectae sunt, et Institutum mirifica incrementa cepit.

Anno 1866 et 1870 in taeterrimis bellis Germaniae contra Daniam et Galliam Sorores Pauperes sancti Francisci, gravissimis quoque spretis periculis, vulneratis militibus caritatis auxilia mirabiliter praestiterunt. Frangi sed non flecti parata, contra impugnationem Ecclesiae quae ((Kulturkampf » vocatur, acerrime se gessit, et inimicos catholicae Fidei devincere valuit.

Virtutes omnes in ea eluxerunt : firma fides, invicta fortitudo, caritas imprimis in gradu vere heroico exercita. Donis caelestibus ditata, ut omnibus prodesset nullis pepercit laboribus, humillimis non exceptis; victum pro pauperibus alendis mendicare non erubuit. Tandem gravissimo morbo correpta, die 14 decembris anni 1876 Aquisgrani supremum diem obiit in osculo Domini, Sacramentis Ecclesiae refecta.

Sanctitatis fama, qua late in vita fruita erat, post mortem non modo non defecit, immo increvit, ac de ea ordinariae institutiones canonicae peractae fuerunt ac Romam ad S. Rituum Congregationem transmissae. Servatis post omnibus de iure servandis, decreto S. Rituum Congregationis diei 14 martii 1928, de scriptis Dei Famulae ubique collectis ac diligenti studio perpensis, edictum est : Nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur. Die autem 9 maii 1934 beatificationis Causa introducta est, et Commissionem introductionis Pius Papa XI fe. re. Sua manu benigne obsignavit. Edito die 16 ianuarii 1935 decreto super oboedientia sa. me. Urbani Papae VIII legibus Servorum Dei cultum prohibentibus praestita, instructisque apostolicis processibus super virtutibus et miraculis in specie, de quorum validitate constare decretum est die 17 iulii 1950, deventum est ad disceptationem super virtutum heroicitatem Servae Dei in Congregatione antepraeparatoria coram Cardinali Paulo Giobbe, Causae Ponente seu Relatore, die 14 maii 1963, in Praeparatoria die 10 februarii 1967, in Generali demum coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI die 30 ianuarii anni

huius, in qua idem Cardinalis dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum, et de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum protulere suffragium, quod Beatissimus Pater attente auscultavit, ac statim suam decretoriam sententiam proferre benigne dignatus est : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum cum in proximum necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Franciscae Schervier, fundatricis Instituti Sororum Pauperum S. Francisci, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae die 30 ianuarii 1969.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

83 Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Serafini-Czulowski)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Czulowski Stanislaw, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum coram Tribunali Appellationis Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 6 octobris 1969, hora 12, pro sequentis dubii contestatione :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Czulowski Stanislaw, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Philippus Giannini, *Y. Officialis*

Ex aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 18 Iunii 1969.

Antoninus Longo, *Y. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Stanislaw Czulowski, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), le 6 octobre 1969, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Stanislaw Czulowski, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, **6** maggio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza Ufficiale Sua Eccellenza il Signor **THANT**, Segretario Generale dell'Organizzazione delle Nazioni Unite.

Lunedì, **19** maggio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HTJSEIN MTJTAHAR**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Indonesia.

Giovedì, 29 maggio 1969, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **JOSÉ ANTONIO CALVO VELASQUEZ**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Panamá.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 maggio 1969, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza del Signor Cardinale Carlo Confalonieri, Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Vincenzo Grossi, parroco, fondatore dell'Istituto delle Suore Figlie dell'Oratorio, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

S. E. R. il Sig. Card. Paolo Yü Pin, *Membro della S. Congregazione per la Evangelizzazione dei Popoli e della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

S. E. R. il Sig. Card. Alfredo Vicente Scherer, *Membro della 8. Congregazione per i Vescovi e della 8. Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.*

S. E. R. il Sig. Card. Giulio Rosales, *Membro della 8. Congregazione per il Clero e del Segretariato per i non Cristiani.*

S. E. R. il Sig. Card. Gordon G. Gray, *Membro della S. Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli e delia Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

S. E. R. il Sig. Card. Paolo Bertoli, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, della S. Congregazione per i Vescovi e della 8. Congregazione per le Chiese Orientali.*

S. E. R. il Sig. Card. Sebastiano Baggio, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, della 8. Congregazione per i Vescovi e della 8. Congregazione per il Culto divino.*

S. E. R. il Sig. Card. Silvio Oddi, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, della 8. Congregazione per i Vescovi e della 8. Congregazione per le Chiese Orientali.*

S. E. R. il Sig. Card. Pietro Tommaso McKeefry, *Membro della 8. Congregazione per il Clero e della 8. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

S. E. R. il Sig. Card. Michele Dario Miranda y Gómez, *Membro della 8. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti e della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

S. E. R. il Sig. Card. Giuseppe Paupini, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, della 8. Congregazione per i Vescovi e della S. Congregazione per le Cause dei Santi.*

S. E. R. il Sig. Card. Giuseppe Parecattil, *Membro della S. C ong legazione per le Chiese Orientali e della Pontificia Commissione per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

S. E. R. il Sig. Card. Giovanni F. Dearden, *Membro della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti e del Segretariato per i non Cristiani.*

S. E. R. il Sig. Card. Francesco Marty, *Membro della S. Congregazione per le Chiese Orientali e della 8. Congregazione per il Clero.*

S. E. R. il Sig. Card. Girolamo Rakotomalala, *Membro della 8. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli e del Segretariato per i non Cristiani.*

S. E. R. il Sig. Card. Giorgio Bernardo Flahiff, *Membro della S. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari e della 8. Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

S. E. R. il Sig. Card. Paolo Gouyon, *Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali e del Segretariato per i non credenti.*

S. E. R. il Sig. Card. Mario Casariego, *Membro della S. Congregazione per i Vescovi e della S. Congregazione per le Cause dei Santi.*

S. E. R. il Sig. Card. Vincenzo Enrique y Tarancón, *Membro della S. Congregazione per i Vescovi e della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

S. E. R. il Sig. Card. Giuseppe Malula, *Membro della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli e del Segretariato per i non Cristiani.*

S. E. R. il Sig. Card. Giacomo Violardo, *Membro della 8. Congregazione per le Chiese Orientali, della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti e della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

S. E. R. il Sig. Card. Paolo Muñoz Vega, *Membro della S. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari e della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

S. E. R- il Sig. Card. Antonio Poma, *Membro della S. Congregazione per il Clero e delia 8. Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

S. E. R. il Sig. Card. Giovanni Carberry, *Membro della 8. Congregazione per i Vescovi e delia 8. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

S. E. R. il Sig. Card. Terenzio G. Cooke, *Membro della 8. Congregazione per i Vescovi e delia 8. Congregazione per le Chiese Orientali.*

S. E. R. il Sig. Card. Stefano Sou Hwan Kim, *Membro della 8. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli e della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei Decreti del Concilio Vaticano II.*

S. E. R. il Sig. Card. Arturo Tabera Araoz, *Membro della 8. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari e della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

S. E. R. il Sig. Card. Eugenio De Araújo Sales, *Membro della 8. Congregazione per il Clero e della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

S. E. R. il Sig. Card. Giuseppe Höffner, *Membro della 8. Congregazione per l'Educazione Cattolica e del Segretariato per i non credenti.*

S. E. R. il Sig. Card. Giovanni Giuseppe Wright, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, della S. Congregazione per i Vescovi e della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

S. E. R. il Sig. Card. Giovanni Willebrands, *Membro della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti, della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli e della 8. Congregazione per il Culto divino.*

S. E. R. il Sig. Card. Mario Nasalli Rocca di Corneliano, *Membro della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti, della S. Congregazione per le Cause dei Santi e del Segretariato per i non credenti.*

S. E. R. il Sig. Card. Sergio Guerri, *Membro della 8. Congregazione per le Chiese Orientali, della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli e della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

S. E. R. il Sig. Card. Giovanni Daniélou, *Membro della 8. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari, della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica e del Segretariato per i non Cristiani.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

30 maggio 1969. S. E. Revma Mons. Lemieux Maria Giuseppe, Arcivescovo tit. di Salde, *Pro-Nunzio Apostolico in India.*

» » » Il Rev. Mons. Lemaître Enrico, *Delegato Apostolico nel Viet-Nam e Cambogia.*

7 giugno » S. E. Revma Mons. Asta Salvatore, Arcivescovo tit. di Aureliopoli di Lidia, *Pro-Nunzio Apostolico in Turchia.*

11 » » Il Rev. Mons. Barbarito Luigi, *Nunzio Apostolico in Haiti.*

14 » » Il Rev. Mons. Mees Giuseppe, *Pro-Nunzio Apostolico in Indonesia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

6 giugno 1969. Il Rev. Mons. Marchisano Francesco, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

7 » » Il Rev. Mons. Rovida Edoardo, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'U.N.E.S.C.O.*

11 » » Gli Emi Signori Cardinali Samoré Antonio, Tabera Araoz Arturo e Violardo Giacomo, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

13 » » L'Emo Signor Card. Oddi Silvio, *Membro della Sacra Congregazione per il Clero, Presidente della Commissione Cardinalizia per i Santuari di Pompei e di Loreto e Delegato per la Patriarcale Basilica di S. Francesco in Assisi.*

» » » S. E. Revma Mons. Palazzini Pietro, Segretario della Sacra Congregazione per il Clero, *Segretario della Commissione Cardinalizia per i Santuari di Pompei e di Loreto.*

» » » L'Emo Signor Card. Wright Giovanni G., Prefetto della Sacra Congregazione per il Clero, *Membro della Commissione Cardinalizia per i Santuari di Pompei e di Loreto.*

14 » » U Rev. Mons. Palestro Vittorio, *Difensore del Vincolo del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

» » » S. E. Revma Mons. Marton Aaron, Vescovo di Alba Julia, *Consultore del Segretariato per i non credenti.*

21 » » L'Emo Signor Card. Guerri Sergio, *Pro-Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

» » » Gli Emi Signori Cardinali Beltrami Giuseppe, de Fürstenberg Massimiliano, Paupini Giuseppe, Violardo Giacomo e Wright Giovanni G., *Membri della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

23 » » S. E. Revma Mons. Foley Brian C, Vescovo di Lancaster, *Membro della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

NECROLOGIO

30 maggio 1969. Monsig. Lanctôt Alfred, Vescovo di Rulenge.

11 giugno » Monsig. Wade Thomas J., Vescovo tit. di Barbalisso.

13 » » Monsig. Minali Cesario Alexandre, Vescovo tit. di Achirao e Prelato di Carolina.

» » » Monsig. Mchonde Elias, Vescovo di Mahenge.

29 » » Monsig. Truong-cao-Dai Joseph, Vescovo tit. di Sila.

30 » » Monsig. Atkielski Roman Robert, Vescovo tit. di Stobi, Ausiliare di Milwaukee.

An. et vol. LXI 8 Angusti 1969 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

De muneribus Legatorum Romani Pontificis

PAULUS PP. VI

SOLLICITUDO OMNIUM ECCLESIARUM, ad quam gerendam arcano Dei consilio vocati sumus, eiusdem rationem aliquando reddituri, id exigit ut, pro Christi legatione, qua universaliter fungimur, in variis orbis partibus congruo modo praesentes adsimus et statum ac adiuncta uniuscuiusque Ecclesiae comperta habeamus.

Revera, Episcopus Romanus, vi sui muneris, *habet in Ecclesia plenam, supremam et universalem potestatem, quam semper libere exercere valet,*[1] cum sit ordinaria et immediata;[2] praeterea, *ut successor Petri, est unitatis, tum Episcoporum tum fidelium multitudinis, perpetuum ac visibile principium et fundamentum* :[3] has proinde inter praecipuas in Ecclesia habet partes, *ut Episcopatum ipsum unum et indivisum reddat.*[4] Pa-

[1] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 22: *A. A. 8.* 57 (1965) p. 26.

[2] Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. de Ecclesia Christi *Pastor Aeternus:* Denz 1821 (3050 s).

[3] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23: *A. A. 8.* 57 (1965), p. 27.

* Cfr. Conc. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 18: *A. A. 8.* 57 (1965), p. 22.

stor aeternus enim, Vicario suo claves Regni caelorum tradens, eumque petram ac fundamentum Ecclesiae constituens,[5] eidem mandavit ut *fratres suos confirmaret,*[6] seu moderaretur et ad unum quoddam, in suo nomine, redigeret, sed et adiuvaret et solaretur, verbo quidem et ipsa quodammodo praesentia.

Neque silentio praeterire licet officium quo devincimur erga Pastorem bonum, ad se compelíantem oves, suas quidem, licet non sint adhuc ex hoc ovili : in eas quoque mentem et pastoralem curam intendimus, ut tandem, secundum Domini optatum, fiat *unum ovile et unus Pastor.*[7] Sane vero *Iesus Christus per Apostolorum eorumque successorum, nempe Episcoporum cum Petri Successore Capite, fidelem Evangelii praedicationem sacramentorumque administrationem, et per gubernationem in dilectione, Spiritu Sancto operante, populum suum crescere vult eiusque communionem perficit in unitate.*[8] Sed et caritas Christi urget Nos, urget divinitus collatum officium *propagandi fidem salutemque Christi :*[9] debemus quippe *annuntiare indesinenter Christum, qui est via et veritas et vita.*[10]

Ut autem multiplici hoc munere apte perfungamur, oportet inter Nos et Fratres Nostros in Episcopatu atque Ecclesias iisdem concreditas crebrae intercedant necessitudinis rationes, quae non solum per epistolarum commercium haberi possunt, sed etiam per adventum Episcoporum *ad limina Apostolorum* atque per legationem illorum ecclesiasticorum virorum, quos, personam Nostram gerentes, mittimus, aut peculiare munus exsecuturos, aut penes variarum Nationum Episcopos stabiliter mansuros.

Est quidem asseverandum horum temporum progressiones Nobis provida suppeditare subsidia, quibus Nosmet Ipsos in longinquas continentes terras conf eramus, ut filios et Fratres Nostros invisamus, atque adeo operi Nostro apostolico novus

[5] **Cfr. *Matth.* 16, 18.**

[6] **Cfr. *Lc. 22.* 32.**

[7] ***Io.* 10, 16.**

[8] **Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 2: *A. A. 8.* 57 (1965), p. 92.**

[9] **Conc. Vat. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 5: *A. A. 8.* 58 (1966), p. 952.**

[10] **Conc. Vat. II, Decl. de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas *Nostra aetate,* n. 2: *A. A. S.* 58 (1966), p. 741.**

quidam agendi modus praebeatur. Sed cum plurima eademque gravia negotia, quibus in Sede Apostolica detinemur, non ita saepe concedant Nobis usum hunc praestantissimum, Nobis propterea persuasum est, summum momentum illis agendi rationibus tribuendum esse, quas Decessores Nostri adhibuerunt quasque modo commemoravimus.

Ipsum Concilium Oecumenicum Vaticanum II vim et utilitatem eiusdem consuetudinis perspiciens, eam dupliciter confirmavit, cum hinc optaret ut sive Episcopi sive Sacerdotes sive Laici e variis Nationibus oriundi plures in Romana Curia adessent, illinc vero posceret, ut officium et partes Nostrorum Legatorum pressius definirentur.[11]

Itaque, huic postulationi Ecclesiae satisfacere volentes, Synodum Episcoporum constituimus, qui, invitationi Nostrae obsecundantes, Nobis consiliis suis et Fratrum, quorum vice funguntur, opitularentur, Nosque de statu et adiunctis uniuscuiusque Ecclesiae certiores facerent;[12] hinc exspectationem Concilii optantes explere, Constitutionem Apostolicam edidimus, ex qua Episcopi variarum orbis terrarum partium stabili modo participarent consilia Dicasteriorum Officiorumque Nostrae Romanae Curiae.[13]

Arbitramur ergo, ad haec quod attinet, Nos spem merito conceptam a Fratribus Nostris in Episcopatu implere, hasce Litteras edendo de muneribus Legatorum Nostrorum apud Ecclesias variis locis constitutas et apud Civitates, quae sunt in cunctis orbis partibus. Liquet enim motui ad centrum ac veluti ad cor Ecclesiae respondere opus esse alium motum, qui a medio ad extrema feratur atque quadam ratione omnes et singulas Ecclesias, cunctos et singulos Pastores ac fideles attingat, ita ut ille significetur et ostendatur thesaurus veritatis, gratiae et unitatis, cuius Christus Dominus ac Redemptor Nos effecit participes, custodes ac dispensatores.

Per Legatos vero Nostros, qui apud varias degunt Nationes,

[11] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 9: *A. A. 8.* 58 (1966), pp. 676-677.

[12] Cfr. Litterae Apostolicae motu proprio datae *Apostolica sollicitudo: A. A. 8.* 57 (1965), pp. 775-780.

[13] Cfr. Litterae Apostolicae motu proprio datae *Pro comperto sane: A. A. S.* 59 (1967), pp. 881-884.

vitam ipsam filiorum Nostrorum participamus eique veluti inserimur, atque facilius securius Nobis innotescunt illorum necessitates et intima desideria.

Revera, officium Pontificii Legati adiumento in primis est Episcopis, Sacerdotibus, Religiosis et universis christifidelibus, qui in eodem officio nanciscuntur praesidium et tutelam, propterea quod Legatus Pontificius personam gerit superioris Auctoritatis, ad omnium bonum procurandum natae. Etenim Legati munus nec superimponitur potestati episcopali, neque pro illa substituitur, neque eam praepedit; cum e contrario eam tueatur, ac fraterno prudentique consilio foveat ac roboret. Nam Apostolicae Sedi sollemne semper fuit in Ecclesiae regimine illud Decessoris Nostri Sancti Gregori Magni servare : *Si sua unicuique Episcopo iurisdictio non servetur, quid aliud agitur nisi ut per Nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?* [14]

Attamen Legatorum Nostrorum partes huiusmodi officio, quamvis peramplo, apud singulas Ecclesias exsequendo, nequaquam totae explentur. Re enim vera, ob ius inhaerens in ipso Nostro spirituali munere, faventibus etiam per saeculorum decursum quibusdam historiae eventibus, Legatos Nostros mittimus ad supremas Auctoritates Rerum Publicarum, in quibus Catholica Ecclesia quasi radices egit aut aliquo saltem modo praesens adest.

Neque est infitiandum finem Ecclesiae et Rebus Publicis propositum diversi esse ordinis, atque Ecclesiam et Civitatem, in suo cuiusque ordine, esse societates perfectas, ac propriis inde pollere iuribus et mediis, suisque uti legibus, quacumque uniuscuiusque patet provincia. At verum est etiam utramque ad communis subiecti utilitatem agere, scilicet hominis, a Deo vocati ad salutem adipiscendam aeternam, et in terra collocati ut illam, divina adiutus gratia, sibi comparet opere suo, quo etiam suae suorumque similium prosperitati consulat, in pacifico omnium convictu.

Ex quo consequitur, ut Ecclesia et Civitas eodem quandoque concurrant, utque ad procurandum bonum sive singulorum hominum, sive communitatum populorum, opus sit illis

[14] S. GREGORII M., **Registrum Epistolarum,** II, 285.

apertum conserere sermonem et sinceram inire consensionem, ut scilicet rationes mutuae necessitudinis, consociati operis et mutuo nexu dispositi efficiantur, foveantur, confirmentur, atque, e contrario, vitentur et componantur discidia quae oriri forsitan contingat; eo quidem consilio ut magna spes hominum ad pacem inter Nationes, ad quietem singularum Rerum Publicarum, ad progressionem denique pertinens, tandem impleatur.[15]

Huiusmodi igitur colloquium, dum spectat ad tuendum liberum exercitium actionis Ecclesiae ita ut ipsa muneri sibi a Deo credito par evadat, simul certiores Civitatum moderatores facit de pacificis fructuosisque Ecclesiae propositis, atque efficit, ut ad commune adipiscendum societatis bonum adhiberi possit illud magni pretii subsidium, quod suis spiritualibus viribus suaque ordinatione atque institutis Ecclesia offert. Colloquium autem, mutua fiducia innixum, quod instituitur per illas publicas rationes inter utramque societatem, quas iuris gentium usus et consuetudines invexerunt, id profecto dat, ut consilia utilitatis plena iniri possint et incepta vere omnibus salutaria suscipiantur.

Optatum autem omnium hominum bonae voluntatis, ut Nationum sit pacificus convictus et populorum progressio foveatur, nostris hisce diebus declarant etiam Instituta Internationalia, quae vocantur, quorum scientia, rerum usus, dignitas in promptu sunt omnibus, nulli cum pareant labori ut pax et progressio populorum in tuto ponantur. Rationes autem inter Sanctam Sedem et Consilia Internationalia multiplices sunt, diversamque induunt iuridicam formam. Ad quaedam ex illis Legatos stabiliter constitutos misimus, ut omnibus demonstrent sollicitudinem, qua Catholica Ecclesia prosequitur universaliora civilis convictus argumenta, atque libentissime eisdem impensum praestat auxilium.

Quare, eo ducti consilio, ut in sua luce poneretur locus, quem obtinent Legatorum Nostrorum munera inter varia officia ad Ecclesiae regimen spectantia, utque eorumdem officiorum ordinatio aptius nostrorum temporum necessitatibus responderet, ratione habita etiam muneris pastoralis Episcopo-

[15] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, nn. 1-3: *A. A. 8.* 58 (1966), pp. 1025-1027.**

rum proprii,[16] has quae sequuntur normas de muneribus Legatorum Pontificiorum edere statuimus, simul abrogantes praescripta vigentia iisdem normis quomodocumque contraria.

I

1. Nomine Legatorum Romani Pontificis hic appellantur viri ecclesiastici, plerumque Episcopali Ordine insignes, quibus Romanus Pontifex officium committit suam stabili modo gerendi personam in variis terrarum orbis Nationibus vel Regionibus.

2. Iidem pontificiam legationem exercent vel apud Ecclesias locales tantum, vel apud Ecclesias simul et Res Publicas atque civilia Gubernia. Qui legatione funguntur tantum apud Ecclesias locales, vocantur Delegati Apostolici; si vero ad hanc legationem, indolis religiosae atque ecclesialis, accedit etiam munus publicas fovendi rationes cum Civitatibus et civilibus Guberniis, tunc Legati proprio titulo nuncupantur vel Nuntii, vel Pro Nuntii, vel Internuntii, prouti vel ad ordinem pertinent « Publicorum Legatorum » cum iure partes gerendi Decani in Legatorum coetu, vel hoc iure carent, vel recensentur inter <(Legatos extraordinarios et Administros liberis cum mandatis ».

3. Ob peculiaria adiuncta loci vel temporis, Legatus Pontificius aliis nominibus appellari potest, uti, verbi gratia, « Delegatus Apostolicus et Missus Sanctae Sedis ad Gubernium». Fit etiam ut, stabiliter quidem, sed ad Legati munus supplendum, Legationi Pontificiae praeponatur « Regens », aut « Curam Agens ad Negotia publicis litteris instructus ».

II

1. Personam gerunt Sanctae Sedis ii quoque ecclesiastici et laici viri, qui, ut praepositi vel membra, in Pontificiam Missionem cooptantur apud Consilia Internationalia, aut apud Conferentias et Congressus. Hi vocantur Delegati vel Observatores, prout Sancta Sedes recensetur aut non recen-

[16] **Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 9: *A. A. S.* 58 (1966), pp. 676-677.**

setur inter membra Consiliorum Internationalium, et partem habet in aliqua Conferentia cum aut sine iure suffragii.

2. Similiter personam Sanctae Sedis gerunt membra illa Pontificiae Legationis quae, sive deest sive abest ad tempus eiusdem Legationis praepositus, eius vices supplent tum erga Ecclesiam localem, tum erga Civitatis Gubernium, appellanturque « Curam Agentes ad negotia ad interim ».

3. Normae, quae hoc documento continentur, non respiciunt Delegatos et Observatores Sanctae Sedis, neque « Curam Agentes ad negotia ad interim», nisi de iisdem expressa mentio fiat.

III

1. Romano Pontifici ius nativum et independens competit Legatos suos libere nominandi, mittendi, transferendi et revocandi, servatis normis iuris internationalis, quod attinet ad missionem et revocationem Legatorum apud Res Publicas constitutorum.

2. Munus Legati Pontificii non exspirat vacante Sede Apostolica; cessat autem expleto mandato, revocatione eidem intimata, renuntiatione a Romano Pontifice acceptata.

3. Salvo contrario praescripto Summi Pontificis, pertinet etiam ad Pontificium Legatum norma statuta in Ordinatione Generali Romanae Curiae, qua scilicet ad septuagesimum quintum aetatis annum decernitur eius officium finem habere.

IV

1. Praecipuum ac proprium munus Pontificii Legati est ut firmiora atque efficaciora in dies reddat unitatis vincula, quae inter Apostolicam Sedem et Ecclesias locales intercedunt.

2. Ipse praeterea quasi interpres fit sollicitudinis Romani Pontificis de bono Nationis, in qua legatione fungitur, eique peculiari modo cordi esse oportet quaestiones ad pacem, ad progressum et ad consociatam populorum operam spectantes, eo quidem consilio, ut totius hominum familiae spirituale, morale atque oeconomicum bonum promoveatur.

3. Pontificii Legati est etiam apud moderatores Civitatis, in qua officio suo fungitur, ea quae pertinent ad Ecclesiae et Apostolicae Sedis missionem, consociata cum Episcopis actione, tueri. Quod quidem munus spectat insuper ad illos Legatos, qui non sunt missi ad Civitatum moderatores: iidem igitur contendant fructuosas necessitudines cum civilibus moderatoribus fovere.

4. Quatenus personam gerit Supremi Pastoris animorum, Legatus Pontificius, iuxta mandata et instructiones quae accipit a competentibus Apostolicae Sedis Officiis, et collatis consiliis cum Episcopis loci in quo munere suo fungitur, in regionibus quidem orientalibus praesertim cum Patriarchis, foveat opportuna commercia inter Catholicam Ecclesiam et alios coetus christianos, foveatque rationibus caritate innixis erga Religiones non christianas.

5. Multiplici munere suo Pontificius Legatus fungitur sub ductu et iuxta mandata Cardinalis Secretarii Status eiusdemque Praefecti Consilii pro publicis Ecclesiae negotiis, cui quidem directe rationem reddere debet de perfunctione muneris sibi a Romano Pontifice collati.

V

1. Pontificius Legatus, pro suo ordinario munere, debet Apostolicam Sedem certo tempore, ex veritate et aequitate certiorem facere de condicionibus in quibus versantur Ecclesiae ad quas missus est, deque omnibus illis quae ipsam vitam Ecclesiae et bonum animorum contingunt.

2. Legatus Pontificius, hinc quidem Apostolicae Sedi nuntiat Episcoporum, Cleri, Religiosorum laicorumque fidelium sui territorii consilia et vota; inde vero actorum, documentorum, notitiarum mandatorumque, quae ab Apostolica Sede procedunt, interpres fit apud illos ad quos eadem spectant.

3. Quare singula Dicasteria atque Officia Curiae Romanae Pontificio Legato captas deliberationes significare non omittent ac plerumque ipsius opera utentur, ut deliberationes ad eos, quorum interest, perveniant; itidem etiam Legatum Pontificium consulent circa ea negotia ac decreta, quae ad territorium attinent, in quo ipse degit.

VI

1. Quoad Episcoporum aliorumque Ordinariorum cum Episcopis aequiparatorum nominationem, Legati Pontificii officium est instruere, de more, processum informativum de promovendis, itemque indicem candidatorum vel singula nomina candidatorum idoneorum competentibus Dicasteriis Romanae Curiae proponere una cum accurata relatione, significatis coram Domino propria sententia ac voto, quis nempe ex candidatis sibi magis idoneus videatur.

2. In hoc officio explendo Legatus Pontificius: *a)* libere ac debita cum cautela viros Ecclesiasticos, immo et prudentes Laicos sententiam rogabit, qui magis idonei videantur ad utiles fideque dignas notitias praebendas, iisdem officio iniuncto secreti servandi, quod iubent, uti patet, sive honor iis debitus qui consuluntur, vel de quibus consultatio fit, sive ipsa natura huius consultationis; *b)* aget iuxta normas ab Apostolica Sede statutas de proponendis ad episcopale ministerium in Ecclesia, et Conferentiae Episcopalis competentiam prae oculis habebit; *c)* servabit legitima privilegia concessa vel iure quaesita, nec non quemlibet specialem procedendi modum, ab Apostolica Sede approbatum.

3. Semper integram suam vim retinent tum ius vigens apud Ecclesias Orientales, quoad Episcoporum electionem, tum praxis proponendi candidatos pro iis circumscriptionibus ecclesiasticis, quae religiosis sodalitatibus sunt concreditae et auctoritati Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione sunt obnoxiae.

VII

Firmis manentibus partibus Conferentiarum Episcopalium quoad expromenda vota et consilia de erectione, dismembratione et suppressione dioecesium vel provinciarum ecclesiasticarum, et salva Ecclesiarum Orientalium disciplina, Legatus Pontificius harum quaestionum studium, ubi opus sit, ipse promoveat et quid Conferentia Episcopalis de hac re proponat, una cum proprio voto, competenti Apostolicae Sedis Dicasterio significet.

VIII

1. Quod attinet ad rationes habendas cum Episcopis, quibus ex divino mandato animorum cura in singulis dioecesibus commissa est, Legatus Pontificius, integrum relinquens Episcopis eorum iurisdictionis exercitium, iis opem ferre, consilia dare, prompte generoseque suam operam praestare debet, fraterno consociatae operae spiritu permotus.

2. Ad rationes cum Conferentiis Episcopalibus quod spectat, Legatus Pontificius meminerit earum munera et officia summi esse momenti, ac propterea crebras cum illis relationes esse fovendas, et omnimodam opem praestandam. Quamvis ex iure membrum Conferentiae non sit, nihilominus ipse primo coetui cuiusvis sessionis generalis intererit, salvo iure participandi alios Conferentiae coetus ex ipsorum Episcoporum invitatione aut ex expresso Apostolicae Sedis mandato; praeterea ipsi notae fient tempore utili quaestiones in sessione tractandae, atque exemplar actorum mittetur, ut ipse de his certior reddatur eademque ad Apostolicam Sedem transmittat.

IX

1. Attenta natura iuridica Communitatum Religiosarum iuris pontificii, atque opportunitate roborandi internam earum unitatem earumque coniunctionem intra atque extra fines Nationis, ad Legatum Romani Pontificis spectat consilio et opera adesse Superioribus Maioribus, qui in legationis suae territorio commorantur; eo quidem proposito, ut Religiosorum Religiosarumque Conferentiae promoveantur et confirmentur, atque ut apto inter se ordine conectantur varia Institutorum Religiosorum opera ad actionem pastoralem, ad educationem, ad auxilia egenis praebenda et ad rem socialem spectantia, plene servatis tum normis ab Apostolica Sede latis, tum rationibus cum loci Conferentiis Episcopalibus.

2. Quapropter Legatus Pontificius intererit primo coetui Conferentiarum Religiosorum Religiosarumque, itemque iis actibus qui, inito consilio cum Superioribus Maioribus, ipsius praesentiam postulare videantur; tempore autem utili ipse de

quaestionibus in sessione tractandis certior fiet, eidemque exemplar actorum mittetur, ut ea cognoscat atque ad competens Romanae Curiae Dicasterium transmittat.

3. Votum Legati Pontificii necessarium est, una cum voto Episcoporum, quorum intersit, quotiescumque Congregatio religiosa, cuius Domus Princeps in territorio legationis sita sit, sibi proponit Apostolicae Sedis approbationem et titulum « iuris pontificii » consequi.

4. Ad Instituta Saecularia quod attinet, Legatus Pontificius iisdem muneribus fungitur de quibus in nn. 1, 2, 3, congrua congruis referendo.

X

1. Rationes, quae inter Ecclesiam et Civitatem intercedunt, foventur regulariter a Pontificio Legato, cui munus proprium ac peculiare committitur agendi nomine et auctoritate Apostolicae Sedis : *a)* ut promoveat ac foveat necessitudines inter Apostolicam Sedem et Gubernium Nationis apud quam legationem suam exercet; *b)* ut quaestiones pertractet quae ad rationes inter Ecclesiam et Civitatem pertinent; *c)* ut, denique, peculiari modo tractet de stipulationibus quae « modus vivendi » appellantur, de pactis et concordatis, nec non de conventionibus, quae de negotiis agunt ad ius publicum pertinentibus.

2. In his negotiis expediendis, modo ac ratione, quae rerum adiuncta suadeant, Legatus Pontificius utiliter sententiam et consilium Episcoporum exquiret, eosque certiores faciet de negotiorum cursu.

XI

1. Ubi desit Delegatus vel Observator Sanctae Sedis apud Consilia Internationalia, Legati Pontificii est diligenter persequi agendorum negotiorum rationes ab iisdem Consiliis statutas. Ipsi praeterea curae erit : *a)* de his Apostolicam Sedem statis temporibus certiorem facere; *b)* collatis consiliis cum Episcopis frugiferam mutuamque operam fovere inter Instituta ad auxilium et educationem spectantia ab Ecclesia condita ac cetera similia Instituta, sive his Gubernia intersunt sive non

intersunt; *c)* navitatem Consiliorum Internationalium Catholicorum sustinere ac promovere.

2. Delegati et Observatores Sanctae Sedis apud Consilia Internationalia munus sibi concreditum absolvant, consiliis initis cum Legato Pontificio Nationis, in qua commorantur.

XII

1. Sedes Legationis pontificiae a iurisdictione Ordinarii loci exempta est.

2. Legatus Pontificius in Oratorio suae sedis, potest sacerdotibus concedere facultatem excipiendi confessiones, facultates proprias exercere, ibique actus divini cultus et sacras caerimonias peragere, semper tamen congruenter cum normis in territorio vigentibus et, ubi expediat, certiore facta auctoritate ecclesiastica, cuius intersit.

3. Legato Pontificio fas est, praemonitis, quantum fieri poterit, locorum Ordinariis, in omnibus ecclesiis intra fines suae legationis populo benedicere et officia divina etiam in pontificalibus peragere.

4. Intra suae legationis fines, Legatus Romani Pontificis praecedit Archiepiscopos et Episcopos, non autem Sacri Collegii Membra, neque Patriarchas Ecclesiarum Orientalium, vel in proprio territorio degentes, vel alibi sacra proprio ritu peragentes.

5. Iura et privilegia sive personae sive sedi Pontificii Legati inhaerentia eo consilio concessa sunt, ut ipse Legatus, iis moderate et prudenter utendo, propriam indolem suae legationis clarius manifestet et adimplendum sibi ministerium facilius perficiat.

Quae vero a Nobis hisce Litteris, motu proprio datis, decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse iubemus, contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Iunii, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE EL ORO
(MACHALENSIS)

Praelatura de EI Oro ad dioecesis dignitatem tollitur, « Machalensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem admodum creata omnia quasi insita lege ad suae aetatis perfectionem atque consummationem tendunt, ita Ecclesiae, toto orbe terrarum constitutae, postquam conditae fuerint, ac veluti per prima vitae tempora incesserint, sive caritate crescentes, sive doctrinae soliditate firmatae, sive christianorum numero et frequentia auctae, paulatim cum aetate adolescunt, donec, maturitate corroboratae, sensus mentesque hominum pertractante Spiritu Sancto, laetos omnium virtutum fructus edant. Quod cum feliciter in praelatura de EI Oro factum esset, in qua praeterea a sua constitutione res haud parum immutatae sunt, censuit venerabilis Prater Vincentius Maya, Episcopus titulo Comanensis ponticus atque eius circumscriptionis Praelatus, bene fieri, si eadem Ecclesia ad dignitatem dioecesis eveheretur : per hoc enim maiora usque incrementa religiosae rei afferri. Qua re, Nos, venerabili Fratre Ioanne Ferrofino sententiam rogato, Archiepiscopo titulo Zenopolitano in Isauria atque in Republica Aequatoriana Apostolico Nuntio, suprema Nostra auctoritate haec decernimus. Praelaturam de EI Oro ad gradum dioecesis tollimus, cui nomen erit *Machalensis;* cuius quidem Sedes episcopalis urbs erit Máchala, in qua sacer Praesul domicilium collocabit cathedramque ponet, in templo scilicet Beatae Mariae Virginis de Mercede, quod in cathedralium templorum numerum redigimus, factis iuribus iustis. Quam novam dioecesim suffraganeam constituimus metropolitanae Sedi Conchensi in Aequatore, cuius Metropolitae Episcopus novae Sedis obnoxius erit. Item iubemus ut in ea Ecclesia Canonicorum collegium condatur, per alias sub plumbo Litteras; interea vero Canonicorum loco Consultores deligantur, qui Episcopo assint consilio et opera. Ad mensam quod attinet, fiet illa Curiae emolumentis, fidelium christianorum collationibus, bonis, si qua sunt, quae hucusque praelaturae pertinuerunt. De sacri Seminarii constitu-

tione ea fieri iubemus, quae Codex Iuris Canonici statuit, Concilii Vaticani II decretum « Optatam totius » suadet, regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica praescribunt. Ex eo autem lecti iuvenes, suo tempore, Romam mittantur, in Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophia atque theologia imbuendi. Vix atque nova dioecesis condita fuerit per harum Litterarum effectionem, clerici et Sacerdotes in ea degentes legitimo domicilio, ipsi Ecclesiae accenseantur tamquam proprius clerus. Tandem placet venerabilem Fratrem Vincentium Maya, adhuc Episcopum titulo Comanensem ponticum, et eiusdem Ecclesiae Praelatum, priore Sede solutum, Episcopum Machalensem nominari et creari, dato regimine atque omni administratione rerum religiosarum atque temporalium bonorum. Ceterum, haec omnia, quae mandavimus, venerabilis Frater Ioannes Ferrofino ad effectum adducet, cui omnes facultates facimus, cuilibet, si visum fuerit, delegandas. Re vero peracta, documenta exarentur, quorum exempla sincere conscripta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur, idque cito.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et tricesimo mensis ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. Pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXX, n. 29.

II

PERAMIHOËNSIS
(SONGEANAE)

Abbatia « nullius » Peramihoënsis ad gradum dioecesis extollitur, nomine « Songeana ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod sancta Christi Ecclesia, Deo favente, fines suos magis magisque profert frequentioresque eam populi ac gentes tamquam matrem amplexantur, tantum Nobis gaudii laetitiaeque parit, ut et Ipsi ea libentissimo animo ineamus foveamusque incepta, quae ad animorum bonum assequendum aptius efficaciusque conducant. Quapropter, cum Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, post auditos venerabiles Fratres Petrum Aloisium Sartorelli, Archiepiscopum titulo Seminensem et in Tanzania Pro-Nuntium Apostolicum, atque Hermannum E. Spiess, Episcopum titulo Cemerinianensem et Abbatem circumscriptionis Peramihoënsis, ab Apostolica hac Sede petierit, ut eadem abbatia ad dioecesis dignitatem eveheretur, pro suprema Nostra potestate, qua in universam pollemus Ecclesiam, abbatiam nomine Peramihoènsem ad dignitatem dioecesis attollimus, nomine *ßongeanam,* atque metropolitanae Sedi Daressalaamensi tamquam suffraganeam subicimus, datis iuribus congruis. Praecipimus insuper, ut Episcopi sedes in urbe vulgo Songea ponatur, eiusque magisterii cathedra in principe eiusdem urbis sacra aede; utque pro Canonicorum collegio, quod Apostolicas alias per Litteras condetur, Consultores dioecesani deligantur, qui sacro Praesuli consilio et opera pro opportunitate praesto sint. Mandamus denique ut has Litteras Nostras ad effectum adducat venerabilis Fratres Petrus Aloisius Sartorelli, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, qui etiam de re acta congrua documenta exarari curet, ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini prae-

terea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXX, n.

ALLOCUTIONES

I

Ad Delegatos e Consociatione Luterana v. « Lutheran World Fédération », a Beatissimo Patre coram admissos. *

Chers Frères en Jésus-Christ,

C'est un honneur et une joie pour Nous, de pouvoir vous accueillir en ce jour. Nous aimerions vous exprimer Notre gratitude et Notre bonheur pour le désir que vous aviez, comme représentants de la Fédération luthérienne mondiale, de rencontrer des membres du Secrétariat pour l'unité des chrétiens et des autres organes de la Curie afin de discuter certaines questions regardant les rapports entre l'Eglise catholique romaine et la Fédération luthérienne mondiale.

*** Die 31 mensis maii a. 1969.**

Votre visite Nous est un signe visible du développement considérable des bonnes relations avec votre Fédération au cours des années qui suivirent le deuxième Concile du Vatican. Nous gardons un vif souvenir de la disponibilité avec laquelle la Fédération luthérienne mondiale a participé au Concile par des représentants de qualité. Un ensemble de publications témoigne avec quel intérêt et avec quel soin vos observateurs et d'autres théologiens luthériens ont suivi le Concile et étudié ses décrets. Nous Nous souvenons particulièrement de la **jjème** gegg i011 conciliaire, où le professeur Skydsgaard, représentant de votre Fédération, prit la parole au nom de tous les observateurs du Concile et souligna l'importance fondamentale d'une théologie de l'histoire du salut pour le mouvement œcuménique. Cette tâche sera assumée tout particulièrement par le nouvel Institut œcuménique de Jérusalem.

Nous avons constaté avec grand intérêt dans quelle mesure la collaboration avec la Fédération luthérienne mondiale s'est intensifiée après le Concile. Nous pensons surtout au Groupe mixte de travail entre la Fédération luthérienne mondiale et l'Eglise catholique romaine, qui s'est déjà réuni en 1965 et qui, par la suite, s'est retrouvé chaque année.

Nous Nous réjouissons de voir que depuis trois ans déjà les problèmes d'Evangile et Eglise ont été examinés par cette Commission d'étude luthérienne évangélique :— catholique romaine et Nous sommes convaincu que cette question est l'une des plus centrales qui se dresse encore entre nous, et sans solution, depuis la malheureuse rupture du temps de la Réforme.

Avec le premier rapport du Groupe mixte de travail luthérien-catholique, Nous tenons à souligner que « les divergences profondes qui se sont manifestées entre l'Eglise catholique romaine et les Eglises luthériennes ne doivent pas être passées sous silence. Qu'elles soient reconnues ouvertement et qu'elles soient prises en sérieuse considération de chaque conviction ». Nous avons d'ailleurs l'espérance que de nouvelles voies et de nouvelles possibilités de compréhension et de vision commune s'ouvriront sous l'inspiration de l'Esprit-Saint, à condition que nous affrontions les difficultés avec patience, sérieux, loyauté et dans une atmosphère de charité. Plein de confiance en Pamour du Père pour nous, cet amour qui a trouvé son expression la plus sublime dans la croix du Christ, nous prions de pouvoir être tous portés à cette Unité telle que Notre-Seigneur l'a désirée.

Nous n'ignorons pas que la coopération entre la Fédération luthérienne mondiale et l'Eglise catholique romaine ne s'est pas simplement limitée au domaine théologique, mais qu'elle a donné naissance à tout un ensemble de contacts œcuméniques au cours des années écoulées.

Votre visite est une cause de joie pour Nous en ce qu'elle ouvre de nouvelles perspectives de collaboration et de dialogue avec l'Eglise catholique romaine, afin de réaliser toujours mieux notre unité fondamentale au Christ. Laissez-Nous vous exprimer combien votre sérieux et votre loyauté envers notre Seigneur commun — le Christ Jésus — Nous ont impressionné.

En cette semaine de Pentecôte, où nous commémorons l'effusion de l'Esprit-Saint, nous reprenons particulièrement conscience combien l'événement de la réconciliation entre tous les chrétiens dans la seule et unique Eglise du Christ dépasse nos forces et nos capacités humaines.

C'est pourquoi Nous mettons toute Notre espérance en la prière du Christ pour son Eglise, en l'amour du Père pour nous, en la force de l'Esprit-Saint. « Et l'espérance ne déçoit point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit qui nous fut donné ».[1]

II

In aëronavium portu v. « Cointrin » habita, ad Excellentissimum Virum Ludovicum Von Moos, Foederatarum Helveticarum Civitatum Praesidem, ad ceterasque Auctoritates, qui Beatissimum Patrem Genavam advenientem comiter exceperunt. *

Monsieur le Président,

Les nobles paroles par lesquelles vous Nous accueillez à Notre arrivée sur la terre hospitalière de la Suisse Nous touchent profondément. Nous vous en remercions, et Nous avons plaisir à saluer, en votre personne, l'ensemble des populations de la Confédération Helvétique, chères à Notre cœur depuis bien longtemps et pour de multiples raisons.

Nous saluons également avec la plus déférente cordialité les Autorités qui vous entourent et qui sont, à divers titres, représentatives de la Ville et du Canton de Genève.

[1] *Rom.* 5, 5; cfr. Décret sur l'Œcuménisme, 24.

* Die 10 mensis iunii a. 1969.

Un salut tout spécial à vous aussi, Monsieur le Directeur Général de l'Organisation Internationale du Travail, qui avez voulu Nous adresser, dès Notre arrivée, des paroles si délicates.

Oui, Notre joie est grande d'avoir pu accepter votre aimable invitation et venir fêter ici, à Genève, le cinquantième anniversaire de l'Organisation que vous présidez avec tant de distinction.

Ce bref séjour Nous procurera aussi l'occasion d'autres rencontres, dont Nous aimons à penser qu'elles pourront être riches d'heureuses conséquences à bien des égards.

Nous sommes reconnaissant à la Divine Providence, qui a bien voulu guider Nos pas jusqu'à cette ville célèbre, porteuse de tant de souvenirs, et siège aujourd'hui de tant de bienfaisantes institutions. En vous remerciant tous de votre cordial accueil, Nous invoquons sur ce Pays et en particulier sur ses dignes Représentants et sur tous ceux qu'il Nous sera donné d'y rencontrer, l'abondance des divines bénédictions.

III

A Beatissimo Patre habita Genavae, in Aedibus Nationum, ad Delegatos e variis Civitatibus, qui Coetui interfuerunt quinquagesimo anno volvente a condito Instituto quem v. « Organisation Internationale du* Travail » appellant. *

Monsieur le Président,
Monsieur le Directeur général,
Messieurs,

1. C'est pour Nous un honneur et une joie de participer officiellement à cette Assemblée, à l'heure solennelle où l'Organisation internationale du travail célèbre le cinquantième anniversaire de sa fondation. Pourquoi sommes-Nous ici? Nous n'appartenons pas à cet organisme international. Nous sommes étranger aux questions spécifiques, qui trouvent ici leurs bureaux d'étude et leurs salles de délibération, et notre mission spirituelle n'entend pas intervenir en dehors de son domaine propre. Si Nous sommes ici, c'est, Monsieur le Directeur, pour répondre à l'invitation que vous Nous avez si aimablement adressée. Et

*** Die 10 mensis iunii a. 1969.**

Nous sommes heureux de vous en remercier publiquement, de vous dire combien Nous avons apprécié cette démarche si courtoise, combien Nous en mesurons l'importance, et de quel prix Nous apparaît sa signification.

/. Nullement étranger à la grande cause du travail - Mais ami

2. Sans compétence particulière dans les discussions techniques sur la défense et la promotion du travail humain, Nous ne sommes pourtant nullement étranger à cette grande cause du travail, qui constitue votre raison d'être, et à laquelle vous consacrez vos énergies.

3. Dès sa première page, la Bible dont Nous sommes le messager nous présente la création comme issue du travail du Créateur [1] et livrée au travail de la créature, dont l'effort intelligent doit la mettre en valeur, la parachever pour ainsi dire en l'humanisant, à son service.[2] Aussi le travail est-il selon la pensée divine, l'activité normale de l'homme,[3] et se réjouir et jouir de ses fruits un don de Dieu,[4] puisque chacun est tout naturellement rétribué selon ses œuvres.[5]

4. A travers toutes ces pages de la Bible, le travail apparaît comme une donnée fondamentale de la condition humaine, au point que, devenu l'un de nous,[6] le Fils de Dieu est devenu aussi en même temps un travailleur, qu'on désignait tout naturellement dans son entourage par la profession des siens : Jésus est connu comme « le fils du charpentier ».[7] Le travail de l'homme acquérait par là les plus hautes lettres de noblesse que l'on pût imaginer, et vous les avez voulu présentes à la place d'honneur, au siège de votre Organisation, par cette admirable fresque de Maurice Denis consacrée à la dignité du travail, où le Christ apporte la Bonne Nouvelle aux travailleurs qui l'entourent, fils de Dieu eux aussi et tous frères.

5. S'il ne Nous appartient pas d'évoquer l'histoire, qui a vu naître et s'affermir votre Organisation, Nous ne pouvons du moins passer sous silence, en ce pays hospitalier, l'œuvre de pionniers tels que Mgr Mermillod et l'Union de Fribourg, l'admirable exemple donné

[1] **Cr. *Genèse,* 2, 7.**
[2] **Cf. *Genèse,* 1, 29 et *Populorum progressio,* 22.**
[3] **Cf. *Psaume,* 104, 23 et *Ecclésiastique* 7, 15.**
*** Cf. *Ecclesiaste* 5, 18.**
[5] **Cf. *Psaume* 62, 13 et 128, 2; *Matthieu* 16, 27; *1 Corinthiens* 15, 58; *2 Thessaloniciens* 3, 10.**
[6] **Cf. *Jean* 1, 14.**
[7] ***Matthieu* 13, 55.**

par l'industriel protestant Daniel Le Grand, et la féconde initiative du catholique Gaspard Decurtins, premier germe d'une Conférence internationale sur le travail: Comment pourrions-Nous aussi oublier, Messieurs, que votre premier directeur avait à cœur, pour le 40ème anniversaire de l'encyclique de Léon XIII sur les conditions du travail, de rendre hommage aux « ouvriers tenaces de la justice sociale, entre autres ceux qui se réclament de l'encyclique *Rerum Novarum* ».[8] Et, dressant le bilan de *Dix ans d'Organisation Internationale du Travail,* les fonctionnaires du *Bureau International du Travail,* n'hésitaient pas à le reconnaître : « Le grand mouvement issu, au sein de l'Eglise catholique, de l'encyclique *Rerum Novarum,* a prouvé sa fécondité)).[9]

6. La sympathie de l'Eglise pour votre Organisation, comme pour le monde du travail, ne cessait dès lors de se manifester, et tout particulièrement dans l'encyclique *Quadragesimo anno* de Pie XI,[10] dans l'allocution de Pie XII au Conseil d'administration du Bureau International du Travail,[11] dans l'encyclique *Mater et Magistra* de Jean XXIII exprimant sa «cordiale estime envers l'O.I.T. ...pour sa contribution valide et précieuse à l'instauration dans le monde, d'un ordre économique et social imprégné de justice et d'humanité, où les requêtes légitimes des travailleurs trouvent aussi leur expression ».[12] Nous-même avions la joie, au terme du Concile œcuménique du Vatican, de promulguer la Constitution pastorale *Gaudium et spes* élaborée par les évêques du monde entier. L'Eglise y réaffirme la valeur du « gigantesque effort de l'activité humaine individuelle et collective », tout comme la prévalence du travail des hommes sur « les autres éléments de la vie économique, qui n'ont valeur que d'instruments », avec les droits imprescriptibles et les devoirs que requiert un tel principe.[13] Notre encyclique *Populorum Progressio,* enfin, s'est employée à faire prendre conscience de ce que « la question sociale est devenue mondiale », avec les conséquences qui en découlent pour le développement intégral et solidaire des peuples, le développement qui est « la nouveau nom de la paix ».[14]

[8] Cité par A. Le Roy, *Catholicisme social et Organisation Internationale du Travail,* Paris, Spes, 1937, p. 16.

[9] *Dix ans d'Organisation Internationale du Travail,* Genève, B.I.T., 1931, p. 461.

[10] Encyclique *Quadragesimo anno,* 15 maii 1931, n. 24.

[11] Allocution du 19 novembre 1954.

[12] Encyclique *Mater et Magistra,* 15 maii 1961, n. 103.

[13] Constitution pastorale *Gaudium et spes,* 7 décembre 1965, n. 34 et 67-68.

[14] Encyclique *Populorum progressio,* 26 mars 1967, n. 3 et 76.

Grazie dei vostri auguri. Grazie al Signor Cardinale Decano, che per tutti se ne rende interprete con la sua abituale cortesia e con il

* Die 23 mensis iunii a. 1969.

suo autorevole realismo. L'espressione di sentimenti così nobili e così ispirati dalla coscienza dell'ufficio apostolico a Noi affidato e da voi efficacemente coadiuvato nel suo non facile esercizio, mediante la comune comprensione del mistero della Chiesa, dal quale esso deriva, mediante l'adesione spirituale e pratica alla Nostra quotidiana fatica, mediante la visione vigilante ed amorosa dei bisogni e delle speranze del nostro tempo, Ci è di grande conforto; e, mentre sostiene l'animo Nostro nel compimento dei suoi ardui doveri, Ci obbliga ad una sincera ed umile riflessione sulla sproporzione fra le Nostre troppo esigue forze personali e le immense e soverchianti esigenze dei Nostri doveri, così da apprezzare soprattutto nei voti, che amabilmente Ci presentate, l'assicurazione delle vostre preghiere per ottenere dal Signore quell'ausilio, che solo può colmare le Nostre deficienze, dare efficacia all'opera Nostra, ottenere per Noi e per la Chiesa e l'umanità intera, che portiamo nel cuore, le grazie di luce e di salvezza proprie della divina misericordia.

Un più trepido desiderio, un più intrepido proposito di assoluta fedeltà al Nostro impegno apostolico Ci nascono perciò nel cuore, e sentiamo sorgere in Noi una maggiore fiducia che Colui il Quale solo regge le sorti della sua Chiesa guiderà il cammino del Nostro pontificato, secondo i suoi misteriosi e sempre amorosi disegni.[1]

Ella, Signor Cardinale, ha accennato ad alcune difficoltà che in tale cammino Noi oggi incontriamo. Ebbene, sì, esse esistono, e a tutti sono note. Sono anzi più varie e più numerose che non quelle a cui Ella si riferisce.

Alcune di queste difficoltà Ci sembra nascondano pericoli gravi per la Chiesa di Dio, e costituiscano pesanti responsabilità per coloro che ne sono causa; due maggiori fra le tante. E sono: un minore senso dell'ortodossia dottrinale verso quel geloso « deposito » della fede,[2] che la Chiesa ha ereditato dalla originaria predicazione apostolica, espressa nella Sacra Scrittura e nella autentica Tradizione, e che essa ha scrupolosamente meditato e attestato nel suo responsabile insegnamento, sotto la guida, promessa da Cristo,[3] dello Spirito Santo.[4] E parimente Ci sembra causa di molteplici malanni, che tutti dobbiamo deplorare se davvero amiamo la Chiesa, una certa diffusa sfi-

[1] Cfr. *PMI.* 1, 6; *1 Petr.* 5, 10.
[2] Cfr. *1 Tim.* 6, 20.
[3] *Io.* 16, 13.
[4] Cfr. Cost. dogm. de divina revel. *Dei Verbum,* n. 8.

ducia verso l'esercizio del ministero gerarchico che, per mandato di Cristo, unisce e guida il Popolo di Dio ai vari livelli della sua compagine. Oggi non è facile avere un posto di responsabilità nella Chiesa. Non è facile reggere una diòcesi, e ben comprendiamo le condizioni nelle quali debbono svolgere il loro compito i Nostri Fratelli nell'Episcopato. Non possiamo poi essere insensibili alle critiche, non tutte esatte, e non tutte giuste, né sempre riguardose e opportune, che da varie parti si rivolgono verso questa Sede Apostolica, sotto l'appellativo più facilmente vulnerabile di Curia Romàna. Ci sarebbe facile e fors'anche doveroso rettificare certe asserzioni relative a queste dense e conclamate obiezioni; ma pensiamo che il Popolo di Dio, informato della verità delle cose, e illuminato dalla speranza, che procede dalla carità, le potrà fare facilmente da sé. Noi diremo soltanto che meditiamo serenamente le rimostranze rivolte verso questa Sede Apostolica, con un duplice sentimento nell'animo : quello d'umile e sincera obiettività, pronta a considerare le ragioni plausibili di questi contrastanti atteggiamenti, disposta a modificare le posizioni puramente giuridiche esistenti, quando risulti ragionevole il farlo, desiderosi come siamo di rinnovare continuamente ed interiormente lo spirito della legislazione canonica, per un migliore servizio della Chiesa e per uno sviluppo benefico ed efficace della sua missione nel mondo contemporaneo e parimente con la propensione a comprendere e ad accogliere le buone aspirazioni particolari di un legittimo pluralismo nell'unità. Prova di questo Nostro sentimento, anzi di questo proposito, da voi condiviso e da tutta la Curia Romana, sono la convocazione del Sinodo straordinario, e il grande lavoro in corso della revisione del Diritto Canonico mediante larghe e molteplici consultazioni; come lo sono i continui atti da Noi emanati e dai Dicasteri della Curia medesima, quello, ad esempio, lungamente studiato e d'imminente pubblicazione circa la funzione delle Rappresentanze Pontificie, in conformità al voto del Concilio;[5] così diciamo dei numerosi e susseguenti documenti circa la riforma liturgica, anch'essa voluta dal Concilio, di cui Noi intendiamo fedélmente mandare ad esecuzione la volontà. Possiamo anche aggiungere che è Nostro intendimento raccogliere con amorosa attenzione le varie voci, che si sono espresse nella Chiesa, circa il rinnovamento della vita sacerdotale, per ascoltarne le aspirazioni conformi al vero concetto del Sacerdozio cattolico e del suo indispensabile ministero,

[5] Cfr. Decr. de past. Episcóp. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 9.

alla sua confacentc preparazione, al suo migliore perfezionamento, alla sua organica partecipazione alla vita diocesana, al suo più efficace inserimento nella moderna società.

L'altro sentimento è quello di una grande fiducia, che non vogliamo negare a quelle stesse persone, da cui provengono le contestazioni e le deviazioni, alle quali facevamo cenno, perché vogliamo ammettere in questi figli della Santa Chiesa una loro intenzionale rettitudine di fondo e vogliamo insieme riconoscere il perpetuo bisogno che le cose nostre hanno di correggersi e di perfezionarsi; bisogno tanto più urgente quanto maggiori ¿ono le odierne esigenze di un continuo rinnovamento ecclesiale. Ma, com'è ovvio, la Nostra maggiore fiducia per la difesa e per l'incremento della Chiesa in quest'ora importante è nella Chiesa stessa : è nell'Episcopato, è nel Clero, è nei Religiosi, è nel Laicato cattolico, è nella schiera incalcolabile delle anime buone, che in silenzio pregano, lavorano, soffrono per la causa del Regno di Cristo. A quanti giunge notizia di questo Nostro affidamento sulla loro cooperazione sappiano che li abbiamo molto cari, che li esortiamo a crescere nel fervore e nell'operosità, che preghiamo per loro e che di cuore li benediciamo.[6]

Ed ora concedeteci qualche altro momento della vostra benevola ascoltazione.

È ormai abituale in questi Nostri incontri con Voi, Signori Cardinali, spingere il Nostro sguardo all'orizzonte delle Nazioni, vicine e lontane, tutte prossime al Nostro cuore, ed aprirvi il Nostro animo su problemi e situazioni che costituiscono motivo di apprensione per l'umana famiglia ed ostacolo alla tanto auspicata intesa tra i popoli e ad una più stretta collaborazione tra le Nazioni, nell'interesse supremo della pace. Non vi meraviglierete se anche questa volta lo facciamo, benché, purtroppo, per ripetere sentimenti, angosce, voti ed esortazioni ben note, più che per confidarvi notizie di risultati, o di speranze, di realizzazioni già in atto. Valga, questo Nostro ripeterli, almeno a ricordare alla Cristianità e all'umanità — portata talvolta a non avvertire più, come è doveroso, situazioni che si prolungano negli anni — dolori e pericoli che esigono di essere risolutamente affrontati nell'interesse di chi ne è vittima e del mondo intero.

[6] Cfr. *PUL* 1, 8-11.

Ed il Nostro pensiero corre subito a quel lembo di terra dell'Estremo Oriente, dove tuttora sono in corso aspri combattimenti e vaste operazioni belliche.

È veramente triste il dover notare come nel Vietnam le nuove generazioni neppure sappiano che cosa significhi la parola pace. E che cosa possono pensare bambini e giovani, i quali attorno a sé non vedono che rovine e distruzioni; non sentono parlare che di azioni militari, di atti di terrorismo e di sabotaggio; non odono, che il crepitio delle mitraglie e lo scoppio assordante di bombe, oppure ascoltano inviti ad una continua vigilanza per non essere vittime di insidiosi pericoli che ovunque li circondano?

La Provvidenza, nella sua bontà, ci riserva spesso la possibilità di incontri con gruppi di Vietnamiti, che a Noi accorrono per udire una parola di incoraggiamento, di sostegno e di speranza. E sentiamo una stretta al cuore, nello scorgere su quei volti un'ansia ed un desiderio : l'ansia ed il desiderio di poter finalmente sperimentare nella loro vita che cosa sia la pace, quali frutti comporti la pace.

Per il ritorno della tranquillità, dell'ordine e della pace nel già tanto provato Vietnam, voi ben lo sapete quanto abbiamo fatto e ciò che vorremmo fare.

Ancora una volta vogliamo rinnovare a tutte le parti coinvolte nel conflitto il Nostro pressante ed accorato appello ad affrettare l'avvento della pace; quella pace vera che, per essere giusta e duratura, deve assicurare il rispetto della persona umana e rispondere pienamente alle legittime aspirazioni di coloro che a non altro aspirano se non alla libertà e all'indipendenza della loro Patria.

Alla considerazione poi di coloro ai quali è stato affidato l'arduo compito di gettare le basi di questa pace, Noi vorremmo richiamare un problema che per il suo carattere umano merita il Nostro particolare interessamento; il problema cioè di due speciali categorie delle vittime del conflitto : quella dei profughi, dei derelitti e di quanti sono costretti ad abbandonare il proprio focolare, e quella dei prigionieri, per i quali spesso anche l'impossibilità di avere contatti epistolari con i propri cari rende ancor più triste e duro l'esilio.

Le cronache non danno talvolta il dovuto risalto a questa angosciosa realtà del conflitto vietnamita; ma quanto Ci è dato conoscere basta per rendere vivo il Nostro dolore.

Norme ed ordinamenti internazionali regolano il trattamento che deve essere riservato ai prigionieri di guerra. Noi facciamo voti nel-

l'interesse comune che come tali siano considerati quelli caduti in mano avversaria e convenientemente trattati. Ad ogni modo, al di sopra di ciò che è formalmente sancito, altre norme esistono non meno vincolanti : sono quelle del sentimento umano di rispetto e di compassione, che dovrebbero ispirare l'azione delle Autorità responsabili verso questi combattenti ad una magnanimità più grande e più nobile.

Per questa speciale categoria di persone colpite dolorosamente dalle conseguenze del conflitto, Noi osiamo rinnovare la Nostra preghiera, perché meno triste e penosa sia resa la loro sorte.

Abbiamo visto con piacere che, tra i vari piani avanzati da parti interessate, per la soluzione negoziata del conflitto, figura anche quello relativo ai prigionieri. Vorremmo perciò sperare che, convenientemente risolto questo punto, anche il cammino verso la pace divenga più spedito.

Dèi pari, il Nostro pensiero non può non tornare alle regioni nigeriane, dove purtroppo perdura — con le sue atroci conseguenze di sofferenze e di lutti — l'aspro conflitto fraterno.

Quante volte — anche nei giorni ultimamente passati — abbiamo fatto appello alle due parti in lotta e a qualsiasi altra Autorità, che Ci è stato consentito di avvicinare, o di fare avvicinare, perché tutto il possibile fosse fatto per sostituire le trattative alle armi, nella ricerca di una soluzione onorevole e soddisfacente per tutti!

Il mondo sembra talvolta essersi ormai assuefatto a quella dolorosissima vicenda, e manca così al suo dovere di solidarietà umana e cristiana. È solidarietà 'quella che invia il pane ai bambini e agli innocenti che muoiono di fame; non è solidarietà quella che alimenta con armi la guerra fratricida; è solidarietà quella che ricerca ed attua ogni tentativo per indurre le parti a una ragionevole conclusione del conflitto; non è solidarietà quella che se ne disinteressa, fosse anche soltanto per lo scoraggiamento prodotto dai passi già invano compiuti.

Abbiamo fatto sapere e ripetiamo che Noi siamo pronti a fare qualsiasi cosa, a intraprendere qualsiasi iniziativa in Nostro potere, per favorire incontri di pace. La Santa Sede non parteggia per nessuna delle parti in guerra; non ha propri interessi legati all'una o all'altra soluzione. Il solo Nostro interesse è l'adempimento del Nostro mandato di pace e di carità.

La inquietante situazione nel Medio Oriente poi non può non far riflettere sul pericolo che la fragile tregua, rotta da frequenti episodi

bellici, possa degenerare in più ampi conflitti e condurre ad altre irreparabili rovine.

Dinanzi all'urgenza del problema e alla gravità delle circostanze, le quattro Potenze alle quali sono riconosciute maggiori possibilità d'influsso, anche per la speciale condizione ad esse fatta nel Consiglio di Sicurezza dell'ONU, hanno iniziato, com'è noto, lo scorso aprile, conversazioni nel quadro della Risoluzione delle Nazioni Unite, del 22 novembre 1967, e nell'intento di facilitare la missione dell'Inviato nel Medio Oriente dal Segretario Generale dell'ONU.

Questo fatto ha ravvivato non illegittime speranze di una prossima intesa, per un regolamento concordato delle varie questioni.

Convinti, come siamo, che i mezzi pacifici sono l'unica via civile e umana per comporre i dissidi tra i popoli, non possiamo non considerare favorevolmente tale iniziativa e auguriamo che un accordo sia raggiunto, in modo da favorire una soluzione che si presenti onorevole e duratura per le parti in contrasto.

Sempre è presente nel Nostro animo il pensiero degli interessi specialissimi, che il mondo cattolico e la cristianità intera affermano a buon diritto per la tutela dei Luoghi Santi, delle istituzioni e delle genti cristiane in quella Terra benedetta e tormentata; e non Ci abbandona la segreta speranza che la comune fede religiosa monoteista di quelle popolazioni concorra finalmente a stabilire onorevolmente fra loro la giustizia e la pace.

Non dimentichiamo perciò mai, nella Nostra preghiera al Signore, quanti soffrono e quanti si trovano in pericolo, e non abbiamo tralasciato occasione, nei Nostri incontri con Autorità e persone sulle quali gravano responsabilità negli affari internazionali, per parlare del Medio Oriente, e per secondare ogni possibile tentativo e sforzo di pacificazione, richiamando segnatamente l'importanza del problema dei rifugiati.

La Santa Sede è sempre disposta a dare tutto l'appoggio e l'aiuto che le sarà possibile ad ogni seria ed utile iniziativa in tale senso.

La Nostra attenzione cordiale e spirituale è altresì attirata verso altre situazioni, ben differenti da quelle ora accennate e ben diverse fra loro, ma tutte, a vario titolo, ora meritevoli del Nostro particolare interesse, come quelle dell'America Latina, dei Paesi dell'Europa Orientale e dell'Africa, dove Ci proponiamo prossimamente di recarci.

Sono motivo di apprensione per il Nostro cuore di Padre e di

Pastore, le tensioni che, per un complesso di circostanze, vanno acuendosi in alcuni Paesi. A tali tensioni non è estraneo, Noi pensiamo, il ritardato riconoscimento di legittime aspirazioni della persona umana, quali la libertà e la giustizia, maturate nella coscienza contemporanea e capaci di creare un ambiente di serena ed operante collaborazione tra le classi sociali.

Noi formuliamo ardenti voti affinché, soprattutto nei Paesi di antica e radicata tradizione cristiana, i responsabili della cosa pubblica si sentano incoraggiati a mettere in atto tutti i mezzi in loro potere per soddisfare quelle ragionevoli aspirazioni ed assicurare ai loro popoli un quieto e insieme dinamico vivere sociale.

Un pensiero di paterno affetto, non privo di qualche apprensione, Ci consentirete di rivolgere alla Spagna, a quei nostri venerati Fratelli nell'Ordine Episcopale, ai figli carissimi fra tutti, che l'Ordine sacro rende parimente nostri fratelli e collaboratori nel ministero della salvezza, al mondo operaio, ai giovani e al popolo tutto di quella diletta Nazione.

Certe situazioni non lasciano talvolta quei Nostri figli indifferenti, e provocano reazioni che non possono certo trovare sufficiente giustificazione nell'impeto di una giovanile esuberanza, ma possono tuttavia suggerire almeno una indulgente comprensione.

Noi auspichiamo per quel nobile Paese ordinato e pacifico progresso, e auguriamo a tale scopo che non venga meno il sapiente coraggio nella promozione della giustizia sociale, i cui principi la Chiesa ha così spesso chiaramente delineati.

Ai Vescovi, pertanto, che sappiamo lodevolmente impegnati nell'annuncio fedele del Vangelo, rivolgiamo preghiera di svolgere anche una infaticabile opera di pace e di distensione, per portare avanti con lungimirante chiaroveggenza l'affermazione del Regno di Dio in tutte le sue dimensioni. La presenza attiva dei Pastori in mezzo al gregge — e Ci auguriamo possa avvenire con sollecitudine anche per le diocesi vacanti — e la loro opera sempre inconfondibile di uomini di Chiesa varranno a scongiurare il ripetersi di episodi incresciosi e condurrà — ne siamo certi — sul retto cammino specialmente le buone aspirazioni del Clero, e soprattutto di quello più giovane.

Ai Sacerdoti tutti inviamo una paterna benedicente parola di incoraggiamento, di conforto e di augurio, facendo voti che essi abbiano

sempre davanti a sé nitida la visione dei loro primordiali doveri, operando in stretta nnione con i loro Vescovi.

Vi sono altre questioni di grande interesse, che non tanto si riferiscono a luoghi determinati, quanto piuttosto alle condizioni spirituali degli uomini del nostro tempo; e prima fra esse è la questione della gioventù, oggi attraversata da inquietudini strane e pericolose, e nello stesso tempo aperta a più alte concezioni della vita, che non quelle d'una società tecnicamente e culturalmente progredita, ma priva di superiori e sicuri ideali morali e religiosi.

Accenniamo a tutti questi aspetti dell'ora presente, affinché vogliate ricordarvi quanto sia grave e insieme impegnativo il compito Nostro, e vogliate esserOi larghi della vostra indulgenza e dell'aiuto dell'opera vostra e delle vostre preghiere.

Profittiamo infine di quest'occasione per anticipare a voi una notizia, che riguarda un nuovo ed insigne membro del Sacro Collegio, e tocca da vicino gli interessi della Chiesa in Italia e sotto certi aspetti anche quelli di tutta la Chiesa. Abbiamo nominato Arcivescovo di Cagliari il Signor Cardinale Sebastiano Paggio. Siamo convinti d'aver compiuto un atto significativo ed importante per due precipui motivi; e cioè per immettere nella vita pastorale un Ecclesiastico di grandi attitudini, da lui egregiamente dimostrate nel servizio diplomatico della Santa Sede e con grande Nostra soddisfazione. Avremmo potuto e voluto trattenerlo vicino a Noi per l'utilità di qualche Dicastero della Curia Romana (ch'egli del resto continuerà a servire con la sua esperta e preziosa collaborazione) ; ma, conoscendo quale preparazione e simpatia egli abbia per il ministero giovanile e popolare, abbiamo profittato della sua generosa ed esemplare disponibilità per affidargli un incarico, che stimiamo molto importante e ben degno d'un Cardinale di Santa Romana Chiesa. E l'altro motivo di questa deliberazione si è il desiderio Nostro di onorare la sede arcivescovile di Cagliari e di dare ad essa, come alla Chiesa di Sardegna, un Pastore per coltura, per virtù e per zelo quanto mai idoneo all'incremento spirituale dell'arcidiocesi e dell'isola intera. Non sarà per il Card. Baggio senza valore di merito e di esempio l'accettazione della missione pastorale che gli abbiamo offerta, come certo non sarà senza frutto per la gloria di Cristo e la causa della Chiesa sarda e italiana l'opera sua, che Noi colmiamo fin d'ora con le Nostre benedizioni.

E un'ultima parola. Come già accennato sopra, è convocato per il prossimo ottobre, a Roma, come è stato annunciato, il Sinodo Episcopale straordinario. Ecco davvero un avvenimento importante per il tema principale che sarà trattato in quella occasione: le Conferenze Episcopali, nuove e perfezionate strutture nella Chiesa cattolica, che per le funzioni ad esse riconosciute e conferite, per la fisionomia etnico-canonica che esse rivestono, per il decentramento e per le relazioni ch'esse mettono in essere rispetto alla Sede Apostolica, per i rapporti ch'esse potranno fra loro stabilire, rappresentano un passo significativo nell'attuazione del Concilio Ecumenico, il quale, se compiuto con saggezza ed equilibrio, potrà valorizzare con migliore evidenza e con maggiore funzionalità le due note caratteristiche della Chiesa medesima : la sua cattolicità e la sua unità, secondo il progrediente disegno di Cristo nella nostra storia pellegrina verso l'incontro finale di Lui, nostro Signore e nostro Amore.

Grati di questa vostra visita, Signori Cardinali, tutti di cuore vi benediciamo.

XII

Sodalibus ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, qui Romae Generali Coetui religiosae suae communitatis disciplinae renovandae interfuerunt. *

Nunc autem vos alloquimur, dilecti Filii ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, qui ex omnibus orbis regionibus Romam convenistis ad Capitulum Generale speciale celebrandum. Paterna cum benevolentia vos coram excipimus ac plurimi aestimamus propositum, quod vos huc hodie adduxit, ut Beati Petri Successori fidem, caritatem et observantiam vestram obtestaremini.

Capitulum speciale, sicut ceterae religiosae familiae, indixistis, ut, Concilii Oecumenici Vaticani II normis obtemperantes, renovationi consuleretis disciplinae vestrae; atque hac de causa a Nobis verba quaedam certe exspectatis, quae vos in suscepto opere ducant, illuminent, conforment. Nihil aliud vobis aptius proponere putamus, quam ut in vestram memoriam revocemus monitum ipsius Concilii, vi cuius vitae religiosae renovatio complectitur « continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem

*** Die 25 mensis iunii a. 1969.**

et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones ».[1] Quare operam dantes ut facies externa vestri Ordinis ad nostrorum temporum rationem accommodetur, prorsus necesse est, ut ad Legiferum Patrem vestrum semper intueamini, novasque normas apparetis numquam contra, semper vero secundum eius spiritum, qui est spiritus orationis, austeritatis vitae, paupertatis, ac praesertim incensissimi amoris erga Iesum Christum et proximos. Qua in re, Iesu Christi gratiam ac Sancti Francisci deprecationem certe scitis vobis numquam fore defuturas.

Haec ut feliciter eveniant, preces Nostras pro vobis libenter ad Deum fundimus, et Apostolicam Benedictionem vobis impertimus.

[1] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis, n.* 2.

ACTA CONSILII PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

Ut consilia et optata plurium Conferentiarum Episcopalium de ordinandis rectius coetibus Synodi Episcoporum exciperentur et suum obtinerent locum, Summus Pontifex peculiari Commissioni munus attribuit recognoscendi et aptis additis normis perficiendi « Ordinem Synodi celebrandae » editum die 8 Decembris 1966. Huius vero Commissionis nunc conclusiones ratas habere Beatissimus Pater dignatus est et iussit praesentem « Ordinem Synodi Episcoporum celebrandae recognitum et auctum » edi et ab omnibus, quorum interest, religiose servari.

Datum Romae, die 24 mensis Iunii anno Domini 1969.

J. **Card.** VILLOT
a publicis Ecclesiae negotiis

ORDO SYNODI EPISCOPORUM CELEBRANDAE RECOGNITUS ET AUCTUS

PARS PRIMA

DE SUPREMA POTESTATE DEQUE PERSONIS IN SYNODO EPISCOPORUM PARTEM HABENTIBUS

CAPUT I

De Summo Pontifice

Art. 1

(De Summi Pontificis potestate)

Summi Pontificis unice est :

1° Convocare Synodum Episcoporum, quotiescumque id ipsi opportunum visum erit, loco etiam designato ubi coetus habendi erunt;

2° Ratam habere Membrorum seu Sodalium electionem;

3° Statuere argumenta quaestionum pertractandarum;

4° Decernere ut materia rerum pertractandarum iis mittatur, qui harum quaestionum tractationi interesse debeant;

5° Statuere ordinem rerum agendarum;

6° Praeesse Synodo per se vel per alios;

7° Synodum ipsam transferre, suspendere, dissolvere, circa eiusdem vota deliberare.

CAPUT II

De Praeside Delegato

Art. 2

(De Praesidis Delegati nominatione)

§ 1. Praeses Delegatus nomine et auctoritate Summi Pontificis coetui Synodi Episcoporum praeest.

§ 2. Praeses Delegatus a Summo Pontifice nominatur, eiusque munus cessat post absolutum coetum, pro quo nominatus est.

§ 3. Si Summus Pontifex plures deputaverit, qui coetui praesint, hi officio fungentur sibi inter se succedentes, ordine ab ipso Summo Pontifice statuto.

Art. 3

(De Praesidis Delegati muneribus)

Praesidis Delegati est:

1° Moderari Synodi labores, iuxta facultates sibi in litteris delegationis tributas, secundum ordinem rerum agendarum statutum, necnon servatis normis procedendi in hoc Ordine praescriptis.

2° Quibusdam Sodalibus, cum opportunitas id suadeat, peculiaria munera tribuere, ut coetus aptiore ratione suis vacet laboribus.

3° Acta coetus subsignare. Quod si Praesides Delegati plures sint, omnes acta conclusiva coetus subsignant.

CAPUT III

De Synodi coetibus

Art. 4

(De singulis Synodi coetibus)

Synodus Episcoporum congregatur:

1° In coetum generalem, si res tractandae, suapte natura ac momento, doctrinam, prudentiam atque vota totius Catholici orbis Episcopatus exquirenda suadeant;

2° In coetum extraordinarium, si res, ad bonum quidem Ecclesiae universae spectantes, expeditam definitionem requirant;

3° In coetum specialem, si maioris momenti negotia respiciant Ecclesiae bonum, quod ad unam vel plures regiones praesertim pertineat.

CAPUT IV

De Membris seu Sodalibus

Art. 5

(De Synodi participibus)

§ 1. Coetui generali Synodi intersunt:

I° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis;

b) Episcopi electi a singulis Conferentiis Episcopalibus Nationalibus, iuxta art. 6, § 1, 3°;

c) Episcopi electi a Conferentiis Episcopalibus plurium Nationum, constitutis scilicet pro iis Nationibus, quae propriam Conferentiam non habent, ad normam art. 6, § 1, 4°;

d) Decem viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Superiorum Generalium;

2° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 2. Coetui extraordinario intersunt :

I° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis;

b) Praesides Conferentiarum Episcopalium Nationalium;

c) Praesides Conferentiarum Episcopalium plurium Nationum, pro iis Nationibus constitutarum, quae propriam Conferentiam Episcopalem non habent;

d) Tres viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Superiorum Generalium;

2° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 3. I° Coetui speciali intersunt Patriarchae, Archiepiscopi Maiores, Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis, necnon illi qui partes agunt sive Conferentiarum Episcopalium unius vel plurium Nationum, sive Institutorum Religiosorum, ut in hoc articulo § 1, in art. 6, § 1, 4° et quoad numerum Religiosorum, in art. 6, § 2, 4°, statutum est : qui tamen omnes ad regiones pertineant, pro quibus Synodus Episcoporum convocata est.

2° Coetui speciali intersunt etiam Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi, quae cum materiis tractandis rationem habent,

§ 4. Singulis coetibus intersunt quoque Sodales, electi a Summo Pontifice, ad normam n. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo,* d. 15 Sept. 1965.

Art. 6

(De Sodalibus eligendis)

§ 1. I° Episcopi a Conferentiis Episcoporum unius vel plurium Nationum deputati ii habendi sunt, qui electi fuerint per secreta suffragia a sua quisque Conferentia in plenaria sessione coadunata.

2° Hae electiones fiunt ad normam C. I. C. can. 101 § 1, I°. Si plures eligendi sint, pro singulis electionibus proprium habeatur scrutinium ita ut alter non eligatur nisi postquam prior electus fuerit.

3° Episcopi qui partes agunt singularum Conferentiarum Episcopalium, ita eliguntur :

a) unus pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 25 membris ;

b) duo pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 50 membris;

c) tres pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 100 membris;

d) quattuor pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet plus quam 100 membris.

4° Conferentiae Episcopales plurium Nationum eligunt eos, qui ipsarum partes agunt, secundum easdem normas.

5° In eligendis Episcopis summopere ratio habenda est non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

6° Electorum nomina Praesides Conferentiarum Episcopalium communicabunt Secretario Generali per Summi Pontificis Legatum suae Nationis, idque saltem duobus mensibus ante inchoandum coetum.

§ 2. I° Electio virorum religiosorum, de quibus in art. 5 huius Ordinis, fit, congrua congruis referendo, ad normam § 1, 2° huius articuli.

2° In eligendis viris religiosis ratio habeatur non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

3° Electorum nomina Praeses Unionis Superiorum Generalium

communicabit Secretario Generali saltem duobus mensibus ante inchoandum Synodi coetum.

4° Religiosi Sodales, nec plures quidem quam duo, ad partes agendas Institutorum Religiosorum in coetu synodali speciali ab Unione Superiorum Generalium eligentur inter viros peritos, qui sive materiam rerum agendarum sive Regiones, etsi e loco non sint, cognoscunt, pro quibus coetus convocatus est.

§ 3. Episcoporum et Religiosorum, qui electi sint, nomina publici iuris ne fiant, donec ipsorum electionem Summus Pontifex ratam habuerit.

Art. 7

(De instrumento deputationis exhibendo)

Ineunte quolibet Synodi coetu Sodales electi exhibebunt Summo Pontifici, per Secretarium Generalem, authenticum suae deputationis instrumentum a Praeside necnon a Secretario uniuscuiusque Conferentiae, vel, si de Religiosis agatur, a Praeside et a Secretario Unionis Superiorum Generalium subsignatum.

CAPUT V
De Commissionibus studiorum

Art. 8

(De Commissionibus studiorum constituendis)

§ 1. I° Si res quae in Synodo agitur ulteriore enucleatione indigeat, Praesidis Delegati est, de consensu Summi Pontificis, peculiares inter Sodales Commissiones studiorum constituere.

2° Uniuscuiusque propterea Commissionis est tantummodo studere textui argumenti melius forte redigendo aut difficultati propositae solvendae.

§ 2. Nisi aliter statutum fuerit a Summo Pontifice, singulae Commissiones constant ex duodecim membris, in materia peritis, quorum octo a Coetu eliguntur, quattuor vero nominantur a Summo Pontifice.

Art. 9

(De Sodalibus Commissionum studiorum eligendis)

I° Electiones Sodalium Commissionum studiorum ad normam C. I. C. can. 101, § 1, T fiunt.

2° Inter electos vel nominatos Summus Pontifex Praesidem eligit.

3° In Sodales uniuscuiusque Commissionis eligi potest quilibet e Patribus, exceptis Praeside Delegato, Secretario Generali et, pro argumento, pro quo constituitur Commissio, eius Relatore.

4° Secretarius Commissionis erit unus ex eius Sodalibus, ab iisdem Sodalibus electus.

5° - Commissionibus studiorum intererit Secretarius Specialis qui praesto fuit in discussione argumenti, pro quo Commissio statuta est.

CAPUT VI

De Commissione querelarum

Art. 10

(De Commissionis querelarum constitutione et munere)

Initio uniuscuiusque coetus constituitur a Summo Pontifice Commissio trium Sodalium cuius est porrectas querelas rite examinare et ad Summum Pontificem deferre.

CAPUT VII

De Secretario Perpetuo seu Generali

Art. 11

(De Secretarii Generalis nominatione)

Secretarius Perpetuus seu Generalis a Summo Pontifice nominatur, ad Eiusque nutum munus suum exercet.

Art. 12

(De Secretarii Generalis muneribus)

§ 1. Secretarii Generalis est iussa seu mandata Summi Pontificis exsequi Eique communicare omnia quae ad Synodum Episcoporum spectant.

§ 2. Secretarius Generalis coetus Synodi participat, Secretariam generalem moderatur eiusque acta subsignat.

§ 3. Ad Secretarium Generalem quoque pertinet:

I° Mittere, de mandato Summi Pontificis, epistulas convocationis et ordinem rerum agendarum uniuscuiusque coetus Synodi Episcoporum, necnon documenta, instructiones et notitias ad eundem coetum spectantia;

2° Communicare omnibus, quorum interest, nomina Membrorum seu Sodalium libere a Summo Pontifice designatorum, ad normam N. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo,* d. 15 sept. 1965; communicare item nominationem Secretarii Specialis uniuscuiusque coetus, a Summo Pontifice factam ;

3° Ordinem uniuscuiusque coetus praeparare, Summo Pontifici subiciendo res in eo agendas et elenchum Membrorum, quae ratihabitione indigent;

4° Transmittere processum verbalem uniuscuiusque coetus Patribus Cardinalibus Dicasteriis Curiae Romanae praepositis, Patriarchis, Archiepiscopis Maioribus et Metropolitis extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis, Praesidibus Conferentiarum Episcopalium, necnon Praesidi Unionis Superiorum Generalium;

5° Exsequi ea quae synodus Episcoporum ipsi mandaverit;

6° Colligere, in ordinem disponere et asservare acta et documenta.

Art. 13

(De Secretarii Generalis adiutoribus)

§ 1. Adiutores Secretarii Generalis nominantur, approbante Summo Pontifice, a Secretario Generali ab eoque dependent.

§ 2. Iidem Adiutores eliguntur inter ecclesiasticos viros idoneos et aptos, scientia et prudentia praeditos.

§ 3. Si res postulet, periti in rebus technicis a Secretario Generali, approbante Summo Pontifice, eligi possunt.

CAPUT VIII

De Secretario Speciali

Art. 14

(De Secretarii Specialis nominatione)

§ 1. Secretarius Specialis nominatur a Summo Pontifice pro unoquoque coetu, in quo res tractatur, cuius ipse sit peritus.

§ 2. Si argumenta in coetu tractanda diversa sunt, pro unoquoque argumento Secretarius Specialis nominatur.

§ 3. Si casus ferat, nominantur a Summo Pontifice adiutores Secretarii Specialis.

§ 4. Coetu absoluto, Secretarii Specialis munus cessat.

Art. 15

(De Secretarii Specialis muneribus)

§ 1. Secretarius Specialis praesto est Praesidi Delegato, ipsi coetui et Secretario Generali pro apparandis documentis et relationibus; pro explanationibus et notitiis, iis praebendis, qui illas forte petant; denique pro actis conficiendis.

§ 2. In discussione argumenti fas est cuilibet Patri, de consensu Praesidis Delegati et ordine ab eo statuto, explicationes et notitias petere sive a Relatore sive praesertim a Secretario Speciali.

CAPUT IX

De notitiis circa Synodum vulgandis

Art. 16

(De coetu notitiis circa Synodum vulgandis)

§ 1. Ad dandas notitias de Synodi conventibus et actuositate constituitur peculiaris coetus, constans ex Secretario Generali, Praeside Pontificiae Commissionis de Communicationibus Socialibus, duobus Patribus Synodalibus, a Praeside Delegato designatis, et Secretario Speciali.

§ 2. Coetus Secretarius erit Officialis, qui notitiis S. Sedis tradendis praepositus est (Direttore della Sala Stampa della Santa Sede).

§ 3. Coetui competit, approbante Praeside Delegato, determinare rationes et modos, quibus notitiae vulgentur.

§ 4. Per Patres Synodales, a Praeside Delegato designatos, fient identidem, de singulis argumentis, collationes cum diurnariis.

PARS SECUNDA

NORMAE GENERALES

CAPUT I

De Synodo Episcoporum convocanda

Art. 17

(De ratione Synodi convocandae)

§ 1. Synodus Episcoporum a Summo Pontifice opportuno tempore opportunisque modis convocatur.

§ 2. Praesidis est proximae congregationis diem et horam necnon materiam tractandam, iuxta praestitutum ordinem, indicare.

§ 3. Intimatio singulorum tunc tantum locum habet, cum id Praeses necessarium iudicaverit.

§ 4. Si contingat Summum Pontificem e vita decedere post convocationem coetus Synodi aut durante eius celebratione, coetus eo ipso suspenditur, donec novus Pontifex ipsum continuari decreverit aut novum coetum convocaverit.

CAPUT II

De vestibus adhibendis

Art. 18

(De vestibus in coetu adhibendis)

In coetus congregationibus Sodales, ad quos pertinet, habitum pianum induunt sine lacerna; ceteri proprium publicum.

CAPUT III

De praecedentia

Art. 19

(De praecedentiae ordine)

§ 1. Servetur, pro praecedentia, praescriptum **C.** I. **C.** can. 106, 3°, et **C.** I. O., De personis, can. 37, 3°.

§ 2. Si qui Sodalis forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius acquirit, ac nemini praeiudicium affert.

CAPUT IV

De secreto servando

Art. 20

(De obligatione secreti servandi)

Salvo praescripto art. 16, omnes qui in Synodo partem habent vinciuntur secreto quod attinet sive ad actus praeparatorios sive ad labores ipsius coetus, praesertim quod spectat ad singulorum sententias et suffragia et coetus decisiones et conclusiones.

CAPUT V
De lingua in Synodo adhibenda

Art. 21
(De lingua in coetibus et actis adhibenda)

In congregationibus Synodi et in actis conficiendis lingua latina adhibetur.

CAPUT VI
De colligendis ac distribuendis actis et documentis

Art. 22
(De ratione colligendi ac distribuendi acta et documenta)

§ 1. Omnia acta et documenta colliguntur et distribuuntur per Secretarium Generalem.

§ 2. Argumenta, de quibus in coetu Synodi agendum est, transmittuntur sex mensibus, si fieri potest, antequam coetus initium capiat, ita ut tempus detur ad convocandas Conferentias Episcopales, exquirendae sententiae causa.

CAPUT VII
De sententia exquirenda a Conferentiis Episcopalibus

Art. 23
(De ratione sententiae exquirendae)

§ 1. Res, quas pertractandas Summus Pontifex in Synodi convocatione statuerit, ab unaquaque Episcoporum Conferentia vel coetu Episcoporum ritus Orientalis, studiose antea perspiciantur oportet.

§ 2. De earundem rerum definitione unusquisque Episcopatus suam communem sententiam exprimit aptiore, quae ipsi videbitur, ratione.

§ 3. Huiusmodi sententia a singulis Sodalibus pro Synodo deputatis in Synodi coetu exprimitur.

CAPUT VIII
De suffragiis

Art. 24
(De suffragiis ferendis)

Postquam Sodales sententiam, de qua in art. 23, § 3, expresserint, si Summus Pontifex id constituerit, ad ferenda suffragia proceditur.

Art. 25

(De formula et modo ferendi suffragia)

§ 1. Suffragia in Synodo feruntur formula : *placet, non placet, placet iuxta modum,* si agitur de schemate approbando, sive integro sive per partes diviso ; feruntur vero formula : *placet, non placet,* in emendationibus seu modis approbandis et in aliis suffragationibus.

§ 2. Qui suffragium dederit formula : *placet iuxta modum,* tenetur modum clare et concinne scripto tradere.

§ 3. Suffragia exprimuntur aptis schedulis, nisi Praeses alium modum praeceperit, v. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

Art. 26

(De suffragiorum maioritate)

§ 1. Ad maioritatem suffragiorum constituendam, si agitur de re approbanda, requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Sodalium, qui suffragia ferunt; si vero de reicienda, eorundem Sodalium maioritas absoluta.

§ 2. Praescriptum § 1 servetur sive consilium praestandum est Summo Pontifici, sive, obtenta eiusdem Summi Pontificis licentia, est de re decernendum.

§ 3. Quoties de ratione procedendi quaestio movetur, ea per maioritatem absolutam Sodalium, qui, suffragium ferunt, solvitur.

CAPUT IX

De sodalium absentia

Art. 27

(De obligatione significandi absentiam)

Qui coetus congregationi interesse nequit, is Praesidi, per Secretarium Generalem, absentiae rationem significare debet.

CAPUT X

De dispensatione ab obligatione residentiae

Art. 28

(De beneficiorum fructuum perceptione)

Omnes, qui Synodo interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, coetu perdurante et donec eidem adsunt vel inserviunt, ab obligatione residentiae eximuntur et quoslibet suorum

beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tantum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur.

PARS TERTIA

DE RATIONE PROCEDENDI

CAPUT I
De ritibus sacris

Art. 29

(De coetu inaugurando et absolvendo)

§ 1. Coetus Synodi inauguratur celebratione Sacri et cantu solemni hymni *Veni Creator Spiritus.*

§ 2. Idem coetus absolvitur celebratione Sacri et solemni cantu hymni *Te Deum.*

CAPUT II
De Relatione conficienda

Art. 30

(De Relatione paranda)

§ 1. Relatio, qua quaestio in Synodo agenda exponitur, collustratur et enucleatur, ab illo Episcopo paratur, cui Summus Pontifex, cum coetus quilibet convocatur, hoc munus contulerit.

§ 2. Relatori praesto esse debet Secretarius Specialis.

Art. 31

(De Relatione transmittenda)

Textus Relationis, in Synodo dein legendae, saltem triginta diebus ante inchoandum coetum, perveniat ad Secretarium Generalem, qui curat exemplaria pro Sodalibus paranda.

CAPUT III
De officii possessione a Praeside Delegato capienda

Art. 32

(De ratione possessionis capiendae a Praeside Delegato)

Ineunte Synodo in coetum congregata, si casus ferat, Secretarius Generalis perlegit pontificium documentum quo deputatur Praeses Delegatus; iste dein statim officium capit suum.

CAPUT IV

De ratione procedendi in coetibus Synodi

Art. 33

(De argumenti propositione et illustratione)

Praeses argumentum disceptandum nuntiat et Relatorem vocat, qui Relationem iam apparatam et Patribus distributam summatim exponit et explicat, adiutorio usus, si necesse sit, Secretarii Specialis.

Art. 34

(De coetibus minoribus)

Relatione absoluta, Praeses, si hoc opportunum iudicaverit, potest promovere discussionem argumenti in coetibus minoribus. In hisce coetibus, secundum varias linguas distinguendis, Patres Synodales moderatorem eligant, et, discussione argumenti absoluta, committant uni alterive Patri, ut nomine aliorum sententiam proferat in congregatione generali.

Art. 35

(De argumenti discussione)

§ 1. I° Praeses, iuxta indicem a Secretario Generali confectum, ex ordine ad loquendum vocat Sodales, qui pridie nomina sua ad hunc finem significaverint.

2° Patres, qui loqui postulaverunt, hoc ordine sese succedunt : primo loquuntur, iuxta ordinem praecedentiae (art. 19), qui nomine Conferentiarum Episcopalium orationem habent, deinde alii, ex eodem ordine.

3° Qui Conferentias Episcopales repraesentant, iuxta facultates sibi tributas, illarum nomine loquantur.

4° De uno eodemque argumento, nomine Conferentiae, unus tantum Pater loquetur.

§ 2. 1° Si multi sint, qui disserendi veniam petierint, rogantur Patres ne repetant quae alii iam exposuerunt, sed ad ea, quae iam dicta sint, paucis se referant.

2° Eodem in casu Praesidis Delegati est coadunare, vel per seipsum vel per Patrem a se deputatum (art. 3, 2°), in separatis conventibus Patres oratores ad concordandum, salva omnium libertate, ut pauci nomine omnium, iuxta diversitatem sententiarum, loquantur.

§ 3. I° Omnes qui facultatem disserendi petierunt, etsi non loquantur, suas animadversiones Secretariae Generali scripto dabunt.

2° Qui autem loquuntur orationes suas, spatio temporis, a Praeside statuto, contineant.

Art. 36

(De responsionibus)

§ 1. Si qui Sodalis, auditis Sodalium animadversionibus, respondere seu aliquid obicere intendit, hanc facultatem a Praeside petere potest.

§ 2. Praesidis est facultatem respondendi concedere, et diem statuere, qua responsio fiat.

§ 3. Die statuta, Praeses, iuxta indicem a Secretario Generali confectum, vocat Patres, qui respondere petierunt.

§ 4. Oratores, nisi tempus ad respondendum Praeses definierit, brevissimo sermone suas responsiones contineant.

§ 5. Possunt Oratores nomine plurium Sodalium respondere; quod si faciunt, eos indicare debent, quorum nomine loquuntur.

§ 6. Responsiones scripto Secretario Generali dein tradendae sunt.

Art. 37

(De Commissionibus studiorum)

§ 1. Si ex habita disceptatione constet argumentum ulteriore enucleatione indigere, potest Praeses Delegatus, de consensu Summi Pontificis et modis ab eodem Summo Pontifice statutis (cfr. art. 8), peculiarem Commissionem constituere, quae in hoc opus incumbat.

§ 2. Interea ad subsequentis argumenti examen proceditur.

§ 3. 1° Cum Commissio studiorum suas conclusiones exhibuerit, eae a Relatore, per Commissionem designato, Sodalibus illustrantur.

2° Si Sodales postulant, potest Praeses brevissimam disceptationem circa has conclusiones concedere; quae disceptatio fit iuxta art. 35.

Art. 38

(De voto exprimendo)

§ 1. Expleta disceptatione, singuli Sodales mentem suam iuxta sententiam, de qua in art. 23, § 2, pandunt per votum scripto deinde Secretario Generali tradendum.

§ 2. Si, ex voluntate Summi Pontificis, suffragatio facienda sit, haec peragitur ad normam artt. 24-26.

Art. 39

(De modis examinandis)

§ 1. Secretarius Specialis expensos modos colligit, in ordinem disponit, et cum Secretario Generali typis imprimendos curat.

§ 2. Statuto tempore, Sodales, audita Relatione, ad exprimenda suffragia de singulis modis procedunt.

§ 3. Suffragatio modorum fit formula : *Placet, non placet.*

§ 4. Modi, qui maioritatem suffragiorum assecuti fuerint, probati a Patribus habentur.

CAPUT V

De relatione circa peractos labores

Art. 40

(De Relatione facienda)

Omnibus absolutis, fit per Secretarium Generalem, cui operam praestat Secretarius Specialis, Relatio in qua describuntur labores circa argumentum vel argumenta examinata peracti, et conclusiones a Sodalibus deductae exhibentur.

Art. 41

(De Relatione Summo Pontifici exhibenda)

Relationem, de qua in art. 40, Summo Pontifici exhibent Praeses Delegatus et Secretarius Generalis.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

STATUTA « AD EXPERIMENTUM » COMMISSIONIS THEOLOGICAE

1. Commissio Theologica penes Sacram Congregationem pro Doctrina Fidei instituitur, cuius munus est Sanctae Sedi et praecipuum in modum eidem Sacrae Congregationi auxilium praestare in quaestionibus doctrinalibus maioris momenti perpendendis.

2. Munere Praesidis Commissionis Theologicae fungitur Cardinalis Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefectus, qui pro singulis sessionibus unum e Cardinalibus Membris eiusdem Sacrae Congregationis delegare potest.

3. Cardinalis Praeses secretarium pro laboribus technicis Commissionis designat.

4. Commissio Theologica constat theologis e diversis scholis ac Nationibus, qui scientia theologica et fidelitate erga Ecclesiae Magisterium praestant.

5. Commissionis Theologicae Membra a Summo Pontifice, cuius iudicio proponuntur a Cardinali Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefecto post consultationem Conferentiarum Episcopalium, ad quinquennium nominantur, quo expleto iterum confirmari possunt. Summa Membrorum numerum triginta non superabit.

6. Coetus Plenarius Commissionis Theologicae saltem semel in anno convocatur.

7. Si studium particularium quaestionum id exigat, Cardinalis Praeses speciales Commissiones e Membris materia peculiariter peritis instituere potest, quae, studio expleto, munere suo cessant.

8. Commissionis Theologicae Membra etiam scripto consultari possunt.

9. Quaestiones et argumenta studio subicienda a Commissione quoque Theologica aut a singulis Membris proponi possunt Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei, quae de opportunitate rei tractandae decernit.

10. Conclusiones, ad quas Commissio Theologica in Conventu Plena-

rio aut in Commissionibus specialibus pervenerit, necnon singula Membrorum vota, Summo Pontifici subicientur atque Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei usui tradentur.

11. Membra Commissionis Theologicae, ratione habita de collaborationis necessitudinibus cum Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei, res Commissionis tractandas ad normam *Ordinis servandi* Curiae Romanae sub secreto pontificio continebunt.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Papa VI in Audientia infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei die 11 aprilis 1969 concessa, necnon per litteras Secretariae Status N. 181t&2$, diei 2k aprilis 1969, Commissionis Theologicae statuta « ad experimentum » adprobavit.

Romae, die 12 iulii 1969.

FRANCISCUS Card. **SEPER,** *Praefectus*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

i

Instructio, quae sequitur, ad Conferentias Episcopales transmissa, ut eam profundiore et attento examine perpenderent, publici iuris fit, quo evidentius omnibus pateat fundamentum et adiuncta quibus nititur ratio agendi Apostolicae Sedis.

INSTRUCTIO

De modo Sanctam Communionem ministrandi

Memoriale Domini celebrans, Ecclesia ipso ritu testatur fidem et adorationem Christi qui in sacrificio praesens est et iis, qui mensam Eucharisticam participant, ut cibus datur.

Hac de causa multum interest ipsius, ut Eucharistia modo quam dignissimo maximeque frugifero celebretur ac participetur, inviolate servando illam ad nos progressione quadam pertingentem traditionem, cuius divitiae in usum et vitam Ecclesiae sunt transfusae. Historiae enim documentis probatur modum celebrandi et sumendi Sacram Eu-

charistiam multiformem fuisse. His etiam temporibus nostris in celebrationem eiusdem Eucharistiae mutationes nec paucae nec leves, quoad ritum, sunt inductae, quo magis congrueret hominum nunc viventium spiritualibus et psychologicis necessitatibus ; atque in ipsam disciplinam, quae fidelium rationem divini Sacramenti participandi moderatur, iterum, ob quaedam rerum adiuncta, invecta est Communio sub utraque specie panis et vini, quae olim ritui quoque Latino communis paulatim in desuetudinem abiit. Qui quidem sic exortus status iam ubique invaluit tempore Concilii Tridentini, quod eum dogmatica doctrina comprobavit atque defendit ut condicionibus illius aetatis consentaneum.[1]

His vero ipsis modis renovatis signum Convivii Eucharistici et omnimoda adimpletio mandati Christi magis perspicua et vivida sunt effecta, simul tamen plenior participatio celebrationis Eucharisticae, per sacramentalem Communionem significata, hic et illic, per hos proximos annos desiderium excitavit ad illum redeundi usum, ex quo panis Eucharisticus in fidelis manu deponitur, qui eum ipse ori suo, communicando, ingerat.

Quin etiam, in quibusdam communitatibus et locis, eiusmodi ritus est peractus, quamquam approbatio Sedis Apostolicae antea impetrata non erat, atque interdum ita, ut fidelibus opportuna praeparatio deesset.

Est quidem verum ex vetere usu fidelibus quondam licuisse divinam hanc alimoniam in manum accipere atque per se ipsos ori inferre, atque etiam, aetate antiquissima, e loco, ubi sacra fiebant, Sanctissimum secum portare, propterea potissimum ut, si forte pro Fidei confessione iis esset dimicandum, eo tamquam viatico uterentur.

Verumtamen praescripta Ecclesiae Patrumque documenta copiose testantur maximam reverentiam summamque prudentiam erga sacram Eucharistiam adhibitam. Etenim « nemo ... illam carnem manducat, nisi prius adora veri t »,[2] atque in ea sumenda quisque admonetur : « ... illud percipe; advigilans ne quid ex ea tibi depereat » :[3] « Corpus enim est Christi ».[4]

Praeterea cura et ministerium Corporis et Sanguinis Domini peculiari prorsus modo sacrorum administris vel hominibus ad hoc ipsum

[1] **Cfr. Conc. Trid., Sess. XXI, Doctrina de communione sub utraque specie et parvulorum: Denz. 1726-1727 (930); Sess. XXII, Decretum super petitionem concessionis calicis: Denz. 1760.**

[2] **Augustini, *Enarrationes in Psalmos,* 98, 9: *PL* 37, 1264.**

[3] **Cyrilli Hieros., *Catecheses Mystagogicae,* V, 21: *PG* 33, 1126.**

[4] **Hippolyti, *Traditio Apostolica,* n. 37 : ed. B. Botte, 1963, p. 84.**

ascitis committebantur : «Postquam vero is, qui praeest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiae actae sunt unicuique praesentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt ».[5]

Quare mox sacram Eucharistiam absentibus deferendi munus solis sacris administris concreditum est, hanc ob causam, ut reverentiae Corpori Christi debitae, simul ac fidelium necessitati, cautius consuleretur. Insequenti tempore, postquam eucharistici mysterii veritas, eius virtus ac praesentia Christi in eo altius explorata sunt, urgente sensu sive reverentiae erga hoc Sanctissimum Sacramentum sive humilitatis qua illud sumatur oportet, consuetudo inducta est, ut per se minister panis consecrati particulam in lingua Communionem suscipientium deponeret.

Hic sanctam Communionem distribuendi modus, hodierno Ecclesiae statu in universum considerato, servari debet, non solum quia in tradito plurium saeculorum more innititur, sed praesertim quia Christifidelium reverentiam erga Eucharistiam significat. Huiusmodi autem usus nihil de dignitate personae detrahit iis, qui ad tantum Sacramentum accedunt, atque ad eam praeparationem pertinet, quae requiritur, ut Corpus Domini modo maxime frugifero percipiatur.[6]

Haec reverentia non « panis et potus communis »,[7] sed Corporis et Sanguinis Domini communionem significat, vi cuius « populus Dei bona sacrificii paschalis participat, renovat novum foedus semel in sanguine Christi a Deo cum hominibus factum, ac in fide et spe convivium eschatologicum in regno Patris praefigurat et praevenit)).[8]

Praeterea hac agendi ratione, quae translaticia iam censenda est, efficacius cavetur, ut sacra Communio qua par est reverentia, decore atque dignitate distribuatur, ut quodvis periculum arceatur species eucharisticas profanandi, in quibus « modo singulari, adest totus et integer Christus, Deus et homo, substantialiter et continenter »,[9] ut denique diligenter cura servetur, quam de ipsis panis consecrati f ragmentis Ecclesia semper commendavit : « Quod enim intercidere patiens, id tibi tamquam ex propriis membris deminutum puta)).[10]

[5] Iustini, *Apologia* I, 65: *PG* 6, 427.

[6] Cfr. Augustini, *Enarrationes in Psalmos,* 98, 9 : *PL* 37, 1264-1265.

[7] Cfr. Iustini, *Apologia* I, 66: *PG* 6, 427; Cfr. Irenaei, *Adversus Haereses,* 1. 4, c. 18, n. 5: *PG* 7, 1028-1029.

[8] Sacra Congregatio Rituum, Instructio *Eucharisticum Mysterium,* n. 3[a]: *A. A. S.* 59 (1967), p. 541.

[8] Cfr. *ibid.* n. 9, p. 547.

[10] Cyrilli Hieros., *Catecheses Mystagogicae,* V, 21: *PG* 33, 1126.

Quapropter, cum paucae quaedam Conferentiae Episcopales atque nonnulli singulares Episcopi postulassent, ut in suis territoriis usus admitteretur consecratum panem in christifidelium manibus ponendi, Summus Pontifex statuit ut singuli universi Ecclesiae latinae Episcopi rogarentur quid censerent de opportunitate huiusmodi ritum introducendi. Mutatio enim in re tanti momenti, quae antiquissima et veneranda traditione innititur, praeterquam quod disciplinam pertingit, pericula etiam secumferre potest, quae timentur forte oritura ex novo modo sacram Communionem ministrandi, ne scilicet perveniatur sive ad minorem erga Augustum altaris Sacramentum reverentiam, sive ad eiusdem Sacramenti profanationem, sive ad rectae doctrinae adulterationem.

Quam ob rem Episcopis tres quaestiones propositae sunt, quibus usque ad diem 12 superioris mensis Martii hoc, qui sequitur, modo responsum est :

1. Videturne exaudiendum votum, ut praeter modum traditum, etiam ritus recipiendi sacram Communionem in manu permittatur?

   Placet: 567
   Non placet: 1.233
   Pl. iuxta modum : 315
   Suffragia invalida : 20

2. Placetne ut experimenta huius novi ritus in parvis communitatibus prius fiant, assentiente Ordinario loci?
   Placet: 751
   Non placet: 1.215
   Suffragia invalida: 70

3. Putasne fideles, post praeparationem catecheticam bene ordinatam, hunc novum ritum libenter esse accepturos?
   Placet: 835
   Non placet : 1.185
   Suffragia invalida: 128

Ex redditis igitur responsis patet Episcopos longe plurimos censere hodiernam disciplinam haudquaquam esse immutandam; quae immo si immutetur, id tum sensui tum spirituali cultui eorundem Episcoporum plurimorumque fidelium offensioni fore.

Itaque, attentis animadversionibus consiliisque eorum, quos « Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere » Ecclesias,[11] pro rei gravitate

[11] **Cfr. *Act.* 20, 28.**

et allatorum argumentorum momento, Summo Pontifici non est visum modum iamdiu receptum sacrae Communionis fidelibus ministrandae immutare.

Quapropter Apostolica Sedes Episcopos et sacerdotes et fideles vehementer hortatur, ut validae iterumque confirmatae legi studiose obsequantur, sive ad iudicium a maiore catholici Episcopatus parte latum, sive ad formam qua hodiernus sacrae Liturgiae ritus utitur, sive denique ad commune ipsius Ecclesiae bonum respicientes.

Sicubi vero contrarius usus, sanctam nempe Communionem in manibus ponendi, iam invaluerit, eadem Apostolica Sedes, ut Episcopales adiuvet Conferentias ad pastorale officium implendum, pro hodierno rerum statu saepe difficilius, iisdem Conferentiis committit onus ac munus peculiaria adiuncta, si quae sunt, expendendi, dummodo tamen et quodvis praecaveatur periculum, ne reverentiae defectus vel falsae de Ssma Eucharistia opiniones irrepant in animos, et alia etiam incommoda sedulo tollantur.

Porro hisce in casibus, ad eiusmodi usum recte ordinandum, Episcopales Conferentiae opportunas, prudenti praemisso examine, deliberationes capient, quae secretis suffragiis duabusque e tribus partibus suffragiorum faventibus ferendae sunt; quas quidem deliberationes deinde Sanctae Sedi, necessariae confirmationis causa,[12] proponent, adiecta accurata expositione causarum, quibus ad eas capiendas impulsi sunt. Sancta Sedes singulos casus accurate perpendet, illius haud oblita coniunctionis, quae variis locorum Ecclesiis inter se vel earum unicuique cum Ecclesia universa intercedit, ad provehendum commune bonum communemque aedificationem, atque ad fidei pietatisque incrementum, quod mutuo ab exemplo profluit.

Haec Instructio, quae de speciali mandato Summi Pontificis Pauli VI composita est, Apostolicae vi auctoritatis die xxvin mensis Maii, anno **MCMLXIX**, ab Eo est rite approbata, Qui etiam statuit, ut in sacrorum Antistitum notitiam per Praesides Conferentiarum Episcopalium perferretur.

Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Romae, die xxix mensis Maii, anno **MCMLXIX.**

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

H. Bugnini, *a Secretis*

[12] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 38, 4: *A. A. S.* 58 (1966), p. 693.**

Instructio completur, in re pastorali, Epistula qua conceditur Conferentiis Episcopalibus indultum distribuendi fidelibus sacram Communionem in manu, cum omnes condiciones requisitae habeantur.

II

REVERENDISSIME *

En réponse à la demande présentée par Votre Conférence Episcopale sur la permission de distribuer la Communion en déposant l'hostie dans la main des fidèles, je suis en mesure de vous transmettre la communication suivante :

Tout en rappellant ce qui fait l'objet de l'Instruction ci-jointe, en date du 29 mai 1969, sur le maintien en vigueur de l'usage traditionnel, le Saint-Père a pris en considération les motifs invoqués à l'appui de Votre demande et les résultats du vote qui est intervenu à ce sujet. Il accorde que, sur le territoire de Votre Conférence Episcopale, chaque Evêque, selon sa prudence et sa conscience, puisse autoriser dans son diocèse l'introduction du nouveau rite pour distribuer la Communion, à condition que soient évités toute occasion de surprise de la part des fidèles et tout danger d'irrévérence envers l'Eucharistie.

Pour cela, on tiendra compte des normes suivantes:

1. La nouvelle manière de communier ne devra pas être imposée d'une manière qui exclurait l'usage traditionnel. Il importe notamment que chaque fidèle ait la possibilté de recevoir la Communion sur la langue, là où sera concédé légitimement le nouvel usage et lorsque viendront communier en même temps d'autres personnes qui recevront l'hostie dans la main. En effet, les deux manières de communier peuvent coexister sans difficulté dans la même action liturgique. Cela, pour que personne ne trouve dans le nouveau rite une cause de trouble à sa propre sensibilité spirituelle envers l'Eucharistie et pour que ce Sacrement, de sa nature source et cause d'unité, ne devienne pas une occasion de désaccord entre les fidèles.

2. Le rite de la Communion donnée dans la main du fidèle ne doit pas être appliqué sans discrétion. En effet, puisqu'il s'agit d'une attitude humaine, elle est liée à la sensibilité et à la préparation de celui qui la prend. Il convient donc de l'introduire graduellement, en commençant par des groupes et des milieux qualifiés et plus préparés. Il est nécessaire surtout de faire précéder cette introduction par une ca-

*** Hanc Epistulam g. Congregatio pro Cultu Divino sua cuiusque lingua exaratam Indultum petentibus misit.**

téchese adéquate, afin les fidèles comprennent exactement la signification du geste et accomplissent celui-ci avec le respect dû au Sacrement. Le résultat de cette catéchèse doit être d'exclure quelque apparence que ce soit de fléchissement dans la conscience de l'Eglise sur la foi en la présence eucharistique, et aussi quelque danger que ce soit ou simplement apparence de danger de profanation.

3. La possibilité offerte au fidèle de recevoir dans la main et de porter à la bouche le pain eucharistique ne doit pas lui offrir l'occasion de le considérer comme un pain ordinaire ou une chose sacrée quelconque; elle doit, au contraire, augmenter en lui le sens de sa dignité de membre du Corps Mystique du Christ, dans lequel il est inséré par le Baptême et par la grâce de l'Eucharistie, et aussi accroître sa foi en la grande réalité du Corps et du Sang du Seigneur qu'il touche de ses mains. Son attitude de respect sera proportionnée à ce qu'il accomplit.

4. Quant à la manière de faire, on pourra suivre les indications de la tradition ancienne, qui mettait en relief la fonction ministérielle du prêtre et du diacre, en faisant déposer l'hostie par ceux-ci dans la main du communiant. On pourra cependant adopter aussi une manière plus simple, en laissant le fidèle prendre directement l'hostie dans le vase sacré. En tout cas, le fidèle devra consommer l'hostie avant de retourner à sa place, et l'assistance du ministre sera soulignée par la formule habituelle: « Le Corps du Christ», à laquelle le fidèle répondra : « Amen ».

5. Quelle que soit la forme adoptée, qu'on fasse attention à ne pas laisser tomber ni se disperser des fragments du pain eucharistique, comme aussi à la propreté convenable des mains et à la bonne tenue des gestes selon les usages des divers peuples.

6. Dans le cas de la Communion sous les deux espèces distribuée par intinction, il n'est jamais permis de déposer dans la main du fidèle l'hostie trempée dans le Sang du Seigneur.

7. Les Evêques qui auront permis l'introduction du nouveau mode de communion sont priés d'envoyer à cette Sacrée Congrégation, d'ici six mois, un rapport sur le résultat de cette concession.

Je profite de l'occasion pour Vous exprimer, Reverendissime, mes sentiments de profonde estime.

BENNO Card. **GUT,** *Préfet*

A. Bugnini, *Secrétaire*

III

DECRETUM

De Ordine Baptismi parvulorum recognito

Ordinem Baptismi parvulorum in Rituali Romano exstantem esse recognoscendum, Sacrosanctum Concilium Vaticanum II edixit, ut ritus condicioni infantium accommodantur; parentum et patrinorum partes et officia magis paterent ; opportunae statuerentur aptationes pro magno baptizandorum numero aut pro Baptismo a catechistis, in terris Missionum, vel ab aliis, absente ministro ordinario, celebrando; et Ordo conficeretur quo indiceretur infantem, ritu brevi baptizatum, iam receptum esse in Ecclesiam *(Const. de sacra Liturgia,* artt. 67-69).

Haec recognitio a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia peracta est. Summus autem Pontifex Paulus VI novum Ordinem Baptismi parvulorum in locum Ordinis in Rituali Romano exstantis in posterum adhibendum auctoritate Sua Apostolica approbavit et evulgari iussit.

Quapropter haec Sacra Congregatio, de speciali mandato eiusdem Summi Pontificis, illum promulgat, statuens ut a die 8 septembris 1969 adhibeatur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus S. Congregationis pro Cultu Divino, die 15 maii 1969, Sollemnitate Ascensionis Domini.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

H. Bugnini, *a Secretis*

IV

DECRETUM

De Ordine lectionum Scripturae Sacrae in Missa adhibendo

Ordinem lectionum Scripturae Sacrae in Missa adhibendum, ad normam Constitutionis de sacra Liturgia, quo ditior mensa verbi Dei pararetur fidelibus, thesauri biblici largius aperirentur, et, intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo legeretur (art. 51), Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia apparavit, et Summus Pontifex Paulus VI per Con-

stitutionem Apostolicam « Missale Romanum », die 3 aprilis 1969 **dar**tam, approbavit.

Sacra igitur haec Congregatio pro Cultu Divino, de speciali mandato Summi Pontificis, eundem Ordinem lectionum Missae promulgat, statuens ut a die 30 novembris, dominica prima Adventus, huius anni 1969 vigere incipiat. Adhibebitur autem proximo anno liturgico, series B lectionum dominicalium et series II prioris lectionis in feriis « per annum ».

Cum autem in praesenti Ordine indicationes tantummodo praebeantur pro singulis lectionibus, curae Conferentiarum Episcopalium committitur ut textus integri apparentur in linguis vernaculis, servatis normis quae statutae sunt per Instructionem de popularibus interpretationibus conficiendis, datam a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, die 25 ianuarii 1969. Textus vero populares aut sumantur e Sacrae Scripturae interpretationibus pro singulis regionibus iam legitime approbatis et ab Apostolica Sede confirmatis, aut, si ex novo coniiciuntur, confirmationi huius Sacrae Congregationis proponantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus S. Congregationis pro Cultu Divino, die 25 maii 1969, dominica Pentecostes.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

H. Bugnini, *a Secretis*

V

DECRETUM

De legis vacatione pro novo Ordine Baptismi parvulorum

Petentibus nonnullis Conferentiis Episcoporum, ut vacatio legis pro novo Ordine Baptismi parvulorum, ad diem 8 septembris huius anni statuta, ulterius prorogaretur, quo populares interpretationes maiore cum tranquillitate confici possent et actio pastoralis opportunius disponi, haec Sacra Congregatio pro Cultu Divino, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, statuit ut novus Ordo Baptismi parvulorum, die 15 maii 1969 promulgatus, a die 29 martii proximi anni 1970, hoc est

a Dominica Resurrectionis D. N. I. Ch., vigere incipiat, ita tamen ut, a die 8 septembris huius anni, aut novus Ordo aut qui in Rituali vel Pontificali Romano exstat, ad arbitrium usurpari possit; a die vero 29 martii 1970 novus dumtaxat ritus adhibeatur.

Singulis tamen Conferentiis Episcoporum, postquam popularem interpretationem paraverint, et ab hac Sacra Congregatione confirmationem acceperint, facultas fit alium diem ante 29 martii 1970, pro opportunitate, statuendi, quo novus Ordo Baptismi parvulorum vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

E Civitate Vaticana, die 10 iulii 1969.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

H. Bugnini, *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum censuerunt ut infra :

D. - Quaenam sit *Auctoritas competens,* de qua in Litteris Apostolicis *Ecclesiae Sanctae,* diei 6 Augusti 1966, I, n. 21, § 3.

R. - Auctoritatem competentem esse, in casu Sanctam Sedem, per Consilium pro Publicis Ecclesiae Negotiis, si agatur de conventionibus initis inter Apostolicam Sedem et Gubernium civile : esse vero Episcopum vel, in gradu superiori, Sanctam Sedem, per Dicasterium competens ad normam Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae,* diei 15 Augusti 1967, si agatur de conventionibus initis, vel iuribus aliis personis physicis vel moralibus quaesitis.

Ssmus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 3 Iulii 1969 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. **FELICI,** *Praeses*

L. © S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **16** giugno **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HANS BERGER**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Germania.

Giovedì, **19** giugno **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HANS REICHMANN**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Austria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, ha nominato:

3 luglio 1969. U Rev. Mons. Calabresi Ubaldo, *Delegato Apostolico per la Regione del Mar Bosso.*

7 » » S. E. Revma Mons. Bruniera Alfredo, Arcivescovo tit. di Claudiopoli di Onoriade, *Pro-Nunzio Apostolico nel Kuwait.*

9 » » S. E. Revma Mons. Limongi Paolino, Arcivescovo tit. di Nicea, *Pro-Nunzio Apostolico in Iran.*

16 » » Il Rev. Mons. Gallina Ernesto, *Pro-Nunzio Apostolico* ***nel*** *Cameroun e nel Gabon* e *Delegato Apostolico per l'Africa Centrale.*

19 » » S. E. Revma Mons. Pedroni Angelo, Arcivescovo tit; di Novica, *Nunzio Apostolico in Costa Bica.*

NECROLOGIO

2 luglio 1969. Monsig. Demol Louis Georges. F., Vescovo tit. di Vescera.

16 » » Monsig. Ferrerò di Cavallerleone Carlo Alberto, Arcivescovo tit. di Trebisonda, Prelato del Sovrano Militare Ordine di Malta.

17 » » Monsig. Swamidoss Pillât David Maryanayagam, Vescovo di Vellore.

26 » » Monsig. Reyes Alfonso, Vescovo di Ciudad Valles.

An. et vol. LXI 30 Septembris 1969 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE
MOTU PROPRIO DATAE

Cardinalis Legatus Patriarchali Basilicae a S. Francisco in urbe Asisio assignatur.

PAULUS PP. VI

INCLITA TOTO terrarum orbe fama celebratur Patriarchalis Basilicae a S. Francisco in urbe Asisio, quae religione loci, ingenti molis amplitudine operibusque exquisita arte perfectis, cetera sacra monumenta, in honorem Legiferi Patris Asisinatis exstructa, facile antecellit. Cuius Basilicae praestantia atque dignitas non ex eo tantum petenda est, quod mortales S. Francisci exuvias tuetur ac servat, verum etiam quod Romani Pontifices saeculorum decursu hoc templum singulari cura atque sollicitudine semper prosecuti sunt, idemque immediatae Apostolicae Sedis iurisdictioni obnoxium voluerunt. Re enim vera Decessor Noster fel. rec. Gregorius IX anno MCCXXX statuit, ut *ecclesia ipsa nulli nisi Romano Pontifici esset subiecta, et (Franciscalis Ordinis) Caput haberetur et Mater, ac in ea per Fratres eiusdem Ordinis perpetuo serviretur.*[1] Quod

1 Const. Apost. *Is qui Ecclesiam,* d. 22 Aprilis a. 1230, sub plumbo data.

privilegium saeculis insequentibus haud semel apostolica Romanorum Pontificum auctoritate aperte confirmatum est.[2]

E quibus propensae voluntatis testimoniis erga mirabile hoc templum a Decessoribus Nostris prolatis, memoratu digna sane est Apostolica Constitutio a verbis *Fidelis Dominus* incipiens, qua Benedictus XIV sacras has aedes ad Patriarchalis Basilicae et Pontificiae Cappellae honorem evexit, statuitque pariter ut Purpurati Patres, qui pro tempore Basilicarum XII Apostolorum et SS. Marcellini et Petri titulo decoraren tur, simulque Generalis Auditor Causarum ad Curiam Camerae Apostolicae spectantium, eorumque successores, Protectores atque Summi Pontificis Delegati pro hac Basilica et adiecto Coenobio nominarentur.

Progressu temporis, cum duo Patres Cardinales, memoratarum Basilicarum titulo aucti, saepe officio Archiepiscopi fungerentur in sedibus, quae nimis dissitae essent, iidemque propterea prohiberentur quominus munus sibi concreditum apud Asisinatem Basilicam expedite obire possent, Apostolicae huic Sedi visum est, ut in eorum locum duo e Romana Curia Cardinales substituerentur, qui, utpote a Sancta Sede Delegati, in eandem Basilicam ad normam Constitutionis a Benedicto XIV editae, suas curas impenderent.

Attamen, cum haec agendi norma recentioribus hisce temporibus intermissa sit, hinc haud paucae ortae sunt difficultates, ad quas remo vendas necessarium prorsus est, ut quae ad exercendam in Basilica S. Francisci iurisdictionem pontificiam pertineant, rite a Nobis definiantur.

Rebus igitur mature perpensis, Nos, exempla imitati Decessorum Nostrorum, qui sive dignitati et decori venerandi huius templi, sive spirituali bono piarum peregrinantium multitudinum sollicite semper prospexerunt, motu proprio decernimus ac statuimus quae sequuntur:

I. Cardinalis in Urbe commorans, a Nobis deligendus, tamquam Noster Legatus assignatur Patriarchali Basilicae a

[2] **Cfr. Const. Apost. *Fidelis Dominus,* d. 25 Martii a. 1754, sub plumbo data; Epistula *Seraphici Patriarchae* a Pio XII ad Rev.mum Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium d. 25 Martii, a. 1954, data: *A. A. S.* 46 (1954), p. 318.**

S. Francisco in urbe Asisio, qui nomine Nostro ordinariam et immediatam iurisdictionem exerceat.

II. Cardinali Legato conceditur ut iurisdictionem sibi datam demandare possit Custodi Sacri Coenobii Basilicae adiecti, qui proinde hac in re Vicarius posthac erit Cardinalis Legati, salvo et incolumi iure Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, qui quidem eadem potestate gaudebit, exercenda tamen per se vel per alium etiam stabiliter constitutum, absente Custode.

III. In Basilica vero et in Sacro Coenobio nec non in locis immediate adiacentibus iurisdictio exercenda praesertim complectitur facultatem verbi Dei praedicandi, assistendi matrimoniis et confessiones excipiendi, itemque curam de disciplina ecclesiastica secundum normas Apostolicae Sedis, peculiari modo quod attinet ad rem liturgicam et ad licentiam Missae celebrandae sacerdotibus advenis dandam.

IV. Patris Custodis Vicarii erit annuam relationem Cardinali Legato exhibere de concessarum facultatum usu, itemque matrimonia in Basilica celebrata significare tum Episcopo Asisinati, tum aliis locorum Ordinariis, quorum potestati nubentes sint obnoxii.

Quae autem hic statuta sunt, ea rata ac firma semper fore iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis Augusti, anno MDCCCCLXIX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Benedictum S. R. E. Card. Aloisi Masella, nonagesimum diem natalem celebraturum.

Signor Cardinale,

Il prossimo 29 giugno, giorno per Noi tanto caro e significativo, Ella compirà il suo novantesimo genetliaco.

Non vogliamo lasciar passare questa occasione senza dirLe, col Nostro particolare e fervidissimo augurio, tutta la Nostra stima, che risale ad antica data, tutta la Nostra affezione, che Ella ben merita per le Sue doti umane e sacerdotali, e tutta la Nostra riconoscenza per quanto Ella ha fatto per la Santa Chiesa, in una vita tutta spesa al suo servizio.

La ricorderemo in quel giorno nella Nostra preghiera, come affidiamo al Suo « memento » le intenzioni e le necessità del Nostro universale ministero, in quest'ora esaltante della vita della Chiesa, che lo. rende tanto arduo, e unicamente fiducioso nell'aiuto del Signore.

In pegno delle costanti consolazioni del Cielo, e a conferma della Nostra benevolenza, di cuore Le impartiamo la particolare Apostolica Benedizione, che estendiamo a quanti con Lei gioiranno nella fausta ricorrenza del Suo compleanno.

Dal Yaticano, 24 giugno 1969, anno settimo del Nostro Pontificato.

Peramanter in Domino

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Mauritium S. R. E. Card. Feltin, sexagesimo exacto anno ex quo Sacerdotio est auctus.

De tout cqeur, à l'occasion de votre soixantième anniversaire d'ordination sacerdotale, Nous rendons grâces avec vous au Seigneur pour ces années si bien remplies à son service généreux et désintéressé, Nous vous exprimons notre gratitude pour la manière exem-

plaire, dont vous avez rempli les tâches d'Eglise qui vous ont été confiées, et Nous Nous unissons à la joie de tous ceux qui vous entourent en cette célébration jubilaire, à commencer par le cher Cardinal François Marty, les évêques, prêtres, âmes consacrées et fidèles de Paris, heureux de redire leur affection à leur ancien archevêque, avec leur reconnaissance, et leur prière à toutes ses intentions.

C'est dans ces sentiments qu'en gage d'abondantes grâces Nous vous donnons notre affectueuse Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 26 Juin 1969.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Ioannem Franciscum Pompei, Reipublicae Italicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Signor Ambasciatore,

Neil'accogliere le Lettere Credenziali, con cui Ella inaugura la sua missione di Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Italiana presso la Santa Sede, il Nostro pensiero si rivolge deferente al Capo dello Stato e all'intera, a Noi sempre vicina e cara, popolazione d'Italia, dei cui sentimenti di leale e franca devozione Ella si è fatto interprete così eloquente. Subentrando nel delicato incarico al suo benemerito predecessore, Ella, d'ora in poi, avrà l'alto onore di rappresentare la Nazione, dalla quale proviene, ricordandocene, con la sua sola presenza, i vincoli profondi e vitali che ad essa Ci legano.

Effettivamente l'universalità e la gravità assillante dell'apostolico ministero non Ci fanno dimenticare, né mai lo potrebbero, i rapporti unici, personali, storici, di affezione, di stima, di riconoscenza, che abbiamo verso l'Italia : per il diritto della nascita, per l'eredità degli esempi familiari e civici, per le circostanze della Nostra formazione

*** Die 5 mensis iulii a. 1%9.**

umanistica e sacerdotale. Non possiamo certo soffermarci, in questo momento, sui singoli motivi che Ce la rendono cara : ma anche considerandone brevemente l'ampio arco della sua storia, non possiamo mai dimenticare la dignità umana, la ricchezza morale, il genio caratteristico, il patrimonio spirituale della cultura e dell'arte di una Nazione, singolarmente benedetta dai doni del Creatore; come non Ci può sfuggire, soprattutto, la fioritura di santità che da essa è scaturita, a onore dell'umanità e a edificazione della Chiesa universale, e si è irradiata nella bontà semplice, generosa, anonima delle varie generazioni, che hanno custodito il patrimonio della tradizione cattolica, salvaguardando i valori dello spirito, della famiglia, dell'educazione della gioventù, della integrità del costume.

A queste virtù desideriamo, oggi, rendere testimonianza; e queste Ella presenta e ricorda al Nostro animo. Gliene siamo grati : e auguriamo alla sua nobile azione i risultati che il Capo dello Stato, accreditandoLa presso la Sede Apostolica, si ripromette, non meno che Noi stessi.

Le meditate parole, da Lei testé proferite, Ci offrono al proposito un motivo di riflessione e di auspicio per una sempre stretta collaborazione, per un sempre costruttivo dialogo tra l'Italia e la Santa Sede, pur tra la diversità fondamentale della loro specifica missione, e la piena indipendenza dei loro rispettivi campi di azione.

Pare a Noi che vada particolarmente valutato nella sua realtà e nei suoi significati lo stato di cose, che in questi storici decenni si è maturato nei rapporti tra Italia e Sede Apostolica : ricordiamo con sempre viva ammirazione l'opera dei Nostri Predecessori, di Pio XI, primo autore della storica conciliazione, di Pio XII, *defensor Civitatis,* e di Giovanni XXIII, i quali moltiplicarono le loro manifestazioni di affetto e di attenzione verso Roma e verso l'Italia; non abbiamo dimenticato le frequenti attestazioni di cordialità e di plauso, che il Capo dello Stato e le Autorità politiche, militari e civili, hanno dato ai Nostri Predecessori di v. m., e a Noi stessi, in numerose circostanze; né possiamo non rilevare come sia stato raggiunto, in questo campo, un equilibrio, che fa onore tanto all'Italia, come alla Chiesa.

Tale equilibrio, a Nostro avviso, è da conservare lealmente, per i benefìci che esso, indubbiamente, reca con sé, per lo spirito di franchezza e di cooperazione che lo anima e per la conservazione e l'incremento della pace interiore delle coscienze, come della tranquillità dei civili rapporti.

Questo equilibrio tra l'Italia e la Santa Sede è anche da comprendere e da approfondire nel susseguirsi delle vicende storiche e sociali: sia nella rispettiva autonomia delle alte Parti interessate — come già abbiamo accennato facendo eco alle sue parole, Signor Ambasciatore —, autonomia intesa come espressione sempre più consapevole della libertà loro propria, del reciproco rispetto e della mutua collaborazione, per i punti ove si incontrano le rispettive sfere di azione; sia nella loro complementarietà storica, culturale, religiosa, che non può non essere profìcua e per il Popolo Italiano come per la Chiesa.

Non Ci nascondiamo peraltro che l'accennato dialogo tra la Santa Sede e l'Italia è un dialogo delicato: Ella stessa ha accennato a problemi concernenti le relazioni bilaterali, che attendono di essere risolti nell'ambito della loro propria sovranità e indipendenza. Al riguardo Noi abbiamo fatto sapere che non ricusiamo di prendere in esame }a possibilità e la convenienza di riconsiderare di comune intesa talune clausole del Concordato, in ordine ad una loro eventuale revisione, risultante da accordo bilaterale, ferma restando la garanzia costituzionale assicurata ai Patti Lateranensi nell'ambito giuridico dello Stato Italiano. Noi Ci auguriamo che tale procedimento avvenga in un costruttivo intento di amichevole cooperazione, assicurando di gran cuore che l'unico Nostro movente è e sarà sempre quello di provvedere al bene spirituale e all'incremento civile e sociale dell'Italia, nel quadro d'una pace vera e costruttiva.

A questa pace Ella ha fatto riferimento. La Nazione Italiana Ci ha espresso più volte, per il tramite del suo Presidente, la sua autorevole adesione alla Nostra opera di pace nel mondo: voglia il Cielo assecondarla, con la collaborazione di tutte le Nazioni veramente sollecite del bene dell'umanità; e tra queste sappiamo quale preziosa ed effettiva attività svolga l'Italia a livello di organismi e di incontri internazionali. Noi auspichiamo che, Dio volendo, a tale convergente azione corrisponda la bontà di felici risultati.

Con questo augurio Le diamo il Nostro benvenuto e siamo lieti di corrispondere al suo desiderio, inviando al Presidente della Repubblica, al Governo e all'intero Popolo Italiano la Nostra Apostolica Benedizione.

II

Ad Excellentissimum Virum Hosea Josias Soko, Zambiae cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Mister Ambassador,

Thank you very much. indeed for the kind greetings you bring Us from the President and the Government and people of the Republic of Zambia. We extend to Your Excellency a sincere personal welcome as third Ambassador of your country to this Holy See.

We have listened to your message with great interest, and We very deeply appreciate the sentiments you have expressed.

We too feel great sorrow at the conflicts which are taking place in the world to-day, and We grieve at the unnecessary sufferings of so many human beings — many of them innocent of any participation in the wars around them.

Your Excellency knows of Our profound and sincere desire for peace, and of the untiring ceaseless efforts We are making to that end.

Our humanism also confirms the human dignity of man, and gives Christian values to life. This gives Us great opportunity for collaboration with your country. The présence of the Church in Zambia can be a really effective force for the attainment of human values. We only ask for trust and goodwill, and the facilities for collaboration with your country in free and honest work for the good of your great people.

We recali with great satisfaction the meetings with your very esteemed President, His Excellency Doctor Kaunda, here and at Geneva. We ask Your Excellency to convey to your President Our greetings and sincere good wishes; and for him, his Government and his beloved people, We off er Our prayers for the richest heavenly grâces and favours.

We wish Your Excellency every success in your important work, and We assure you of Our finn desire for the closest collaboration.

*** Die 7 mensis iulii a. 1969.**

III

Ad Excellentissimum Virum Kidane Mariam Hatte, ab Aethiopiae Imperatore primum apud Sedem Apostolicam liberis cum mandatis Legatum constitutum, qui Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradidit. *

Signor Ambasciatore,

La ringraziamo per le nobili parole, con cui ha inaugurato la Sua missione di rappresentante diplomatico dell'Imperatore di Etiopia presso la Sede Apostolica.

Ella è il primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Etiopia, dopo la recente elevazione della Legazione al grado di Ambasciata. Siamo pertanto lieti di riceverLa in cotesta funzione, e di darLe il Nostro benvenuto, in un'occasione quanto mai gradita, che riveste, in questo momento, un significato tutto particolare, perché presenta al Nostro sguardo e la figura del Suo degno Sovrano e l'immagine del Suo Paese.

Effettivamente, il presente incontro anche a Noi ricorda quello della sera dello scorso 10 giugno, a Ginevra, quando avemmo l'occasione di trovarci a colloquio con Sua Maestà Hailé Selassié I, in una breve pausa di quella intensa e per Noi indimenticabile giornata. Abbiamo visto in lui la figura d'una persona nobile e buona, pensosa del bene del suo popolo come dell'ordinato e pacifico progresso del continente africano. Sappiamo che sentimenti umani e religiosi guidano il suo animo e la sua azione di Uomo di governo : una sincera fiducia in Dio, senza il cui aiuto invano si edifica la casa e si veglia sulla città,[1] e una concreta volontà di pace. A questa fiducia e a questa volontà abbiamo voluto rendere omaggio nelle parole a lui dirette : di qui ancora desideriamo ripetergli la Nostra stima, « pour le respect manifesté dans toute son action en faveur de la dignité de la nature humaine, et pour l'exemple de courage personnel et de force d'âme qu'il a donné, dans une vie non exempte de sacrifices)).[2]

In quell'incontro, poi, Ci è apparsa, come ora Ci appare nella felice circostanza odierna, l'immagine d'un Paese dalle varie e animate vicen-

*** Die 8 mensis iulii a. 1969.**

[1] **Cf. *Ps.* 126, 1.**

[2] **Cf. *A. A. S.* 61 (1969), pp. 508-509.**

de storiche e, soprattutto, di antica tradizione cristiana, che risale certamente ai primi decenni del iv secolo, e forse molto oltre. Come fanno notare gli storici, è il Cristianesimo che ha dato all'Etiopia la sua individualità storica, e ne ha segnato le tappe di un cammino millenario : e all'impronta cristiana essa è rimasta fedele, ha vissuto e sofferto. L'essere tuttora profondamente radicata al passato non impedisce alla nobile Nazione di rivolgersi con sforzo tenace verso il progresso moderno : sicché la sintesi che il Suo Paese Ci offre oggi allo sguardo è quella di una fedeltà religiosa e storica congiunta a un forte desiderio di sviluppo, e a un lodevole impegno di intrattenere con i popoli del mondo, in particolare con le Nazioni dell'Africa, relazioni ampie e pacifiche.

Noi, pertanto, siamo lieti di ripetere oggi per il Suo tramite, all'Imperatore e a tutta la popolazione etiopica che volentieri alimentiamo con essi i Nostri amichevoli contatti. Tali rapporti, agevolati quasi da una misteriosa e presaga volontà di mutua conoscenza e di comprensione, non sono solo di oggi : non sono mancate nei secoli legazioni inviate dai Negus presso i Nostri Predecessori, improntate a mutuo rispetto e cordialità. Ne restano, in Vaticano, testimonianze singolari : prima, l'antica chiesa di S. Stefano, dietro la Basilica Vaticana, che fu già monastero, ove visse nel vi secolo la patrizia romana Galla, figlia del console Simmaco, passò poi a religiosi, e fu quindi affidata nel 1481 a monaci etiopici da Papa Sisto IV, in occasione della venuta in Roma di una deputazione etiopica, da cui il suo nome di S. Stefano dei Mori o degli Abissini, convento nobilitato dalla presenza e dalla virtù di Tespa Sion ;[3] seconda, il Pontificio Collegio Etiopico per il clero secolare, che si sviluppò da quell'antico monastero, e fu poi trasferito nel nuovo, arioso edificio nei Giardini Vaticani.

Tutto questo dice che l'Etiopia è di casa in Vaticano, ha vissuto e vive a fianco a fianco con la vita della Chiesa. Ecco perché la Sede Apostolica si sente particolarmente disposta, come dicevamo, a intrattenere buoni rapporti : sia per la stretta parentela dei cattolici di rito etiopico con la Chiesa copta etiopica, che speriamo sia un giorno in piena comunione con noi, e per la testimonianza, che quella

[3] Of. Mauro da Leonessa, *S. Stefano Maggiore degli Abissini e le relazioni romano-etiopiche,* Città del Vaticano, 1929 ; 6. Giovannoni, *La chiesa vaticana di S. Stefano Maggiore,* in « Mem. Pont. Accad. Rom. di Aren. » 4, 1934.

stessa Chiesa offre a Cristo e alla Vergine Santissima; sia per la presenza leale ed attiva della Chiesa cattolica latina in Etiopia, oggi messa in luce anche dall'opera efficace e apprezzata che svolgono nel campo dell'educazione e della cultura le scuole cattoliche, e la nuova Università cattolica d'Asmara.

Noi auspichiamo che questi contatti preziosi possano divenire sempre più fruttuosi, e per la Chiesa e per l'Etiopia. E mentre rinnoviamo i Nostri voti per il progresso civile, l'incremento sociale, le affermazioni spirituali della Nazione, siamo in dovere di invocare sull'Imperatore Hailé Selassié, e su tutta l'Etiopia, a Noi tanto diletta, la continua effusione delle grazie divine.

IV

Ad Excellentissimum Virum Ibrahim Abdul Rahman Al-Dawood, Iraquianae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Mister Ambassador,

It is with great pleasure that We greet Your Excellency today. We are honoured to receive you and to accept the Letters of Credence by which the President of the Republic of Iraq, His Excellency Ahmed Hassan Al-Bahr, has appointed you to be Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary to the Holy See.

In expressing Our very deep gratitude at the **land** and friendly words you have addressed to Us to-day, We wish to assure you of Our every desire for the closest and friendliest collaboration.

We greatly appreciate your statement about the importance of the spiritual nature of Man, and the sentiments you have expressed are of valuable encouragement for all who are striving to teach the higher ideáis of human nature. We are also pleased at what you have said concerning Our efforts for peace — a work that is part of Our spiritual mission and that We carry on unceasingly for the good of humanity.

We hold out the hand of friendship to your beloved country. The Church only **Avishes** to work in liberty and peace to teach spiritual

* Die 10 mensis iulii a. 1969.

values and to cooperate, through works of éducation and charity, for the weif are of the beloved people of Iraq. With this spirit of service, the Holy See hopes it may be possible to overeóme any différences that may exist, especially in the fleld of éducation.

We particularly ask Your Excellency to convey to your President Our sincere assurances of esteem and regard, and We pray that the people of Iraq may have an abundance of heavenly blessings.

We extend to you, Mister Ambassador, Our good wishes for the successful accomplishment of your high mission and We reiterate Our deep desire for the happiest and friendliest relations between your country and the Holy See.

V

Christifidelibus coram admissis Beatissimus Pater, austronautis e Luna redeuntibus, rationem inter fidem scientiaeque pervestigationes illustrat. *

Diletti figli e figlie,

Si è tanto parlato in questi giorni, e in tutto il mondo, e con tutte le voci possibili, dell'impresa lunare; Noi stessi vi abbiamo dedicato qualche esclamazione ammiratrice, così che sembrerebbe ora cosa migliore per Noi tacerne che parlarne. Ma, oltre il fatto che proprio domani la straordinaria escursione planetaria deve concludersi con il ritorno, che auguriamo felicissimo, degli astronauti sulla terra, questo avvenimento penetra talmente nella psicologia della pubblica opinione da costituire una sorgente di pensieri, di questioni/ di spiritualità, che commetteremmo un peccato di omissione, se non Ci fermassimo, anche in questo familiare incontro, a meditarlo un po'. È purtroppo vero che la superficialità è una abitudine di moda. Anche le più forti impressioni, che a noi vengono dall'esperienza della vita moderna, si cancellano subito; o subito sono soverchiate da altre successive,, così che spesso manca il tempo, manca la voglia di approfondirle, e di coglierne il significato, la verità, la realtà. Ma in questo caso il trauma della novità e della meraviglia è così forte, che sarebbe stoltezza non riflettere su questa, possiamo dire, sovrumana e storica avventura, alla quale tutti abbiamo, come spettatori esterrefatti, in qualche modo — anche questo meraviglioso — assistito.

*** Die 23 mensis iulii a. 1969.**

Ciascuno vi pensi a suo modo, purché vi pensi ! L'importanza degli studi scientifici può essere di per sé oggetto di interminabili considerazioni, Ad esempio, quella circa lo sviluppo e il progresso, che questi studi hanno avuto nel tempo nostro, fino a modificare la mentalità umanistica tradizionale della nostra cultura e della nostra scuola; il che vuol poi dire della nostra vita. Il bilancio di questi studi positivi e scientifici è così attivo, che una grande attrattiva vi polarizza molta parte delle nuove generazioni, e un ottimismo sognatore sulle loro future conquiste ne fa quasi un'iniziazione profetica. E sia pure. Il campo scientifico merita ogni interesse.

Ma intanto potremmo, di passaggio osservare come sia fuori luogo, almeno a questo riguardo, il disfattismo oggi di moda contro la società e la sua compagine, e in genere contro la vita moderna. Questo disfattismo seduce oggi perfino qualche parte della gioventù, e altri uomini di pensiero e d'azione; li gratifica di audace progressismo, e sembra loro conferire una personalità superiore, quando li riempie di istinti ribelli e di spregiudicato disprezzo verso la nostra età e verso il suo sforzo creativo. La vita invece è seria; e ce lo insegna la somma immensa di studi, di spese, di fatiche, di ordinamenti, di tentativi, di rischi, di sacrifici, che una impresa colossale, come quella spaziale, ha reclamati. Criticare, contestare è facile; non così costruire, in questa iniziativa si comprende; ma parimente in altre moltissime da cui risulta la nostra presente civiltà. Perciò Ci sembra che un dovere di ripensamento e di apprezzamento dei valori della vita moderna ci sia intimato dall'avvenimento che stiamo celebrando. Noi non neghiamo alla critica i suoi diritti, né rimproveriamo al genio dei giovani il suo istinto di emancipazione e di volontà. Ma riteniamo non degno di giovani il decadentismo iconoclasta e privo di amore dei contestatori di mestiere. I giovani devono sentire l'impulso ideale e positivo che loro è offerto dalla magnifica avventura spaziale. Ed allora ecco un'altra considerazione. Questo nostro aperto suffragio per la progressiva conquista del mondo naturale, per via di studi scientifici, di sviluppi tecnici e industriali, non è in contrasto con la nostra fede e con la concezione della vita e dell'universo, ch'essa comporta. Basta ricordare quanto insegna a questo riguardo il recente Concilio.[1]

Qui tocchiamo uno dei punti più delicati della mentalità moderna rispetto alla nostra religione cattolica, una religione cioè positiva,

[1] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, nn. 37, 58, 59, ecc.

con sue dottrine ben determinate, e ordinate a sistema unitario, incentrato in Gesù Cristo, nel suo Vangelo, nella sua Chiesa. Ora è facile riscontrare nella mentalità dell'uomo odierno, specialmente di quello dedicato agli studi scientifici, una duplice serie di difficoltà : una di ordine essenziale, l'altra di ordine storico. Come può, dice oggi lo studioso, entrare nello schema dogmatico e rituale della vita cattolica l'immenso patrimonio delle scoperte scientifiche, con l'impiego libero e totale della ragione, e con la concezione che ne risulta sul mondo e sull'umana esistenza? E come può, insiste lo studioso osservando i mutamenti continui, rapidi e macroscopici, che avvengono col volgere del tempo nel pensiero e nel costume dell'uomo moderno, rimanere intatta la religione tradizionale, racchiusa in una mentalità statica e d'altri tempi?

Occorrerebbero libri interi, sia per formulare queste obiezioni capitali, sia per rispondervi. Non è certo qui, né in questo momento che 10 faremo. Ma ora Ci basti rassicurarvi. La fede cattolica, non solo non teme questo poderoso confronto della sua umile dottrina con le meravigliose ricchezze del pensiero scientifico moderno, ,ma lo desidera. Lo desidera, perché la verità, anche se si diversifica in ordini differenti e se si appoggia a titoli diversi, è concorde con se stessa, è unica; e perché è reciproco il vantaggio che da tale confronto può risultare alla fede [2] e alla ricerca e allo studio d'ogni campo conoscibile.

È stata questa una delle affermazioni caratteristiche e più documentate del pensiero cattolico apologetico del secolo scorso e della prima metà del nostro secolo, con risultati magnifici, dei quali le nostre Università sono documenti gloriosi.

Adesso si profilano altre tendenze, che suppongono, non smentiscono la precedente : quella, che si rifa alla famosa parola di Sant'Agostino, e che possiamo dire psicologica : « Tu, (o Signore), ci hai fatti per Te ed è inquieto il nostro cuore, finché non si riposi in Te)).[3] 11 bisogno di Dio è insito nella natura umana, e quanto più essa progredisce tanto più essa avverte, fino al tormento, fino a certa drammatica esperienza, il bisogno di Dio. Ovvero quella che, tanto per intenderci, potremmo dire la tendenza cosmica : chi studia, chi cerca, chi pensa non può sottrarsi ad una obiettiva onnipresenza di Dio,

[2] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 44.**

[3] ***Confess.* I, 1.**

antica verità, che il Libro sacro sempre ci ripete: «Dove andrò io lungi dal Tuo spirito (o Signore), e dove fuggirò io dalla Tua faccia?)).[4] Impossibile sottrarsi da questa presenza, di cui la materia, la natura è, per chi lo sa comprendere, un libro di lettura spirituale : « In Lui (cioè in Dio, dice San Paolo) noi viviamo, ci muoviamo, ed esistiamo)).[5] Il Dio ignoto è sempre lì ; ogni studio delle cose è come un contatto con un velo dietro il quale si avverte un'infinita palpitante Presenza.

I ask this question of you, beloved sons and daughters :

Why have I come to Africa, to Uganda, and right here to Namugongo?

I have come to do honour to your Martyrs. Here is being raised a Sanctuary to the glory of the Lord in their memory; and I decided to come from Rome to bless the altar of this Sanctuary. My intention is to venerate also, by this act, all those other Christians who have given their lives for the Catholic Faith in Africa, here and everywhere.

But, you will ask me, why should the Martyrs be honoured?

And I answer you : It is because they have performed the most heroic, and therefore the greatest and most beautiful of ail actions; they have, as I said, laid down their lives for their Faith, that is, for their religion and for the freedom of their conscience. Therefore they are our champions, our héroes, our teachers. They teach us how real Christians should be. Listen to me now : Should a Christian be a co ward? Should he be afraid? Should he betray his own Faith? No ! Of course not ! Your Martyrs teach us just how true Christians should be, especially young Christians, African Christians. For Christians must be courageous, they must be strong, they must, as Saint Peter wrote, " **be firm in** the faith Your Martyrs teach **us** how much the Faith **is** worth !

But, you ask **me,** is Faith worth more than life?

' ' ***1 Pet.* 5, 9.**

Yes, indeed ! Faith is more valuable than our présent life, which is a mortal life ; whereas Faith is the beginning of the immortal life of happiness, that is, of the life of God in us. Do you know this most important truth? You ans wer : Yes ! Because you have learned that Faith is aceepting the Word of God ; and whoever accepts the Word of God begins to live of God Himself.

Now, you may ask me : Is Faith enough, to be living in God and to be saved?

But you know your Catechismi Faith is indeed necessary; but it is not enough. Together with Faith, you need grace, you need the Holy Spirit, you need that great Sacrament which makes us Christians, the Sacrament of Baptism; and then you also need the other Sacr amen ts, which make us live as sons of God, as brothers of Christ, as tabernacles of the Holy Spirit—which make us good and holy—which make us members of the Church—which make us meritorious of Heaven. The Sacrament of the Blessed Eucharist, the most mysterious, but also the holiest and most life-giving of ali the Sacraments, gives us Jesus Christ Himself; saçrificing Himself for us, He made Himself into living bread for our souls.

Well, then, you may say, it is a fine thing to be Christians !

Yes, indeed, beloved sons and daughters, it is a very fine thing. I would like this idea to remain deeply impressed in your memory, or rather, in your conscience, forever : it is a very fine thing to be Christians ! Pay attention, however—It is a very fine thing, but it is not always an easy thing. Look at your own Martyrs. They had to suffer for their faithfulness to Christ. One who is a Christian must live according to his Faith; then it can happen that his attachment to his Faith demands sacrifice—sometimes, it requires great sacrifices—but, most of ten, it only demands many little sacrifices made frequently ; but these sacrifices are precious, full of noble manly vigour; they make life strong and virtuous, they keep it pure and honest, they turn it always towards love : to the love of God, which is the first thing we must do; then to the love of other men, especially those nearest to us, our neighbour, and so to the love of all human beings, good and bad, near and far.

So then, you ask me again, to be Christians is important for our présent life, since it obliges us to love everyone, and to do good to all of society?

Exactly so, is my reply. The Christian life is of great importance

even for our earthly life; it is of importance for ali human activity, and for all living together in society: for the family, the school, for work; for peace between all social classes, between the tribes, between the nations. Every where, it promotes good, it demands freedom, it asks for justice; it takes care of the weak, the poor, the suffering, and even of its enemies, and of the dead. For the Christian life, when it truly has Christ in its heart, is like a fountain of goodness and love, overflowing on all sides in good.[2]

Perhaps you now ask me a final question ; you ask :

How can we live well our Christian Faith?

Here, then, is how I would summarize all that I would wish to say to you :

First, Have great love for Jesus Christ; try to know Him well, remain united to Him, have great Faith and great trust in Him. Second, be faithful to the Church, pray with her, love her, make her known, and always be ready, as your Martyrs were, to bear frank witness to her. Third, be strong and courageous; be content; be happy and joyf ul always ! Because, remember this always, the Christian life is a most beautiful thing ![3]

XIV

Habita in sacra Aede anglicanis Ugandensibus dicata, qui et ipsi mortem pro Christo oppetiverunt. *

From its earliest planning, it was Our earnest desire that in the course of this brief visit to Uganda We should come here, to Namugongo. We wished to mett the Anglican Church which flourishes in this country. We wished to pay homage to those sons of whom it is most proud : those who—together with our own Catholic Martyrs—gave the generous witness of their lives to the Gospel of the Lord we have in common, Jesus Christ. For all of them, there is the same inspired word of praise : " These all died in faith, not having received what was promised, but having seen and greeted it from afar, and having acknowledged that they were strangers and exiles on the earth ".[1]

[2] **Cf. *Io.* 4, 14.**
[3] **Of. *Phil.* 4, 4.**
*** Die 2 mensis augusti a. 1969.**
[1] ***Hebr.* 11, 13.**

In the Martyr's spirit of ecumenism, we cannot résolve our différences „by mere re-consideration of the past, or judgement upon it. Instead, we must press on in confidence that new light will be given us, to lead us to our goal; we must trust that new strength will be granted us, so that, in obédience to our common Lord, we may all be able to receive the grâce of unity.

The Uganda martyrs were brought together by suffering, and died in faithful witness and hope. They now see, as Ave must, much to thank God for, " since God had foreseen something better for us, that apart from us they should not be made perfect ".[2]

Among ecumenical enterprises, the Christian Council in Uganda is particularly flourishing. Since there can be no growth towards unity without strong deep local roots, it is Our prayer and, We feel confident, your prayer also, that the spiritual quality of this association may increase as collaboration extends into new fields.

Thus, not only in Uganda, but in all the great African continent, spiritual hunger will intensify to bring healing to that division of which the Second Vatican Council said that it " openly eontradicts the will of Christ, scaiidalizes the world, and damages that most holy cause, the preaching of the Gospel to every creature " .[3] May the Lord bless the work of the All-Africa Christian Conference, as it bends its efforts towards the unity of all Christians !

A notable achievement in Christian co-operation is the common effort among the various confessions to provide readily accessible translations of Sacred Scripture, that rich source from which the minds and hearts of men receive the life-giving nourishment of divine Révélation. As the Council declared, " in the ecumenical dialogue itself, the Sacred Word is a precious instrument in the mighty hand of God, for attaining to that unity which the Saviour holds out to ali men

This and many other forms of common work in Christ are gathered up in a single résolve. Por this is the search we ali pursue together, for that true, visible and organic unity which Christ so clearly willed, in order that the world might believe—that consummatum for which, on the ève of His saving death, He so solemnly prayed to the Father.

In Jesus We express to you, Our Christian brethren, heartfelt greetings and good wishes, in fìrm and lasting hope, in ardent and sincere charity, invoking rich divine favours and grâces.

[2] ***Hebr.* 11, 40.**

[3] **Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 1.**

[4] **Ibid. n. 21.**

NUNTIUS RADIOPHONICUS

£ turri speculationis sideribus ad Arcem Gandulfi missus, cum primum astronautae, per spatia extra-atmosphaerica audaci emenso itinere, in Lunae solo pedem posuissent. *

Gloria a Dio nell'alto dei cieli e pace in terra agli uomini del buon volere!

Noi, umili rappresentanti di quel Cristo, che, venendo fra noi dagli abissi della divinità, ha fatto echeggiare nel firmamento questa voce beata, oggi vi facciamo eco, ripetendola come inno di festa da parte di tutto il nostro globo terrestre, non più invalicabile confine dell'umana esistenza, ma soglia aperta all'ampiezza di spazi sconfinati e di nuovi destini.

Gloria a Dio!

E onore a voi, uomini artefici della grande impresa spaziale! Onore agli uomini responsabili, agli studiosi, agli ideatori, agli organizzatori, agli operatori! Onore a tutti coloro che hanno reso possibile l'audacissimo volo! A voi tutti onore, che vi siete in qualche modo impegnati! Onore a voi, che, seduti dietro i vostri prodigiosi apparecchi, governate, a voi, che notificate al mondo l'opera e l'ora, la quale allarga alle profondità celesti il dominio sapiente e audace dell'uomo.

Onore, saluto e benedizione!

Here, from His Observatory at Castel Gandolfo, near Rome, Pope Paul the Sixth is speaking to you astronauts.

Honour, greetings and blessings to you, conquerors of the Moon, pale lamp of our nights and our dreams! Bring to her, with your living présence, the voice of the spirit, a hymn to God, our Creator and our Father.

We are close to you, with Our good wishes and with Our prayers. Together with the whole Catholic Church, Pope Paul the Sixth saintes you.

•Die 21 mensis iulii a. 1969.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 14 Aprilis 1969. — Titulari episcopali Ecclesiae Polymartiensi praefecit Exc. P. D. Isidorum Augustum Oviedo y Reyes, hactenus Episcopum Leonensem in Nicaragua.

— Titulari episcopali Ecclesiae Civitatis Ducalis R. D. Emmanuelem Espinoza Salazar, curionem civitatis vulgo Diriamba in archidioecesi Managuensi, quem constituit Administratorem Apostolicum dioecesis Leonensis in Nicaragua.

die 22 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Traguriensi Exc. P. D. Franciscum Iosephum Bruls Canisius, hactenus Episcopum Villa vicentiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Villavicentiensi Exc. P. D. Gregorium Garavito Jiménez, hactenus Episcopum titularem Cyparissiensem.

die 25 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Valleduparensi, noviter erectae, Exc. P. D. Vincentium Roig y Villalba, hactenus Episcopum titularem Aradensem.

— Cathedrali Ecclesiae Maganguënsi, noviter erectae, Exc. P. D. Eligium Tato Lozada, hactenus Episcopum titularem Cardicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sincelejensi, noviter erectae, Exc. P. D. Felicem Torres Parra, hactenus Episcopum titularem Cellensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Barranquillensi, nuper erectae, Exc. P. D. Germanum Villa Gaviria, hactenus Episcopum Barranquillensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Montis Corbini R. D. Franciscum Oves Fernández, e clero dioecesis Camagueyensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Alfredi Müller y San Martín, Episcopi Ceiitumfocensis.

die 29 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Satrianensi Exc. P. D. Raimundum Iglesias Navarri, hactenus Episcopum Urgellensem.

die 30 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Scardonensi Exc. P. D. Franciscum Iosephum Schenk, hactenus Episcopum Dulutherisem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ourensi R. D. Emmanuelem Samaniego Barriga, e clero archidioecesis Moreliensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Guizar Barragán, Episcopi Saltillensis.

die 9 Maii. — Administrationi Apostolicae Izabalensi Exc. P. D. Gerardum Humbertum Flores Reyes, Episcopum titularem Novacaesariensem.

— Praelaturae Escuintlensi, noviter erectae, R. D. Iosephum Iulium Aguilar García, Canonicum Capituli metropolitani Guatimalensis.

die 17 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tagaratensi R. D. Antonium González Zumarraga, Cancellarium curiae archiepiscopalis Quitensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cellensi in Proconsulari R. D. Ioannem Larrea Holguín, Consiliarium Societatis Sanctae Crucis et Operis Dei in Aequatoria, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis.

die 23 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Legazpiensi Exc. P. D. Theotimum Pacis, hactenus Episcopum Palensem.

die 26 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thizicensi R. D. Alfonsum Nava Carreón, Cancellarium curiae archiepiscopalis Sucreñsis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Clementis S. R. E. Cardinalis Maurer, Archiepiscopi Sucrensis.

die 2 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ceramussensi R. D. Augustum Aristizábal Ospina, e clero dioecesis Sonsonensis-Rivi Nigri, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Alberti Uribe Urdaneta, Archiepiscopi Caliensis.

die 11 Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Florentinensi R. D. Aloisium Barbarito, e clero dioecesis Abellinensis, quem deputavit Apostolicum Nuntium in Republica Haitiana.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

INDIANAPOLITANA

Nullitatis matrimonii (Cooper-Stover)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Glen Earl Stover, conventi in causa de qua supra, eundem citatus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 7 octobris 1969, hora meridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti viri domini Glen Earl Stover, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Gerardo Maria Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 mensis iulii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Glen Earl Stover, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Bote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 7 octobre 1969, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité dû mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Glen Earl Stover devront, dans la mesure du possible, l'avertir de .la présente citation.

II

PLACENTINA seu MUTINENSIS

Nullitatis matrimonii (Cammi-Betti)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Santi Betti, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 30 octobris 1969, hora decima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Santi Betti, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Nicolaus Ferrar o, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 mensis iulii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Santi Betti, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 30 octobre 1969, à 10 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. -Santi Betti, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

ANGELORUM IN CALIFORNIA

Nullitatis matrimonii (Bateman-Fellner —• Bateman Sheets)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Francisci Fellner et domini Ioannis Sheets Fred, cónventorum in causa de qua supra, eosdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) in diem 27 octobris 1969, hora decimatertia seu prima postmeridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 8 februarii 1969 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictorum dominorum Francisci Fellner et Ioannis Sheets Fred, curare debent ut ipsi de hac edictali citatione rite moneantur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 mensis iulii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. François Fellner et de M. Jean Sheets Fred, défendeurs en cette cause, nous les citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 27 octobre 1969, à 13 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 8 février 1969 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit François Fellner et dudit Jean Sheets Fred, devront, dans la mesure du possible, les avertir de la présente citation.

IV

"TUNQUENSIS

Nullitatis matrimonii (Avila - Ramírez)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Blancae Ramírez Rodríguez, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 27 octobris 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Blancae Ramírez Rodríguez, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 mensis iulii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Blanche Ramírez Rodríguez, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 27 octobre 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Blanche Ramírez Rodríguez, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 5 luglio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **GIAN FRANCO POMPEI**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Italia.

Lunedì, **7** luglio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HOSEA JOSIAS SOKO**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Zambia.

Martedì, 8 luglio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **KIDANE MARIAM HAILÉ**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Etiopia.

Giovedì, **10** luglio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **IBRAHIM ABDUL RAHMAN AL-DAWOOD**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Irak.

Lunedì, 28 luglio **1969,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **GEORGE** M. **KAMBA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Uganda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

28 agosto 1969. S. E. Mons. Jadot Giovanni, Arcivescovo tit. di Zuri, *Pro-Nunzio Apostolico in Thailandia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

9 luglio 1969. U Rev. Mons. Luoni Silvio, *Osservatore Permanente Aggiunto della Santa Sede presso la F.A.O.*

10 » » L'Emo Signor Card. Violardo Giacomo, *Membro della Commissione Cardinalizia per la Prefettura degli Affari, Economici della Santa Sede.*

10 luglio 1969. Il Rev. Mons. Giannecchini Mario, *Capo della Cancelleria del Tribunale della Sacra Romana Rota.*
26 » » Gli Illmi Professori Petroncelli Mario e Golzio Silvio, *Membri della Consulta per lo Stato della Città del Vaticano.*
28 » » Gli Emi Signori Cardinali: Gracias Valeriano, Arcivescovo di Bombay; Doi Pietro Tatsuo, Arcivescovo di Tokyo; Duval Leone Stefano, Arcivescovo di Alger ; Darmojuwono Giustino, Arcivescovo di Semarang; Yü Pin Paolo, Arcivescovo di Nanking; Kim Sou Hwan Stefano, Arcivescovo di Seoul, *Membri del Segretariato per i non Cristiani.*
» » » Il Rev. Sac. Colagiovanni Emilio, *Difensore del Vincolo presso il Tribunale della Sacra Romana Rota.*
29 » » Il Rev. Mons. Guardone Emilio, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*
81 » » S. E. Revma Mons. Herlihy Donai, Vescovo di Feras, *Membro della Sacra Congregazione per i Vescovi.*
9 agosto » Le Loro Eccellenze Revme i Monsignori Donnellan Tommaso A. e Garda Lahiguera Giuseppe M., *Membri della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*
23 » » S. E. Revma Mons. Henríquez Jiménez Luigi Edoardo, Vescovo tit. di Lamdia, *Membro della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*
5 settembre » S. E. Revma Mons. Roca Cabanellas Michele, Vescovo di Cartagena (Spagna), *Membro della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

NECROLOGIO

3 agosto 1969. Monsig. Sargolini Federigo, Vescovo tit. di Lisiade.
4 » » Monsig. Fied Justin James, Vescovo di Saint George's in Grenada.
5 » » Monsig. Zoppas Fortunato, Vescovo tit. di Siccenna.
8 » » Monsig. Gaudel Auguste Joseph, Vescovo tit. di Nisiro.
9 » » Monsig. de Campos Antonio, Vescovo tit. di Febiana, Ausiliare di Lisboa.
13 » » L'Emo Signor Card. Fasolino Nicolás, del Titolo della B. M. V. Addolorata al Foro Boario, Arcivescovo di Santa Fe in Argentina.
25 » » Monsig. Falkowski Czeslaw, Vescovo di Lomza.
13 settembre Monsig. Sheil Bernard James, Arcivescovo tit. di Selge, Ausiliare di Chicago.
15 » » Monsig. Feeney Daniel Joseph, Vescovo di Portland.
17 » » L'Emo Signor Card. Urbani Giovanni, del Titolo di S. Marco, Patriarca di Venezia.

An. et vol. LXI 30 Octobris 1969 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Novae normae de pastorali migratorum cura statuuntur

PAULUS PP. VI

PASTORALIS MIGRATORUM CURA semper ad se convertit maternas catholicae Ecclesiae sollicitudines, quae quidem, saeculorum decursu, numquam destitit omni ope eos iuvare, qui, sicut Christus in Aegypto exsul cum Nazarethana Familia, procul a patria migrare coacti sunt.

Quarum sollicitudinum Ecclesiae testimonium praeclarum exstat Constitutio Apostolica, cui index est *Exsul Familia,*[1] a Decessore Nostro ven. rec. Pio XII, die i mensis augusti, anno MCMLII edita, quae recentioribus hisce temporibus praecipuum Romanorum Pontificum documentum habendum est, ad huiusmodi quaestiones quod attinet.

Huius rei gravitas atque momentum minime effugit Patres Concilii Oecumenici Vaticani II, qui consilio permoti aptius atque efficacius ordinandi spiritualem migratorum curam, hanc quaestionem omni ex parte expenderunt, praesertim autem quod spectat ad eius religiosam rationem, utpote quae arcte

[1] *A. A. 8.* XLIV (1952), pp. 649 ss.

conectatur cum proprio Ecclesiae fine, qui ad procurandam animorum salutem praecipue tendit.

Ac revera Concilium Oecumenicum, postquam peculiarem sollicitudinem commendavit pro fidelibus *qui ob vitae condicionem communi ordinaria cura pastorali non satis frui valent aut eadem penitus carent, uti sunt quam plurimi migrantes, exsules et profugi,* enixe hortatur Episcoporum Conferentias, praesertim nationales, ut *urgentioribus quaestionibus ad praedictos spectantibus sedulo studeant, et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali eorum curae, concordi voluntate viribusque unitis consulant atque faveant.*[2] Idem Sacrosanctum Concilium praeterea haec alia hortamenta Episcopis adhibet: *Erga omnes sollicitos se praebeant cuiuscumque sunt aetatis, condicionis vel nationis, tum incolas, tum advenas et peregrinos.*[3]

Facile intellegitur, pastoralem hanc curam efficaciter peragi non posse, nisi congrua habeatur ratio patrimonii spiritualis nec non animi culturae quae migratorum propria sunt; qua in re magnum habet momentum patria lingua, cuius ope migratores cogitata sua, suae mentis habitum, suamque religiosam exprimant vitam. Cavendum tamen est, uti patet, ne huiusmodi diversitates atque ad variarum nationum coetus accommodationes, etsi legitimae, in detrimentum vertant illius unitatis, ad quam omnes in Ecclesia advocantur, secundum S. Pauli monita: *Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudaei sive Gentiles, sive servi sive liberi;*[4] *Omnes enim vos unum estis in Christo.*[5]

Necessarium igitur erat ut Apostolica Sedes, has Concilii Oecumenici sollicitudines suas faciens, Episcopis et Conferentiis Episcopalibus opportunitatem praeberet aptius consulendi spirituali coetuum migratorum curae, qui quidem non solum ipsorum ministerio pastorali concrediti sunt sicut ceteri fideles, sed etiam, propter singularem eorum vitae statum, sedulitatem postulant, quae suis necessitatibus respondeat.

[2] Decr. *Christus Dominus,* n. 18.
[3] *IMA.,* n. 16.
[4] *1 Cor.* 12, 13-14.
[5] *Gal.* 3, 28.

Ex altera vero parte, valde immutatae condiciones, in quibus migrationes hodie fieri contingunt, effecerunt, ut magis in dies necessitas urgeat recognoscendi normas, quae ab hac Apostolica Sede iam de hac re impertitae sunt, easdemque ad nova temporum adiuncta accommodandi, scilicet opus est, ut in novam melioremque rationem redigatur ordinatio atque structura, quibus innititur opus consulendi spirituali migratorum curae, ita quidem, ut ad ipsum opus multiplices iam habitae experientiae et consociata omnium opera utiliter adhibeantur. Quam ad rem Episcopi, pro variis temporum locorumque adiunctis, uti poterunt nonnullis peculiaribus apostolatus formis, quas rerum usus iam comprobaverit. Quoniam vero latissimus pro migratoribus apostolatus campus recta omnium aestimatione actuosaque virium omnium coniunctione indiget, necessarium omnino est ut, praeter sacerdotes, qui in huiusmodi ministerium data opera incumbunt, etiam religiosi ac laici homines in hoc opus consociatis nisibus adlaborent.

Itaque, omnibus mature perpensis, postquam attento animo vota consideravimus sive variarum Conferentiarum Episcopalium sive Membrorum Sacrae Congregationis pro Episcopis, motu proprio atque Nostra Apostolica auctoritate statuimus, ut normae pastorales de spirituali migratorum cura, quae Apostolica Constitutione *Exsul Familia* continentur, opportune recognoscantur a Sacra Congregatione pro Episcopis, cui propterea munus demandamus easdem normas per peculiarem Instructionem promulgandi.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in festo Assumptionis B. M. V., die XV mensis augusti, anno MCMLXIX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAGENSIS
(CAPTATOROPOLITANAE)

Quibusdam detractis territoriis a dioecesi Lagensi, in Brasilia, nova alia conditur, « Captatoropolitana » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut suorum fidelium necessitatibus quam maxime consulerent, censuerunt sacri provinciae ecclesiasticae Florianopolitanae Ordinarii, in primisque Episcopus Lagensis, posse suarum territoria circumscriptionum aptius disponi novamque ibi locorum constitui dioecesim, id pro certo habentes summoque opere confisi, multiplicatis nempe christiani populi Praesulibus, uberiores etiam colligi episcopalium operum laborumque fructus. Cumque ut id fieret ab Apostolica Sede petierit venerabilis Frater Sabastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et in Brasilia Apostolicus Nuntius, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, sequentia decernimus ac statuimus. A dioecesi Lagensi territoria separamus municipiorum vulgo Caçador, Agua Doce, Arroio Trinta, Canoínhas, Fraiburgo, Irineópolis, Lebon Régis, Monte Castelo, Papanduva, Pinheiro Prêto, Porto Uniäo, Rio das Antas, Salto Veloso, Santa Cecilia, **Tres** Barras, Treze Tilias, Videira, Major Vieira, Matos Costa, iisque dioecesim constituimus, *Captatoropolitanam* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac simul sumpta territoria, quae diximus, sicut lege civili terminantur. Sedes atque domicilium novae dioecesis Episcopi in urbe Caçador erunt, eiusque magisterii cathedra in curiali eiusdem urbis templo, Deo dicato in honorem Sancti Francisci Assisiensis, quod profecto ad honorem cathedralis evehimus. Captatoropolitanam praeterea dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Florianopolitanae; item eius Praesul metropolitano Archiepiscopi Florianopolitani iuri. Canonicorum collegium in ea Episcopus condat, post acceptas tamen alias Apostolicas Litteras ; interea sacerdotes consultores deligat, ad normam Codicis Iuris Canonici. Mensa episcopalis fiet Curiae emolumentis, fidelium christianorum sponte oblatis pecuniis, bonis denique, quae ad normas canonis 1500 C. I. C. ad dioecesim Captatoropolitanam pertinent. Ad seminarium quod attinet sacrorumque alumnorum institutionem serventur praescripta iuris communis, normae Decreti Concilii

Vaticani II « optatam totius » atque peculiares leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Seminarii autem alumni illi, qui ingenio pietateque praestiterint, Romam mittantur, ad Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Dioecesi sic constituta, eo ipso sacerdotes Sedi illi ascribantur, in cuius territorio beneficium vel officium ecclesiasticum habeant; ceteri clerici seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta, conditam dioecesim spectantia, ad eius curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. A dioecesi tandem Lagensi integrum territorium separamus municipii vulgo Ponte Serrada, prout in praesens lege civili terminatur, illudque dioecesi Xapecoënsi annectimus ; a dioecesi autem Xapecoënsi territorii partem separamus vulgo Concordia, quae terminatur ad orientem solem municipiis vulgo Piratuba, Ipira et Piritiba, ad occidentem solem fluminibus vulgo Rio Uruguay et Rio Rancho Grande, ad meridiem flumine Rio Uruguay, ad septemtrionem eodem flumine Rio Rancho Grande, eamque annectimus dioecesi Lagensi. Haec quae praescripsimus ad effectum adducenda curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis eflicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio et vicesimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 58.

II

PITTSBURGENSE RUTHENORUM
(MUNHALLENSIS RUTHENORUM)

Divisa eparchia Pittsburgensi Ruthenorum, atque Parmensi condita, nova provincia ecclesiastica constituitur, « Munhallensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Christus, Dei Filius, iam caelos ascensurus, id praecipua cura iussit apostolos suos, ut, mundum universum peragrantes, Evangelium praedicarent omni creaturae (cf. *Me.* 16, 15), idcirco Nos, qui sicut beatissimus Petrus christianorum gregem veritate pascendum suscepimus, nihil omittimus, quin summopere curemus, ut quae ad hanc Evangelicam veritatem quoquo modo propagandam conducant, aut faciamus, aut fieri studeamus. Quam ob rem, cum sanctissimae religioni nostrae fovendae, hac ipsa die eparchiam Pittsburgensem diviserimus ex eaque Parmensem condiderimus, censuimus bene esse, si ibi loci novam provinciam ecclesiasticam constitueremus, cuius esset metropolitana Sedes ipsa Pittsburgensis. Quae cum ita sint, re qua opus esset consideratione reputata, audito venerabili Fratre in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Apostolico Delegato, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus praepositorum, haec decernimus atque iubemus. Eparchiis Pittsburgensi, Passaicensi atque Parmensi provinciam ecclesiasticam efficimus, pro fidelibus Rutheni Ritus, id simul statuentes ut Ecclesia Pittsburgensis ad gradum atque dignitatem metropolitanae Sedis evehatur, novo indito nomine *Munhallensi Ruthenorum,* ab urbe Munhall, factis scilicet iuribus atque privilegiis, quae ad Ecclesias huius ordinis earumque Praesules respiciant, servatis praescriptis et legitimis consuetudinibus Ecclesiis Orientalibus propriis. Reliquae eparchiae, Passaicensis videlicet atque Parmensis, erunt, ut patet, Munhallensi suffraganeae. Ceterum, quae per has Litteras iussimus venerabilis Frater Apostolicus Delegatus in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis effici curabit vel per se ipse, vel per legatum, quem existimaverit; re vero acta, documenta exarari faciet, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini

praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. **DE FURSTENBERG**
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco EB Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 62.

III

PITTSBURGENSIS RUTHENORUM
(PARMENSIS RUTHENORUM)

Detractis quibusdam territoriis ab eparchia Pittsburgensi, nova quaedam eparchia constituitur, « Parmensis Ruthenorum » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Ecclesia cum semper omnium populorum curam gessit : est enim in omnium hominum salutem constituta, tum maxime hac nostra aetate, post scilicet sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II Decreta, per quae declaravit veneranda illa patrum Episcoporum Synodus consilium esse sibi lucem caliganti mundo reddere, cum omnibusque gentibus christianam veritatem et ea omnia quae a Christo accepit ita communicare se velle atque copiam facere, ut quae in communem omnium utilitatem et salutem tradita sint, omnibus libéralissime pateant (cfr. *Lumen gentium.* Prooem.). Quam ob rem, cum fidelium Rhutenorum coetus, in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis commorantibus, haud minima religiosae rei incrementa ceperit, censuimus bene esse, si divisa eparchia Pittsburgensi, novam

conderemus. Audito igitur quid Apostolicus Delegatus in iis Civitatibus hac de re sentiret, atque Sacra Congregatione sententiam rogata pro Ecclesiis Orientalibus, haec decernimus atque iubemus. Eparchiam Pittsburgensem Ruthenorum in duas circumscriptiones dividimus, seu eparchias, quarum sit alterius Sedes in urbe Pittsburgh, alterius vero in urbe Parma. Hanc eparchiam constituent, nempe civibus Ruthenis curandis, hi Status, ut dicunt : Ohio (exceptis Comitatibus vulgo « Couties » : Ashtabula, Trumbull, Mahoning, Columbiana, Carroll, Harrison, Guernsey, Noble, Morgan, Athens, Meigs, Gallia, et Lawrence), Indiana, Michigan, Illinois, Wisconsin, Minnesota, Iowa, Missouri, Kansas, Nebraska, North et South Dakota, Montana, Wyoming, Colorado, New Mexiko, Arizona, Utah, Idaho, Washington, Oregon, Nevada, California, Hawai et Alaska. Novae Ecclesiae cathedrale templum illud erit, quod est S. Ioanni dicatum, hucusque paroeciale. Decernimus etiam ut Seminario Pittsburgensi Eparchus Parmensis uti possit suis alumnis educandis, facta cum Eparcho illius circumscriptionis conventione. Ceterum, hae Litterae Nostrae ad exitum deducantur a venerabili Fratre in Civitatibus Americae Septemtrionalis Delegato Apostolico vel ab eo quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. **DE FURSTENBERG**
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 61.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum S. Mariae Auxiliatricis in Urbe ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dulcia Christi verba, hominum Redemptoris : « Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum » *(Io.,* 12, 32) videntur quam aptissime et in eius matrem, mortalium omnium sanctissimam, cadere posse, cuius ubi imagines, signa, templa aut posita sunt aut exstiterint, statim gliscente religiosissime cultu, homines ad eam cum voluptatis studio trahi, atque, per ipsam, ad Deum eiusque Christum duci. Cui profecto rei testimonio est templum « beatae Mariae Auxiliatrici » dicatum, anno MDCCCCXXXVI a Francisco S. R. E. Cardinali Marchetti Selvaggiani, in Urbe Vicario, auguratum, cuius fuerat primus lapis, bonis caeli auspiciis, anno MDCCCCXXix in terra collocatus. Quod sane templum, mole ipsa sublime, opere nobilissimum, multa ac lauta supellectile instructum, est nimirum religione quoque sanctissimum ob labores nempe, industriam, diligentiam omnino singularem Salesianae Familiae, quae munus officiumque, gravissimum quidem, suscepit et administrandi templi, et fidei populi alendae, et puerorum educationem promovendi, et praesertim summi Numinis gloriam eiusque beatissimae Matris late per animos propagandi. Quare, si, quod verum non dubitamus, S. Ioannes Bosco pronuntiavit, futurum esse ut Romae, extra Portam a S. Ioanne cognominatam, domicilium in honorem Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis oreretur maxime celebratum, divini oraculi sortem implevisse existimandum est. Templi praeterea laudem atque decus auget, fuisse illud anno MDCCCCLXVII ad Diaconiae Cardinaliciae dignitatem evectum. Cum ergo Salesiana Familia Romana, templi curio cunctusque populus Tusculanae regionis Urbis, sacrae illius aedis religionis augendae gratia efflagitaverint ut ad gradum atque dignitatem Basilicae Minoris eadem perduceretur, Nos persuasum habentes collatam dignitatem sicut erit ornamento ita profectui etiam cedere posse pietatis, libenter adhibitis precibus accedimus, quibus Noster Vicarius Angelus Cardinalis Dell'Acqua suffragatus est, atque templum pa-

roeciale S. Mariae Auxiliatricis titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus datis iuribus factisque concessionibus quae talibus sacris aedibus fieri solent, servatis tamen iis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » a Sacra Rituum Congregatione die sexto mensis iunii anno **MDCCCCLXVIII** in lucem editum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque effectus plenos atque integros sortiri et obtinere.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die primo mensis aprilis, anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *8. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 55.

II

In Thailandia Nuntiatura Apostolica conditur, nomine Thailandensis

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Instans illa qua urgemur sollicitudo, ut cunctis pro munere consulamus hominibus, Nos impellit ut, opportuna oblata occasione, arctiores cum civilibus nationum auctoritatibus consuetudines foveamus, quae non solum sanctae Christi Ecclesiae, verum etiam nationibus ipsis magnas afferant utilitates. Cuiusmodi consuetudines cum in Thailandensi etiam natione instituendae viderentur, Apostolica scilicet Nuntiatura constituta, libenti Nos animo ad illud conficiendum negotium contendere statuimus, id plurimum confisi ut, quae incepta in religiosarum temporaliumque rerum provincia inita ibi locorum adhuc fuerint, vel maiora etiam, Deo iuvante, initum iri. Quae cum ita sint Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi, Delegatio illa Apostolica quae in regionibus Thailandensi, Laosiensi, Malacensi et Singaporensi antea exstabat, ita in

posterum mutabitur ut Nuntiatura Apostolica, nomine Thailandensis, habeatur, atque separatim Delegatio Apostolica in regionibus Laosiensi, Malacensi et Singaporensi, quarum sedes in urbe vulgo Bangkok esse pergat. Novae conditae Nuntiaturae omnia deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi legationum propria sunt, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces exstare et permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die quinto et vicesimo mensis aprilis, anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *S. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 82.

III

Templum S. Mariae Assumptae, Alcami, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui consideret, quamvis cum brevitate et quasi cursim, Alcami urbis historiam, is plane intelleget quanta laude haec floruerit ac floreat inter omnes Siculae telluris urbes et loca. Cuius sane et antiquitas, et gloriae litterarum, et monumenta omne genus celeberrima in civili atque religiosa republica, et templa sanctissima, quae urbem quasi astra constellant, memoriis Sanctorum, reliquiis, arte instructa et paene cumulata, fides denique christiana, tamquam ignis vivax, hae profecto causae sunt, cur illa tum famam egregiam, tum nomen apud omnes obtinuerit. Quam ob rem, cum vene-

rabilis Frater Franciscus Ricceri, Episcopus Drepanensis, in cuius dioecesi urbs sita est, sive suo ipsius nomine, sive cleri universi ac populi, id ab hac Apostolica Sede summa prece petierit, ut Alcamensis ecclesia mater, castissimae Virgini Mariae dicata caelo receptae, atque iam inde ab anno **MDCCCXXXIX** Collegiati templi titulo insignis, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, idque Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, concesserit, Nos rati posse hoc non modo ecclesiae, cui titulus attribuitur, honori cedere, sed etiam ad animorum atque sacratissimae religionis Christi utilitatem, quae a Sacra Congregatione pro Cultu Divino statuta sunt rata declaramus, in omnibus confirmantes. Placet ergo templum S. Mariae Assumptae in urbe Alcamo situm titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* cum omnibus iuribus atque liturgicis concessionibus ornare, servatis tamen quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis iunii anno **MDCCCCKXVIII**, factum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus. Decernimus, praeterea, has Litteras Nostras firmas esse oportere, efficaces, integros effectus habere in omne tempus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die uno et tricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA,** *8. R. E. Cancellarius*

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco ¡33 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 85.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Iunii 1969. — Titulari episcopali Ecclesiae Nationensi praefecit R. P. Franciscum F. Claver, e Societate Iesu, quem constituit Praelatum Malaybalayensem.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Castellanae Exc. P. D. Angelum Pérez Cisneros, hactenus Episcopum Barcinonensem in Venetiola, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excíñi P. D. Iosephi Raphaelis Pulido Méndez, Archiepiscopi Emeritensis in Venezuela.

— Cathedrali Ecclesiae Margaritensi, noviter erectae, Exc. P. D. Franciscum de Guruceaga Iturriza, hactenus Episcopum titularem Villaregensem.

die 19 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iusti, noviter erectae, Exc. P. D. Georgium Carolum Carreras, hactenus Episcopum Fororaphaëliensem.

— Cathedrali Ecclesiae S. Dominici Novem Iulii R. D. Alexium Gilligan, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

die 28 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Castrensi in Sardinia R. P. Alfonsum Sánchez, sodalem Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., quem constituit Praelatum Sinuensem Superiorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nicivensi Exc. P. D. Villelmum Escobar Vêlez, hactenus Episcopum Antioquiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Minturnensi R. D. Ioachimum García Ordoñez, curionem paroeciae S. Vincentii a Paulo Conf. in civitate Bogotensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Michaelis Angeli Builes, Episcopi S. Rosae de Osos.

die 20 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaeflaviensi Exc. P. D. Linum Aguirre García, hactenus Episcopum Culiacanensem.

— Cathedrali Ecclesiae Culiacanensi Exc. P. D. Aloisium Rojas, hactenus Episcopum titularem Acciensem.

II

INSTRUCTIO DE PASTORALI MIGRATORUM CURA

Sacra Congregatio pro Episcopis, eo consilio ducta, ut Sacrorum Antistitibus et animorum Pastoribus agendi rationes describerentur, quae cum normis pontificiis, Constitutionibus et Decretis Concilii Oecumenici Vaticani II, necnon migrationum huius temporis necessitatibus aptius convenirent, Constitutionem Apostolicam Exsul Familia [1] *iisdem accommodandam esse censuit.*

Ideo, post collata iterum iterumque consilia cum variis Conferentiis Episcopalibus, hanc Instructionem exaravit, quae a Patribus Sacrae Congregationis pro Episcopis, in coetu plenario diei 21 novembris 1968 habito, favorabili voto perpensa est.

Summus Pontifex Paulus Pp. VI, audito Cardinali Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecto, praesentem Instructionem Litteris Apostolicis Pastoralis migratorum cura *die XV mensis augusti anni MCMLXIX motu proprio datis probavit, et publici iuris fieri iussit, pariter statuens, ut normae eiusdem Instructionis die I proximi mensis octobris vigere inciperent.*

CAPUT I

De principiis generalibus

1. *Novae migrationum formae.*

Nemo est, qui ignoret facultatem hominum in varias nationes se conferendi faciliorem atque frequentiorem nostris hisce temporibus, pluribus de causis, evasisse. Citus enim rerum oeconomicarum technicus progressus, mutuae civium et nationum necessitudines, interdependentiae, quas vocant, iugiter ampliores et frequentiores, effusum in civili consortione studium fovendi iuridicam et politicam humanae familiae unitatem, ingens, tandem, communicationis instrumentorum allatum in

[1] *A. A. S.* **44 (1952), pp. 649 et ss.**

praesens incrementum, haec omnia latiora reddiderunt spatia et novas antiquis addiderunt rationes inceptis.[2]

Ac sane non desunt, qui politicis vel oeconomicis compulsi adiunctis, exteras expetunt plagas : indesinenter tamen plures homines domum et patriam derelinquunt alibi commoraturi vel industriae acti incremento et urbanae vitae cupiditate moti : quibus omnibus oeconomica cooperatio inter nationes instaurata necnon facilior reddita facultas aliis in locis laborem quaerendi favent ; addantur oportet feliciter consociata opera in scientiis et in technicis artibus apud gentes ad progressum praesertim intentas, et frequentiores effectae ipsius culturae mutuae rationes, late conditis internationalibus institutis et exteras Studiorum Universitates adeundi oblata facultate.

2. Humanae familiae unitas.

Ex hoc populorum motu nova exsurgit latiorque causa « conformationis)) sive populorum omnium, sive orbis terrarum universi, in qua *Spiritus Dei, qui mirabili providentia temporum cursum dirigit et faciem terrae renovat,*[3] facile conspicitur.

Migrationes etenim, quippe quae mutuam omnium cognitionem ac cooperationem foveant et promoveant, humanae familiae unitatem testantur excoluntque, et inter populos fraternitatis commercium, *in quo utraque pars dut simul et accipit,*[4]- lucide confirmant.

3. *Problemata migrationibus inhaerentia.*

Quod si opportunae nunc prolatae agnoscuntur rationes migratoriis motibus faventes, non est tamen infitiandum multa simul adesse discrimina ac difficultates ipsa rei amplitudine persaepe aucta vel saltem nullo modo imminuta. Augentur quidem hodie frequentes sociales necessitudines, quin tamen congruentem personae maturitatem et rationes vere personales semper promoveant. Inde oriuntur difficultates et aerumnae multae, *quarum ipse homo simul causa est et victima.*[5]

Recolantur praesertim animorum curae ob oeconomicas inaequalitates, conflictationes ex ingeniorum et traditionum diversitate procedentes, *omnis discriminandi modus in iuribus personae fundamen-*

[2] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 4, 5, 6, 25, 26; Litt. Encycl. *Pacem in terris: A. A. S.* 55 (1963), p. 291.

[3] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 26.

[4] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* III, n. 14.

[5] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 8.

talibus, sive socialis sive culturalis, ob sexum, stirpem, colorem, socialem conditionem, linguam aut religionem,[6] quaeque historica praeiudicia respiciunt ac politicam vel ideologicam intolerantiam.[7]

4. *Influxus in religiosam vitam.*

Quae omnia dum universae societatis ac ipsius familiae structuram et humanam ipsam personam funditus attingunt, vitae quoque religiosae haud leve detrimentum afferre solent : iis enim in adiunctis versantes ob ineptam fortasse fidei ((interiorizationem », quam vocant, christifideles, experientia teste, periculo subiiciuntur vitae christianae praxim relaxandi et gradatim relinquendi; amitti contingit hactenus excultae fidei magnum thesaurum : quod vero eo facilius evenire consuescit, quo magis humanum et culturale patrimonium, quocum religiosa migratorum fides arcte consociari solet, in discrimen advocatur. Ac propterea Sancta Mater Ecclesia, ad hoc constituta, *ut ... omnes homines salutaris Redemptionis participes efficiat,*[8] etiam *cum genere humano eiusque historia se re vera intime coniunctam experitur/* peculiarem iugiter sollicitudinem gerit erga filios, qui ista vel illa de causa, domum relinquunt aliasque expetunt regiones, ac superno accepto mandato fideliter perfungens, non solum religionis solacia migratoribus omnibus praebere enititur, sed etiam alacriter contendit, ut humanae personae iura vitaeque etiam spiritualis fundamenta sanciantur ac serventur.[10]

5. *De observantia iurium fundamentalium humanae personae.*

Porro homo *et quidem unus ac totus, cum corpore et anima* [11] pastoralis sollicitudinis Ecclesiae est finis proprius. Cum vero temporum necessitatibus animorum cura accommodetur oporteat, peropportunum videtur summa ac fundamentalia humanae personae iura iterum iterumque recolere sive ut supremi populorum Moderatores eadem agnoscant et agnita tutentur, sive ut in civium et communitatis officia migratores cuncti se sciant insertos et adimplenda munera diligenter considerent.

[6] **Ibid., n. 29.**

[7] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** *Gaudium et spes,* **n. 4; Litt. Encycl.** *Populorum progressio: A. A. S.* **59 (1967), p. 249, n. 76.**

[8] **Decr. de apostolatu laicorum** *Apostolicam actuositatem,* **Cap. I, n. 2.**

[9] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** *Gaudium et spes,* **n. 1.**

[10] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** *Gaudium et spes,* **nn. 3 et 63; Litt. Encycl.** *Pacem in terris,* **1. c, p. 301.**

[11] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** *Gaudium et spes,* **n. 3.**

6. *Ius patriae fruendaê.*

Ex sociali hominis natura consequitur, ut alicuius Reipublicae ac Patriae homo sit civis, cui praeterquam stirpis et sanguinis iure, vinculis pariter spiritualibus ac culturalibus devincitur.[12]

Summa autem ac fundamentalia hominum iura tum profecto violantur, cum sive singuli homines sive ethnici coetus, quoniam vel stirpe dissimiles vel religione dispares vel alia de causa, sua domo patriaque privantur.

7. *Ius migrandi.*

Nativum asseritur hominis ius materialibus ac spiritualibus bonis utendi, quibus *propriam perfectionem plenius atque expeditius consequatur.*[13] Ubi vero civitas, quae rerum inopia et magna civium frequentia laboret, nequeat incolis talium bonorum usum suppeditare, aut condiciones ponat humanam dignitatem laedentes, migrandi iure homo perfruitur et novam domum in exteris terris seligendi vitaeque condiciones homine (lignas quaerendi.[14]

Neque tantum singulis personis, sed familiis universis hoc plenum pertinet ius. Ac propterea *in migrationibus ordinandis convictus domesticus omnino in tuto ponatur*[15] ratione habita earundem familiarum necessitatum quoad habitationem praesertim, puerorum educationem, laboris condicionem, socialem securitatem et tributa.[16]

Publicae Auctoritates ius humanae personae immerito negèrit si vel emigrationi vel immigrationi obstent aut impedimenta adducant,[17] praeterquam si gravi boni communis ratione ex veritate considerata id requiratur.[18]

8. *De servitio boni communis.*

Etsi iure migrandi instructi, tenentur *cives meminisse suum esse ius et officium ad verum propriae communitatis progressum pro sua*

[12] Cfr. Litt. Encycl. *Pacem in terris,* 1. c,, p. 263.

[13] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 26.

[14] Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia, A. A. S.* 44 (1952), Tit. I, p. 682; Litt. Encycl. *Pacem in terris,* 1. c, pp. 263, 265; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 65, 69.

[15] Decr. de apostolatu ; laicorum *Apostolicam actuositatem, Cap.* III, n. 11.

[16] Ibid.

[17] Cfr. *Discorsi e Radiomessaggi di Pio XII,* Ed. Vat., vol. VII, pp. 391-393; - *A. A. S.* 38 (1946) p. 146 ss.

[18] Cfr. ibid., vol. IX, p. 317; Litt. Encycl. *Pacem in terris,* 1. c, p. 285.

possibilitate conferre. Praesertim in regionibus oeconomice minus progressis, ubi omnes opes urgenter adhibendae sunt, bonum commune graviter in discrimen vocant[19] qui, si praecipue mentis viribus polleant et facultatibus sint praediti, migrandi cupiditate et tentatione alliciantur : ipsi enim *communitatem suam subsidiis sive materialibus sive spiritualibus privant, quibus illa eget.*[20] Huiusmodi boni communis promotionem in regionibus minus progressis considerare ne omittant regiones technice evolutae : hac de re praeparationem et restitutionem in patriam foveant artificum et iuvenum studiis incumbentium postquam peritiam in sua quisque disciplina sunt adepti et congruo diplomate forte sint ornati.

9. *De officio auctoritatis publicae opportunitatem operis parandi.*

Tali civium officio congruenter, civitatum Moderatores studeant oportet, ut in propriis regionibus fontes laboris creentur.[21] *In huiusmodi causis peropportune fieri censemus ut, quoad possit, res operam, non autem opera rem quaerat;*[22] migrationes exinde non coactionem, at liberam humanae personae electionem consequentur.

10. *De officiis erga communitatem excipientem.*

Quicumque alium populum aditurus est, magni aestimet eius patrimonium et linguas et mores :[23] ideoque excipienti communitati libenter semetipsos accommodent migr atores et sermonem ediscere festinen t ita ut, si longior producatur vel definitiva evadat commoratio, in novam societatem facilius inseri valeant : quod tamen valide et efficaciter fiet, si quacumque coactione vel impedimento seclusis, sponte ac gradatim evenerit.

Magno animi affectu sunt hac in re prosequendi, qui ob ideologica discidia vel politicas partes patrium locum coacti sunt relinquere, ac extorres cuncti domo depulsi alioque deportati : hi novae, cui adiunguntur, societati neque faciliter neque sollicite ex ipsis rerum adiunctis aptari et conformari assolent.

[18] **Const past. de'Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 65.**
[2a] **Ibid.**
[21] **Ibid., n. 66.**
[22] **Litt. Encycl. *Pacem in terris,* 1. c, p. 285.**
[2S] **Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 26.**

11. *Ius nativi sermonis et patrimonii spiritualis servandi.*

Suum mentis habitum secum afferunt migratores, suum sermonem, suam culturam, suamque religionem : quae omnia spirituale quoddam sententiarum, traditionum ac culturae constituunt patrimonium extra patriam adhuc permansurum : ubique ergo permagni aestimetur.

Non ultimas in re sibi vindicat considerationis partes patrius migratorum sermo, cuius ope mentis habitum, cogitationum et culturae formas vitaeque spiritualis ipsi proferunt rationem.[24]

Quae cum naturale sint medium et via ad hominis intima cognoscenda et aperienda, migratorum cura uberiores sane afferet fructus, si ab iis praestetur, qui haec omnia bene noverint, quique migratorum linguam, sensu pleniori, recte calleant : patet exinde ac confirmatur opportunitas curam migratorum exercendi per eiusdem sermonis sacerdotes et quidem per totum tempus, quod utilitas requirat.[25]

12. *Religiosae curae rationes.*

Rationes, iuridicae formae ac utilitas temporum, quibus migratorum curae consulatur oportet, in omnibus et singulis casibus apprime considerentur et ad rerum adiuncta accommodentur.

Quae inter adiuncta nonnulla placet recensere, nempe migrationis diuturnitatem, accommodationis processum (primae vel sequentium generationis), civilis cultus differentias (sermonis ac ritus), ipsius migrationis modum, prout scilicet vel periodica vel stabilis, vel ad tempus, vel parvo aut magno peregrinante coetu peracta, vel geographice conglobata, vel disposita sit; quamobrem neminem effugere potest, quae sit praecipua ratio servitii animis ab Ecclesia praestandi : ut veris nempe migratorum necessitatibus congrua iugiter evadat et accommodata perseveret.

13. *De « pluralismo », quem vocant, in novo mundo.*

Quae omnia ubi ab animarum Pastoribus diligenter animadvertantur et fideliter observentur, non modo suae condicionis pericula et damna facilius vitabunt migratores, sed suas conferendi partes in optata regni Dei dilatatione felix dabitur ac frequens occasio. Ex ipsa enim vitae consuetudine, sive cum aliarum confessionum fidelibus, sive

[24] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 29.**

[25] **Cfr. Const. Apost. *Exul Familia,* 1. c, Tit. II, Cap. I, n. 5. 1'; Cap. IV, nn. 33, 34, 39.**

cum non christianis, sive demum cum non credentibus necessitudines multae et adiuncta procedere solent; ac praeterea accidere potest, ut in eadem societate catholicae vel christianae professionis crebriores inserantur alterius religionis sectatores, opifices et iuvenes litterarum vel inventorum studio dediti, dum ex alia parte, vi mutuae cooperationis inter nationes, *crescit in dies eorum (catholicorum) numerus, qui arte periti sive a consociationibus vel generalibus vel mutuis, sive a quibusdam privatorum consiliis peregre mittuntur, ut terrarum illarum progressiones incitent.*[26] Fausta proinde dabitur Ecclesiae facultas — iuxta Concilii Vaticani Secundi mentem — tum christianorum unitatem promovendi,[27] tum si agatur de non christianis et de non credentibus, efficiendi *ut testimonio vitae singulorum fidelium et totius communitatis signum sit Christum eis indicans.*[28]

14. *Universi populi Dei missio.*

Implexa quaestionum ac problematum varietas, plures difficultates exstantes et locorum ac adiunctorum diversitas diuturnam sedulamque obtinent Episcoporum et Episcopalium Coetuum operam, et populi Dei fraternam requirunt erga migratores, sive intra, sive extra patriae fines commorantur, actuositatem. Minime sane dubitandum, quin omnes, qui humana cohonestantur dignitate, qui praecipue christiano ditantur nomine, *socia compôsitaque opera id magis magisque moliri velint, ut omnibus viae patefiant humanioris vitae, in qua unusquisque sicut frater a fratribus diligatur atque adiuvetur.*[29]

15. *Notio pastoralis migratorum.*

Hodiernae migrationes valde celeres per terrarum orbem effectae variis elementis componuntur: eae enim tam ex operariis quam e conditorum moderatoribus, tam e iuvenibus studiis addictis quam e technicae artis peritis, tam e voluntariis generosis quam e profugis vel e patria depulsis constant. Licet huiusmodi hominum ordines haud parum inter se differant, ii tamen omnes in peculiaribus vitae condicionibus versantur, quae multum dissimiles sunt ab iis, quibus in patria assiteverant, ita ut adiumento parochorum loci frui haud valeant: quapropter Ecclesia materna sollicitudine contendit, ut ipsis opportunam

[26] **Litt. Encycl.** ***Populorum progressio,*** **1. c, p. 291, n. 71.**

[27] **Cfr. Decr. de oecumenismo** ***Unitatis redintegratio,*** **Cap. II, nn. 9, 10.**

[28] **Decr. de activ. mission. Ecclesiae** ***Ad gentes divinitus,*** **n. 20.**

[28] **Litt. Enycl.** ***Populorum progressio,*** **1. c, p. 297, n. 28.**

pastoralem curam adhibeat. Proinde sub hac ratione pastorali, de qua in praesens agitur, in migratorum numero omnes recensentur, qui quavis de causa extra patriam aut propriam ethnicam communitatem degunt et ob veras necessitates peculiari curatione indigent.

Ut huiusmodi curatio provehatur ac facilior reddatur, in capitibus, quae sequuntur, ipsae normae exhibentur.

CAPUT II

De Sacra Congregatione pro Episcopis

16. § 1. Sacrae Congregationis pro Episcopis est ea omnia moderari, providere, inter se componere atque provehere, quae ad christifidelium latini ritus, quocumque migrantium, spiritualem adsistentiam pertinent, collatis tamen consiliis cum Sacra Congregatione pro Orientalibus Ecclesiis, vel cum Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione, si de territoriis agatur alterutri subiectis, et firmis pariter locorum Ordinarii officiis atque auctoritate in iis, quae animorum curam spectant.[30]

§ 2. Itemque Sacrae Congregationis pro Episcopis munus est, eadem promovere ad migratorum utilitatem ex orientalibus ritibus, initis pariter rationibus cum Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, quotiescumque fideles singulorum orientalium rituum loca petant, eidem Sacrae Congregationi non obnoxia, ubi aliquis proprii ritus sacerdos desit.

§ 3. Ad normas pariter Litterarum motu proprio datarum, a verbis *Ecclesiae Sanctae* incipientium, commemorata Congregatio, auditis Episcoporum Conferentiis, quarum intersit, aut si aliqua Episcopalis Conferentia id petierit, ad spiritualem curam praestandam quibusdam socialibus coetibus, numero frequentibus, *erigere potest Praelaturas, quae constant presbyteris cleri saecularis, peculiari formatione donatis, quaeque sunt sub regimine proprii Praelati et propriis gaudent statutis.*[31]

§ 4. Cum vero Sacrae Congregationi pro Episcopis adnectantur Consilia et Secretariatus de Migratione, de Operibus Apostolatus Maris, Aëris et Nomadum, secundum statuta Apostolicae Constitu-

[30] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 18.
[31] Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 4.

tionis *Regimini Ecclesiae universae*,[32] munera, quae in paragrapho prima explicata sunt, in eandem Congregationem implenda recidunt, ad eorum utilitatem, qui ad memorata Opera Apostolatus Maris, Aëris et Nomadum pertinent.[33]

§ 5. Eidem Sacrae Congregationi, ratione peculiaris finis, Religiosa Instituta subiciuntur, quae hac ratione condita sunt, ut migratoribus spiritualis cura adhiberetur; quam ob rem, legitimam potestatem in ea dumtaxat obtinet, quae sodales horum Institutorum, utpote migratorum Cappellanos seu Missionales, sive singulos sive simul sumptos, respiciunt, firmo tamen iure Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus in ea, quae ad religiosam vitam observandam attinent.

§ 6. Concilii Vaticani Secundi menti obsecundans, Sacra Congregatio pro Episcopis curam impendet ut, una cum Secretariatibus ad Christianorum Unitatem fovendam, pro non christianis et pro non credentibus, iis communibus inceptis intersit, quae cuiusvis fidei migratorum coetui favorabilia videantur.

17. Ad ea omnia perficienda, quae migrationum intersunt, Sacra Congregatio pro Episcopis ad adiutricem operam adhibet Officium pro Migrationibus et Consilium Superius pro Migrationibus.

18. § 1. Officio pro Migrationibus, apud Sacram Congregationem pro Episcopis iam pridem condito, praeest Delegatus ad Opera pro Migrationibus, qui congruenti Officialium numero adiuvatur.

§ 2. Huius Officii est, iis studere in eaque incumbere, quae potissimum spirituale provehunt incrementum christifidelium migratorum, e quovis sermone, stirpe, natione atque — servatis servandis — ritu; Superiori Consilio pro Migrationibus adesse eiusque apparare coetus; mutuas necessitudines cum Episcoporum Commissionibus fovere; colloquia inire et prosequi cum Sodalitatibus ex omnibus gentibus, quarum aliquomodo migratorum cura intersit, ceteraque omnia provehere incepta, quae utilia aptata videantur.

[32] Cfr. art. 52.

[33] Ipsa Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae* (art. 69, 1°) competentiam tribuit quaestionum cum peregrinationibus relaxationis causa connexarum (vulgo «turismo») S. Congregationi pro Clericis, quamvis huic etiam peregrino adsistentiam spiritualem praebere potest ipse Cappellanus seu Missionalis migratorum, si in territorio sibi assignato degat vel eodem transeat.

19. Superius Consilium pro Migrationibus constat ex :

§ 1. Praeside, cuius munere fungitur Secretarius pro tempore Sacrae Congregationis pro Episcopis ;

§ 2. Secretario, ad cuius officium eligitur Delegatus ad Opera pro Migrationibus, Apostolatus Maris, Aëris et Nomadum.

§ 3. Ad idem Consilium pertinent :

a) Praesides et Secretarii[34] Episcopalium Commissionum pro Migrationibus in singulis nationibus constituti vel, ubi desint, Episcopi Promotores nationales, Officiales Dicasteriorum Romanae Curiae, quorum aliquomodo migratorum cura interest, nempe Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, Sacrarum Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus, pro Clericis, pro Religiosis et Institutis Saecularibus, pro Institutione Catholica, pro Gentium Evangelizatione, Secretariatuum ad Unitatem Christianorum fovendam, pro non christianis et non credentibus, itemque Consilii de Laicis et Pontificiae Commissionis Studiorum « Iustitia et Pax », Delegati e Caritate Internationali, e Commissione Catholica Internationali pro Migrantibus, e Foederatione Superiorum Institutorum religiosorum virorum ac mulierum ac demum Superiores generales religiosarum Congregationum pro migratoribus;

ö) alii periti ac bene meriti viri, sive ex ecclesiastico sive e laicorum ordine, a Sacra Congregatione pro Episcopis selecti ac nominati.

§ 4. Praeses, audito Secretario, aliquos viros e commemorato Consilio defigit, quorum nomina Sacrae Congregationi pro Episcopis probanda subicit, ut inde ((Commissio studiorum » constituatur.

20. Consilium Superius pro Migrationibus, utpote Coetus eo spectans, ut consilia capiantur de agendis componendisque rebus, sibi proponit ut :

§ 1. colligat, perscribat atque perpendat omnium Episcopatuum vota, et ea pariter, quae per eorum delegatos, veluti eiusdem Superioris Consilii sodales, suggerentur atque proponantur;

§ 2. penitus perspiciat ea, quae ad migrationes utcumque pertinent iuxta Oecumenici Concilii Vaticani Secundi decreta, simulque istiusmodi hominum necessitates consideret, quae semper mutant atque volvuntur ;

§ 3. vota ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittat,

[34] **Huiusmodi Secretarii munere Directoris nationalis plerumque simul funguntur.**

quibus cognitis haec Episcoporum Conferentiis normas proponere queat, quo opera migratoribus tuendis magis efficienter et accommode provehantur.

§ 4. Memoratum Consilium certis temporibus in plenarios coetus vel, ubi necessitas id postulaverit, in extraordinarios coetus convenit.

21. Studiorum Commissio haec curat :

§ 1. res maioris momenti vel instantioris necessitatis pertractare;

§ 2. opportuna consilia Sacrae Congregationi pro Episcopis ad hasce solvendas quaestiones proponere.

§ 3. Haec vero Commissio bis in anno in coetus congregatur.

CAPUT III

De Episcoporum Conferentiis Nationalibus

Episcoporum Conferentiae, praesertim Nationales, urgentioribus quaestionibus ad praedictos (scilicet migratores, exsules et prófugos etc.) spectantibus, sedulo studeant, et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali eorum curae, concordi voluntate viribusque unitis consulant atque faveant, attentis in primis normis ab Apostolica Sede statutis vel statuendis, temporum, locorum et personarum condicionibus apte accommodatis.[35]

Rogantur Episcoporum Conferentiae ut, attento magno hodie migrantium et peregrinantium numero, omnia quae ad studium et moderationem eorumdem curae spiritualis spectant, committant sacerdoti ad hoc delegato, aut speciali Commissioni ad hoc constitutae.[36]

Cum necessitates pastorales magis magisque requirant ut quaedam' pastoralia munia concorditer regantur et promoveantur, expedit ut in servitium omnium vel plurium dioecesium alicuius determinatae regionis aut nationis nonnulla constituantur officia, quae etiam Episcopis committi possunt.[37]

Ad Conferentias Episcopales pariter pertinet opera instituere et promovere quibus illi qui laboris et studii causa ex terris missionum immigrant, fraterne excipiantur et congruenti pastorali cura adiuventur. Per eos enim populi longinqui vicini quodammodo fiunt et com-

[35] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* Cap. II, n. 18.**

[36] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* n. 9.**

[37] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* Cap. III, n. 42.**

munitatibus antiquitus christianis optima occasio offertur cum nationibus, quae Evangelium nondum audierunt, colloquendi et eis in proprio officio amoris et adiumenti genuinum Christi vultum ostendendi.[38]

Ut immigrantes ex terris missionum debite excipiantur et congruenti pastorali cura ab Episcopis nationum antiquitus christianarum adiuventur, necessaria est cooperatio cum Episcopis missionalibus.[39]

22. § 1. In nationibus, ubi numero frequentiores migratores habentur, Episcoporum Conferentiae propriam Episcopalem Commissionem migrationibus curandis constituant. Haec suum habebit Secretarium, qui Nationalis Directoris munere plerumque perfungatur,[40] idemque propterea in Superius Consilium pro Migrationibus poterit cooptari.

§ 2. Valde convenit, ut in hanc Commissionem etiam sacerdotes, Religiosi utriusque sexus Sodales — et illi praesertim, de quibus in art. 53, § 1 agetur — pariterque laici viri, quaestionum de migratione periti, cooptentur.

§ 3. In aliis vero nationibus, ubi minor est migratorum numerus, Episcoporum Conferentiae quendam saltem Promotorem Episcopum, ad illorum spiritualem curam provehendam designent.

23. Ad ea perficienda, quae ab Apostolica Sede vel a Sacrosancti Concilii Decretis in hac rerum provincia statuta sunt, Episcoporum Conferentiae Nationales, per se ipsae, vel per Nationalem Directorem, vel per aliam Institutionem, cordi habeant :

§ 1. praecipuis migrationum quaestionibus studere, et, attentis praesertim gentium locorumque adiunctis, accommoda pastoralia inire consilia, quibus migratorum animi ad novam vitae condicionem subeundam parentur, iidemque sive in singulis suae patriae regionibus sive in nationibus, quas petunt, rite excipiantur.[41] Impensam quoque operam coetibus hominum non christianorum provehendis navent, qui omnibus saepe vel animi vel corporis adiumentis destituti videntur ;

§ 2. sacerdotes deligere atque ad peculiare hoc ministerium instruere et Episcoporum Conferentiis aliarum nationum, quarum interest, vel earum Institutionibus commendare, ut ab ipsis, ad normam art. 36, § 2 veluti migratorum Cappellani vel Missionales accipiantur ;

§ 3. si res ferat, Collegium sacerdotum migrationibus destinan-

[38] **Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* Cap. IV, n. 38.**

[39] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* III, n. 23.**

[40] **Cfr. nota 34.**

[41] **Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 1. c, n. 69.**

dorum instituere, aut saltem quaedam eligere Instituta, sacrorum Seminariorum ope collata, si quae adsint, ad sacerdotii candidatos e peculiari sermone formandos; quibus in institutionibus sacerdotes, sive antequam ad exteras nationes proficiscuntur sive cum in iis iam deversantur, peropportunas scholas statis temporibus rite frequentent et insuper, si res id suaserit, novas apostolatus rationes cognoscere et condicionum ad oeconomicam socialemque vitam et ad civilem cultum spectantium notitias sibi comparare contendant;

§ 4. Religiosos utriusque sexus sodales pariterque laicos fideles exstimulare ad huiusmodi incepta participanda, iisdemque sapienter uti, ut ordinata ratione pastorali, huic causae spirituale atque sociale adiumentum quam maximum afferant ;[42]

§ 5. conventus certis temporibus, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Episcopis, per nationes, immo per continentes terras promovere, eo spectantes, ut pastoralis migratorum cura apte efiïcienterque componatur et ad unam veluti rationem ubique reducatur, donec ipsa peculiaribus cuiusque gentis rerum adiunctis accommodetur ;

§ 6. opportuna promovere colloquia cum Sodalitatibus vel ex omnibus gentibus vel singularum nationum, cum Rerum Publicarum Institutis et Consociationibus, quo aptiore modo migratorum iura, in re quoque sociali, foveantur, et eorum institutioni scite consulatur, praesertim in sua addiscenda arte, quae praesentis temporis necessitatibus sit quam maxime consentanea ;[43]

§ 7. generalem actorum summam ad Sacram Congregationem pro Episcopis quotannis mittere, additis etiam nuntiis ad rationaria

[42] Cfr. Cap. VI et VII.

[43] Quod attinet ad migratorum technicam et socialem curam neminem profecto latet S. P. Pium XII v. m. *Commissionem Catholicam Internationalem pro Bmigratione* in Genevensi civitate constituisse, *cuius est ubique exstantium consociationum vel comitatuum catholicorum vires unire atque colligare eorumque pro emigrantibus vel profugis hominibus coepta consilia et opera fovere, confirmare atque componere* (Motu proprio *Exsul Familia,* 1. c, Tit. I, p. 676).

Impensa ergo Internationalis istius Commissionis opera uti possunt Episcopales Conferentiae non modo in quaestionibus inter Nationes forte exsistentibus, sed etiam in rebus cuiusque Nationis, eo proposito, ut nationalium ordinationum, migrationem respicientium, coepta et labores perficiantur.

Episcoporum Conferentiis adesse quoque potest Sodalitas, quam vocant *Caritas Internationalis,* in quam variae nationiales sectiones confluunt ut migratoribus praesto sint in rebus praesertim temporalibus.

conficienda utilibus, si quae collecta sint, quo difficultates, consilia et etiam optata plenius cognoscantur iisque facilius respondeatur.

24. § 1. Migrationes omne genus atque coetus omnes hominum, qui nostro hoc tempore cum frequentioribus per terrarum orbem itineribus aliquo modo conectuntur, ut ii sunt nautarum, aèronavigantium, nomadum, non modo novas pastorales praebent difficultates, sed etiam inusitatas secum ferunt rationes, ad spiritualem vitam, ad psychologiam, ad rem nummariam atque ad aptam rerum temperationem pertinentes, praesertim cum agitur de exsulibus, de domo profugis, vel de migratoribus, qui regiones relinquunt nimia incolarum frequentia laborantes et de meliore statu progressioneque adipiscendis adhuc annitentes.

§ 2. Ad auxilia eo consilio comparanda, ut graves hae quaestiones, prout vires sinant, aptius solvantur, admodum convenit, ut Episcoporum Conferentiae locorumque Ordinarii aliquem « Diem migratoria)) quotannis indicant.[44]

§ 3. Cuius diei celebratio ad haec praecipue intendit : ut scilicet Populi Dei filii, pro sua quisque condicione, divinum considerantes aeternae salutis consilium, propria officia penitus noverint, suasque partes impleant, ipsis agendas in migrationis rebus fovendis; tum ut omnes christifideles, precibus ad Deum fusis, superna implorent auxilia ad aptas vocationes impetrandas; deinde ut alacer sacerdotum apostolatus roboretur, ac denique christiana migratorum fides secura maneat et viva incrementa suscipiat.

§ 4. Quod vero ad indolis animique difficultates spectat, quas psychologicas vocant, communis labor et opera a christianis hominibus requiritur, ut cunctae praeiudicatae opiniones atque separationes, e nationis, stirpis religionisve diversitate manantes, collatis viribus, superentur, apertiores melioresque necessitudines atque veram inter populos fraterni animi coniunctionem instaurando.[45]

§ 5. Cum Cappellanorum seu Missionalium, socialium adiutorum omniumque Institutionum migratoribus favendis innumera providaque incepta, novas easdemque haud leves difficultates Episcoporum Conferentiis singulisque locorum Ordinariis afferant — nempe ad rem nummariam atque ad aptam rerum ordinationem pertinentes — « Dies

[44] **Cfr. Apost. *Exsul Familia, Tit.* II, art. 49.**
[45] **Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 1. c, pp. 287-289, nn. 62-64.**

migratoris » eo quoque spectat, ut christifideles partes sedulo considerent, quibus tenentur subsidia comparare ad migratorum fratrum necessitates sublevandas. Quam ob rem Episcoporum Conferentiae datam huius celebrandi diei facultatem nancisci possunt ad fidelium studium hac de re magis magisque excitandum, atque ad eos exstimulandos, ut liberalem stipem pro necessariis operibus dent.

§ 6. « Dies migratoris » tempore et ratione celebretur, prout locorum adiuncta et civilis societatis postulata suaserint.

CAPUT IV

De locorum Ordinariis

*Peculiaris sollicitudo habeatur fidelium, qui ob vitae condicionem communi ordinaria parochorum cura pastorali non satis frui valent aut eadem penitus carent, uti sunt quam plurimi migrantes, exsules et profugi, maritimi sicut abronavigantes, nomades aliique id genus. Aptae methodi pastorales promoveantur ad vitam spiritualem fovendam eorum, qui relaxationis causa ad tempus alias regiones petunt.***

Item, in similibus circumstantiis, diversi sermonis fidelibus provideatur sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem sermonis, sive per Vicarium Episcopalem, sermonem bene callentem et etiam, si casus ferat, charactere episcopali ornatum, sive denique alia opportuniore ratione.[411]

*Vicarii Episcopales in determinata dioecesis parte aut in certo negotiorum genere aut quoad fideles determinati ritus seu coetus personarum, iuxta Episcopi dioecesani nominationem, potestate ordinaria vicaria gaudent, quam ius commune Vicario Generali tribuit.***

Quod igitur attinet ad varias, quas diuturnus usus probavit, formas ac rationes spiritualis migratorum institutionis congruenter accurandae, locorum Ordinarii haec, quae sequuntur, prae oculis habeant.

A) *Ordinarii locorum, unde fit discessus :*

25. Si necessarium vel saltem opportunum videtur, in dioecesana Curia peculiare Officium pro migratoribus constituatur recteque ordi-

[46] **Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 18.**

[47] **Ibid., n. 23.**

[48] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 14, § 2.**

netur, quod et eorum quaestiones vel negotia pertractet, et alia etiam coepta, sive ante sive post eorum discessum, provehat.

26. Ordinarii parochos commoneant de gravi, quo tenentur, officio eam christifidelibus omnibus religiosam institutionem tradendi, qua facilius, si quando casus ferat, difficultatibus et periculis discedendi occurrant, novasque necessitudines cum aliis hominibus inire valeant, sive aliam in sua patria sedem petunt, sive ad exteram perveniunt nationem, ubi incolae diversam vel mixtam religionem profitentur. Ita enim fit, ut migratores, si quando vel ad certum tempus vel perpetuo domum repetant, pro explorato habeant parochum semper sibi tamquam patrem esse adfuturum.

27. Locorum Ordinarii sacerdotes sive dioecesanos sive religiosos, qui difficiliori huiusmodi ministerio idonei paresque sint, agnoscendos et conquirendos curent, eosdemque Episcopalibus Conferentiis rogantibus libenter committant.

28. Unusquisque Ordinarius cum Episcopali Conferentia Nationali vel cum eius Institutis necessitudinis habere rationes ne omittat, ut inde auxilia suae dioecesi expetat ipseque vicissim aliis dioecesibus afferat ad ea exsequenda, quae ab eodem Episcoporum coetu de pastorali migratorum cura statuta sunt.

B) *Ordinarii locorum, quo fit migratio :*

29. Si res necessaria videtur, etiam in dioecesibus, quo migratio fit, peculiare Officium pro migratoribus exstet apud Curiam Episcopalem constitutum, cui regendo Vicarius Episcopalis [49] aliusve sacerdos idoneus praefiniatur.

30. § 1. Omnes christifideles, sive clerici sive laici, sive religiosi sive religiosae, recte moneantur, ut benevolo animo migratores excipiant iisque in magnis necessitatibus, quae vel ab initio obveniunt, opitulari studeant.

§ 2. Ceteris etiam christianis benigne libenterque succurrant, qui plena cum catholica Ecclesia communione non fruuntur? quique sacris ministris suae Ecclesiae vel communitatis carent; neque vero opem auxilium que hominibus non christianis, si qui ad veniunt, denegent,

" **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 14, § 2.**

iis servatis normis, ad sacrorum communicationem quod attinet, quae tum Decreto Oecumenici Concilii Vaticani Secundi *Unitatis Redintegratio,* tum *Directorio Oecumenico* editae sunt.

§ 3. Spiritualis cura omnium christifidelium, atque adeo migratorum, in paroeciae finibus degentium, in parochos potissimum recidit, qui expleti mandati rationem Deo sunt aliquando reddituri; tantum igitur onus cum Cappellano seu Missionali, si adest, sociare et communicare velint.

31. § 1. Collatis consiliis cum Episcopali Conferentia Nationali vel cum eius Institutis, operi migrationis praepositis, sacerdotes conquirantur, qui eiusdem sermonis vel nationis ac migratores sunt.

§ 2. Si vero peculiaria rerum adiuncta, veluti horum sacerdotum impar numerus, aliter suadent, Ordinarii opera aliorum sacerdotum, qui migratorum sermonis sunt periti, utantur atque pro viribus contendant, ut novi sui filii quaevis discrimina et pericula in christiana vita profitenda effugere possint.

§ 3. Quodsi consulendum est spirituali curae migratorum, quibus d i versus in sacris est ritus, servatis eorum Hierarchiae iuribus, ratio etiam habeatur Decretorum ad eosdem spectantium.[50]

§ 4. Item, si necesse est, spirituali habeatur cura christianorum, qui plena communione cum catholica Ecclesia carent, collatis etiam consiliis cum eorum Praepositis vel ministris secundum legitimarum Congregationum Apostolicae Sedis praescripta.

32. Ne recusent locorum Ordinarii, iuxta Concilii Vaticani Secundi normas,[51] quin in sacram liturgiam usum sermonis, migratorum proprii, pro quavis eorum natione, admittant.

33. In pastorali cura migratorum agenda, hae, quae sequuntur, rationes ac viae, accommodandae sane ad locorum adiuncta seu circumstantias, ad consuetudines et necessitates eorundem fidelium, plane experientia et usu comprobantur :

§ 1. Ubi magnus est numerus migratorum, eodem utentium ser-

Decr. de past. Episcop. muñere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 23; cfr. Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* nn. 4, 12 et ss.: *A. A. S.* 57 (1965), p. 76 ss. ; *Ad totam Ecclesiam* (Directorium Oecumenicum), *A. A. S.* 59 (1967), pp. 574-592.

" Cfr. Constitutio de S. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 38; Instructio de cultu mysterii eucharistici, *Eucharisticum mysterium,* n¿ 19.

mone, qui illic vel stabiles incolunt vel continuo mutantur, opportuna potest esse paroeciae personalis erectio, ab Ordinario loci apte praefinienda.[52]

§ 2. Etiam missio cum cura animarum, cuius fines sunt recte circumscribendi, ab Episcopo erigi poterit[53] iis praesertim locis, ubi nondum migratores stabiliter incolunt ; huiusmodi missio ad peculiares hominum coetus pertinet, qui per cuiusvis temporis spatium, quavis de causa, ibidem commorantur.

§ 3. Pro rerum opportunitate missio cum cura animarum, intra unius paroeciae pluriumve etiam paroeciarum fines erecta, alicui paroeciae territoriali annecti potest, praesertim cum haec ab eiusdem religiosae Congregationis sodalibus, qui spiritualem migratorum curam agunt, regatur.

§ 4. Quoties neque paroeciae personalis neque missionis cum cura animarum, sive sui iuris sive alicui paroeciae annexae, erectio opportuna esse videtur, tum spirituali migratorum curae consulatur per Cappellanum seu Missionalem eiusdem sermonis, territorio ad ministerium exercendum praefinito.

§ 5. Ubi sat amplus adest migratorum numerus, ut eorum curae spirituali consulatur, Cappellanus seu Missionalis tamquam Vicarius cooperator unius paroeciae pluriumve paroeciarum constituit poterit.

§ 6. Denique pro novis Institutis, nostra hac aetate ad plures nationes pertinentibus, ne earum sodales, diversis sermonibus utentes, spirituali cura careant, sacerdotes eligantur, qui et eosdem sermones noscant et in eorum fidelium bonum ministerium obeant.

34. § 1. Unicuique migratorum Cappellano seu Missionali aliqua ecclesia aut cappella vel publicum vel semipublicum oratorium, quatenus fieri possit, ad sacrum ministerium perfungendum attribuatur.

[52] Cfr. Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 32; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* n. 21, § 3, ubi haec leguntur: *Paroecias erigere aut supprimere vel eas quoquo modo innovare Episcopus dioecesanus propria auctoritate, audito Consilio Presbyterali, potest, ita tamen ut, si sint conventiones inter Apostolicam Sedem et Gubernium civile vel iura aliis personis physicis vel moralibus quaesita, cum iisdem a competenti Auctoritate res apte componantur.*

[53] Hoc vides in Declaratione a Sacra Congregatione Consistoriali die 21 novembris 1966 edita: *Episcopus dioecesanus propria auctoritate in sua dioecesi erigere potest non solum paroeciam personalem, sed etiam missionem cum cura animarum pro christifidelibus diversi sermonis seu nationis, ea tamen ratione, ut fines eiusdem missionis certo apteque statuantur atque cura animarum fidelium migratorum Missionario migrantium eiusdem sermonis committatur.*

§ 2. Sin aliter, loci Ordinarius eas normas edat, quibus eidem migratorum Cappellano seu Missionali in alia ecclesia, paroeciali non excepta,[54] sacrum munus libere cumulateque explere liceat.

§ 3. Opportunum praeterea videtur exstructas apparari domus, quas tamquam suas migratores adire possint, ut ibi sui ingenii bona ac dotes excolant, merita quiete ac relaxatione fruantur, salutaria subsidia reperiant.

CAPUT V

De migratorum Cappellanis seu Missionalibus horumque delegatis

Diversi sermonis fidelibus provideatur sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem sermonis, sive per Vicarium Episcopalem sermonem bene callentem et etiam, si casus ferat, charactere episcopali ornatum, sive denique alia opportuniore ratione.[55]

A) *Cappellani seu Missionales*

35. Qui sacerdotes ab ecclesiastica auctoritate mandatum agendi spiritualem curam migratorum, suo utentium sermone, legitime acceperunt, ii migratorum Cappellani seu Missionales appellantur.

36. § 1. Sacerdotes spiritualem de migratoribus curam suscipere cupientes antea debitam ab Ordinariis suis facultatem consequantur; postea vero suae Episcopali Conferentiae vel Institutis, operi migrationis praepositis, ad nutum praesto sint.

§ 2. Excepto quod peculiaria adiuncta suadeant, ut nominationis Rescriptum a Sacra Congregatione pro Episcopis conficiatur, Conferentiae Episcopalis nationis, unde sacerdotes discedunt, est eos certo designationis documento munire atque Conferentiae illius nationis, quo ipsi se conferunt, praesentare. Quae altera Conferentia Cappellanos seu Missionales admissos locorum Ordinariis concredit, qui eosdem spirituali migratorum curae praeficit.

§ 3. Quod vero ad religiosos sodales attinet, qui huiusmodi migratorum curae inserviunt, peculiares normae Cap. VI traduntur.

[54] Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II, art. 37.

[55] Decir, de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 23, § 3; cfr. huius Istructionis n. 24.

§ 4. Spiritualis migratorum cura, quantum fieri potest, sacerdoti committatur, qui per congruum temporis spatium sit rite institutus atque virtute, doctrina, sermonum peritia aliisque animi dotibus tanto muneri par esse videatur.[56]

37. § 1. Cappellanus seu Missionalis migratorum suae dioecesi incardinatus manet, quam ideo repetere ei licebit, accedente Moderatorum, quorum interest, iudicio et consensu. Hanc redeundi facultatem adeptus, Cappellanus omnibus iuribus gaudet, quae haberet, si in dioecesi sacro ministerio addictus fuisset.[57]

§ 2. Cappellanus seu Missionalis migratorum durante munere, tum in sacro ministerio exercendo, tum in disciplina servanda, Ordinarii loci iurisdictioni est obnoxius.

§ 3. Quod ad temporalium bonorum administrationem attinet, Cappellani seu Missionales migratorum, antecedente Nationalis Directoris assensu, obligatione tenentur sibi comparandae Ordinarii loci licentiae ad quodvis oeconomicum inceptum exsequendum, cuius fidelem rationem anno exeunte reddent.

38. Cappellanus seu Missionalis, cui paroecia personalis collata est,[58] paroeciali fruitur potestate una cum omnibus facultatibus et oneribus, quae ad normam iuris communis parochis propria sunt. Idem praeterea, quamvis territoriali iurisdictione careat, facultatem habet Confirmationis Sacramentum administrandi subditis, in articulo mortis constitutis.[59]

39. § 1. Cappellanus seu Missionalis, cui missio cum cura animarum concredita est,[60] propria fruitur potestate atque, congrua congruis referendo, parocho aequiparatur.

§ 2. Huiusmodi potestas est personalis, in personas nempe migratorum eiusdem sermonis, atque intra fines missionis tantummodo exercenda.

§ 3. Eadem vero cum parochi loci potestate aequo iure cumulata est.[61] Quapropter quivis migrator libera fruitur facultate adeundi in

[56] **Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II, art. 54.**
[57] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 3, § 4.**
[58] **Cfr. huius Instructionis art. 33, § 1.**
[59] **Ex Audientia S. P., diei 30 aprilis 1968.**
[60] **Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II, artt. 34, 35.**
[61] **Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II, art. 36.**

Sacramentorum celebratione, Matrimonio non excepto, aut Cappellanum seu Missionalem sui sermonis, aut Parochum loci.[62]

§ 4. Denique, praeter ea omnia, quae iure communi parochis tribuuntur, alia etiam iura aliaque onera ad Cappellanum seu Missionalem migratorum spectant.

Quod ad iura attinet, haec sunt recensenda :

a) potestas administrandi subditis, idest fidelibus eiusdem sermonis, in articulo mortis constitutis, Confirmationis Sacramentum ad normam Decreti *Spiritus Sancti munera;*

b) potestas valide assistendi matrimoniis nupturientium, quorum alteruter eodem sermone utatur, intra fines commissi territorii, servatis ceteris de iure servandis, etiam in praescripto C. I. C. circa liceitatem[63] et in normis ad investigationes super statu nupturientium peragendas.[64]

Quod ad onera attinet, haec sunt recensenda :

a) eadem officia in exercendo sacro ministerio pro fidelibus eius sermonis, quae cuiusque Parochi ad normam C. I. C. propria sunt;[65]

b) praesertim obligatio :

1) residendi in assignato territorio ad normam sacrorum canonum ;[66]

2) conficiendi secundum normas Codicis Iuris Canonici libros paroeciales, quorum authenticum exemplar in fine cuiuslibet anni ad Parochum loci transmittet ;[67]

c) non tenetur vero obligatione Missae pro populo ad normam iuris communis celebrandae.[68]

§ 5. Sacerdotes ut adiutores assignati Cappellano vel Missionali, cui concredita est missio cum cura animarum, officium et facultates, quae Vicarii cooperatoris Parochi sunt propria, congrua congruis referendo, obtinent.

40. § 1. Ordinarius loci, ubi missionem cum cura animarum non possit constituere, Cappellano seu Missionali opportunas concedat

[12] **Ibid., art. 39.**
[13] ***C. I. C,* can. 1097.**
[4] **Cf. Instructio S. C. de disciplina Sacramentorum, *A. A. S.* 33 (1941), pp. 297-307.**
*** C /. *C,* cann. 467-469.**
[16] ***C. I. C,* can. 465, § 1.**
[17] **C. /. *C,* can. 470; Const. Apost. *Ewsul Familia,* Tit. II, art. 35, § 2.**
[is] ***C. I .C,* can. 466.**

facultates, ut migratores eiusdem sermonis, atque in certo quodam degentes territorio,[69] sacri ministerii auxiliis valeant frui.[70]

§ 2. In huiusmodi rerum adiunctis Episcopi curent, ut iura et munera Cappellani seu Missionalis migratorum accurate definiantur et cum Parochorum loci officio componantur.

41. Cappellano seu Missionali migratorum in una vel in pluribus paroeciis Vicarii cooperatoris munere legitime fungenti,[71] ut exoptati uberes fructus e ministerio ipsis migratoribus obveniant, congrua concedantur et temporis spatia et auxilia.

42. Cappellani seu Missionales migratorum, quamcumque obtinent condicionem iuridicam et quodcumque adiutorium loci Ordinarii mandato migratoribus praebent, dioecesi, in qua sacrum ministerium obeunt, animo et opere adhaerere nitantur seseque accommodare contendant; donec ibi commorantur, loci Ordinarium tamquam in proprii Ordinarii loco habeant et colant;[72] pastorales normas dioecesanas sedulo observent; sacerdotibus in dioecesi degentibus, ac maxime Parochis, fraterna concordia consociati, animarum saluti incumbant; dioecesanos coetus adeant; collationes de re morali ac liturgica assidue frequentent. Huiusmodi animorum operumque consensio migratoribus quoque praeclarum aptationis et cooperationis praebeat exemplum.

43. § 1. Cappellanos seu Missionales migratorum summa caritate prosequantur Ordinarii locorum et Parochi, eosque arduum sane exercentes ministerium, quod animabus sibi creditis prosit, libenter adiuvent; curent vero, ut in eorum commodum eae condiciones concedantur, quibus ceteri dioecesis sacerdotes fruuntur, eademque iis tribuantur iura et cautiones ad rem oeconomicam quod attinet.

§ 2. Aequum est quosdam e Cappellanis seu Missionalibus migratorum etiam Consilii Presbyteralis participes esse.

§ 3. Expedit privilegia et facultates, quae Ordinarii locorum secun-

[69] Cfr. huius Instructionis n. 33, § 4.

[70] Hoc in casu, ad errores dubiaque quod attinet circa matrimoniorum delegationem, prae oculis omnino teneatur praescriptum *C. I. C*, can. 1096, iuxta quod parochus et loci Ordinarius generales delegationes ad matrimonia concedere nequeunt, sed tantum ad determinatum matrimonium delegare possunt.

[71] Cfr. n. 33, § 5.

[72] Decr. S. C. Concilii *Cum plures locorum Ordinarii, A. A. S.* 19 (1927), p. 99.

dum Litteras Apostolicas *Pastorale munus*[73] suae quisque dioecesis sacerdotibus concedere possunt, etiam Cappellanis seu Missionalibus migratorum, si rerum adiuncta id suadeant, pariter impertiri.

§ 4. Cappellanis seu Missionalibus permittitur per unum mensem intra annum a missione abesse, dummodo, per sacerdotem ab Ordinario loci approbatum, animarum necessitatibus consulatur.

B) *Delegati pro Cappellanis seu Missionalibus*

44. § 1. In nationibus, in quibus plures sunt Cappellani seu Missionales migratorum eiusdem sermonis, optandum est, ut unus Delegatus pro Cappellanis seu Missionalibus constituatur.

§ 2. Delegatus pro Cappellanis seu Missionalibus eligitur, collatis cum Conferentiis Episcopalibus, quarum interest, consiliis, a Conferentia nationis, in qua Delegatus ipse ministerio fungatur.

45. Delegatus pro Cappellanis seu Missionalibus, vi muneris, nulla iurisdictionis potestate, sive territoriali sive personali pollet.

46. Delegati pro Cappellanis seu Missionalibus migratorum, Ordinariis locorum, ad quos pertinet, consultis, est :

1) Rationes inire cum Episcopis nationis vel dicionis, ubi Cappellani seu Missionales migratorum stabili modo commorantur, et cum aliis, quos vi muneris adeat oportet, circa ea omnia, quae bonum spirituale migratorum suae nationis seu sermonis respiciant.

2) Cappellanos seu Missionales, salvo Ordinariorum et Superiorum religiosorum iure, moderari.[74]

47. § 1. Debet igitur Delegatus curare :

a) ut Cappellani seu Missionales vitam ducant ad normam sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant;

b) ut decor et nitor ecclesiarum vel cappellarum vel oratoriorum

[73] **Cfr. *A. A. S.* 56 (1964), pp. 6-12. Pro migratis a Sancta Sede concessae sunt facultates quarum vi per integrum anni tempus ipsi possunt praecepto paschalis communionis satisfacere et, datis conditionibus generalibus per novas normas de Indulgentiis statutis (sacramentalis confessio, communio eucharistica et oratio ad mentem Summi Pontificis), Indulgentiam plenariam die festo titulari et die 2 augusti vel aliis duobus diebus ab Ordinario statuendis consequi possunt, si Oratorium seu Cappellani missionis — cum vel sine cura animarum — pie visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis orationem dominicam et fidei symbolum recitaverint.**

[74] **Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II. art. 19-23.**

et sacrae supellectilis, maxime in custodia Sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate serventur;

c) ut iidem decreta a Conferentiis Episcopalibus vel ab Ordinariis loci lata rite exsequantur;

d) ut sacrae functiones secundum praescripta legum liturgicarum ac Decreta Sacrae Congregationis pro Cultu Divino peragantur; bona ecclesiastica diligenter administrentur adnexaque iis onera, in primis Missarum, rite impleantur; recte conscribantur et asserventur libri paroeciales, de quibus ad n. 39, § 4, 6) 2) agitur.

§ 2. De iis omnibus ut certior reddatur, Delegatus debet missiones crebro invisere.

§ 3. Delegati etiam est Cappellanum seu Missionalem aegrotum visitare atque operam conferre ne spiritualibus et materialibus auxiliis et, si de vita decesserit, honesto funere careat; atque curare ne, eo aegrotante aut decedente, libri, documenta aliaque ad missionem pertinentia, depereant vel asportentur.

§ 4. Munera in §§ 1-3 recensita cum potestate competentis Auctoritatis loci cumulantur.

48. Delegatus, concordi Auctoritatis competentis consilio, Cappellanos seu Missionales, congruis oblatis occasionibus, convocare poterit, ut una simul, praesertim spiritualibus exercitiis vacare ac de aptioribus ministerii rationibus ineundis inter se colloqui queant. Quaevis tamen optata et consilia, antequam ad effectum deducantur, eidem Auctoritati significentur, ut rite probentur.

49. Expedit ut quoties de nominatione, translatione aut amotione Cappellanorum seu Missionalium ac de novarum missionum erectione agatur, Delegati consulantur.[75]

50. Conferentiae Episcopales loci et ipsi Episcopi, pro suae dioecesis territorio, ampliores facultates Delegato poterunt conferre, prouti rerum adiuncta vel necessitates postulare videantur.

51. Delegatus semel saltem in anno Conferentiae Episcopali tam loci quam suae nationis per Directorem Nationalem rationem reddat de apostolatu pro migratoribus, de progressionibus et de impedimentis referens.

[74] **Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 19, § 2.**

CAPUT VI

Religiosi ac Religiosae

Praesertim, attentis urgentibus animarum necessitatibus atque cleri dioecesani penuria, Instituta religiosa, quae vitae mere contemplativae non addicuntur, ab Episcopis advocari possunt ut in variis ministeriis pastoralibus operam adiutricem impendant, inspecta tamen propria cuiusque Instituti indole; quam operam ut praestent, in paroeciis quoque suscipiendis etiam ad tempus, Superiores pro viribus faveant.[76]

52. Cum Institutis vitae communis sodales persaepe praesto sint e diversis nationibus et dissitis apostolatus sedibus provenientes, qui itemque dissimili formatione instructi sunt, cumque propterea sacerdotibus vel cooperatoribus peculiari aptaque institutione praeditis frui possint, ut eos huc vel illuc facilius transferant, pastorali migratorum curae maximum possunt afferre adiumentum.

53. § 1. Magni sane momenti hac in re censendum est opus ab Institutis praestitum, quae, evangelicis devincta consiliis, apostolatum pro migratoribus ut finem proprium et peculiarem persequuntur, veluti Congregatio Missionariorum a Sancto Carolo, qui Scalabriniani nuncupantur, Societas Christi pro migratoribus Poloniae, Pia Societas Sancti Pauli pro migrantibus Melitensibus.[77]

§ 2. Cetera autem Instituta, licet apostolatum pro migratoribus ut finem proprium sibi non proponant, tamen id genus fidelibus peropportune ac laudabiliter spirituales curas adhibebunt, iis peculiari ratione vacando operibus, quae cuiusque naturae et fini aptius conveniant.

§ 3. Si migratorum curam Ordinarius loci cuidam Instituto committere velit, servatis ceteris de iure servandis, ineatur oportet conventio scripta inter ipsum et Instituti Moderatorem,[78] tractata re simul cum Episcopali Conferentia vel cum Institutis episcopalibus, quae in natione, unde discessus fit, apostolicam migratorum curam promovent.

§ 4. Licet de Institutis agatur, quae migratorum curam ut peculiarem finem sibi proponunt, tamen opera cuncta et incepta in migra-

[76] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 35.

[77] Quod ad migratorum curam spectat meminisse placet etiam Instituta religiosa hunc finem prosequentia praestare posse, quae requiruntur ad erectionem Praelaturae pro variis coetibus socialibus, de quibus in Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 4.

[78] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 35; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, nn. 30, 31.

torum commodum Ordinarii loci auctoritati et moderationi obnoxia sunt, firmo iure Superiorum religiosorum invigilandi sodalium vitae atque etiam, cumulative cum Ordinario loci, munerum ipsis commissorum adimpletioni.[79]

§ 5. Quodsi munus pastoralis migratorum curae viro cuidam religioso committitur, semper praevius habeatur consensus Superioris praeviaeque fiant scripto conventiones, eadem scilicet ratione, congruis congrua referendo, qua de sacerdotibus dioecesanis statutum est in art. 36.

54. § 1. Multimoda beneficentiae opera et caritatis plurimae actiones cum apostolatu inter migratores saepe conectuntur : valde quidem commendandum hac in re magnique aestimandum est adiutorium a religiosis mulierum Institutis allatum, ab iis praesertim, quae eiusmodi ministerium ut peculiarem finem sibi proponunt. Quo autem uberior colligatur fructuum messis, nec spiritualis cura talibus Institutis, plene eorum iure servato et ratione habita eorum indolis, nec par materialium subsidiorum copia ullo modo desit.

§ 2. Optandum est, ut in religiosis mulierum Institutis peculiaris hic apostolatus amplius in dies cognoscatur et promoveatur.

55. § 1. Ad Concilii Vaticani Secundi mentem indeficiens cooperatio et fraterna concordia, Episcopis et religiosis Superioribus faventibus, inter religiosa virorum et mulierum Instituta, clerum ac dioecesanas et interdiocesanas pias laicorum consociationes promoveantur et foveantur.[80]

§ 2. Ad apostolatum inter migratores ceterosque christifideles exercendum quod attinet, religiosi omnes normis Ordinarii loci obtemperare debent.[81]

§ 3. Si quid, in hoc apostolatu, domus ac religiosae communitatis ordinem directe vel indirecte respiciat, rationes inter religiosos et Ordinarios loci ceteraque Instituta operi migrationis praeposita per competentes Superiores ineantur.[82]

[79] Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 29, § 2.

[80] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 35; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 23 ; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* 1, n. 28.

[81] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* nn. 33-35; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, nn. 25, 26.

[82] Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 35, 5-6; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* I, nn. 24, 30-36, 39.

CAPUT VII

De laicorum participatione

*Laicos autem oportet ordinis temporalis instaurationem tamquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii ac mente Ecclesiae ductos et caritate christiana actos, directo et modo definito agere; qua cives cum civibus, specifica peritia et propria responsabilitate cooperari; ubique et in omnibus iustitiam regni Dei quaerere***

*Inter signa nostri temporis speciali notatu dignus est crebrescens ille et ineluctabilis sensus solidarietatis omnium populorum, quem sollicite promovere et in sincerum et verum fraternitatis affectum convertere apostolatus laicorum munus est. Insuper laici conscii esse debent campi internationalis et quaestionum ac solutionum, sive doctrinalium sive practicarum, quae in illo oriuntur, praesertim quoad gentes ad progressum nitentes.***

56. Haud exigua pars quaestionum, ex populorum mobilitate proficiscens, sine laicorum cooperatione solvi nequit. Ecclesia igitur, dum pastoralibus migratorum necessitatibus occurrere studet, universum populum Dei, ac praesertim fideles laicos ad apostolatum propensos, enixe adhortatur, ut suscepti a se officii partes implentes impigro animo allaborent ad universum mundum renovandum et ad ea, quae veritas, iustitia, caritas postulant, efficienda.[85]

57. Migrationes, sive homines considerantur, qui patriam deserunt, sive qui alienígenas in patriam recipiunt, novam vivendi cum ignotis antea civibus rationem inducunt; iam inde munus laicorum exordium sumit : uti fratres accepti, migratores non *mera productionis instrumenta,*[86] sed humana dignitate praediti agnoscantur et amplioris novae humanae consortionis aedificatores.

Cum praeterea aliae cum migratoribus coniungantur quaestiones, de habitatione nempe, de opere, de sociali securitate, et eae, quae e generis, linguae, humani cultus diversitate oriuntur, laici curent, ut eae secundum caritatis et simul iustitiae et aequitatis rationes solvan-

[83] **Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 7.**

[8*] **Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 14.**

[88] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 26.**

[86] **Ibid., n. 66.** *.i*

tur, ne, progredientibus cum populorum mobilitate oeconomicis rebus, *vita hominum singulorum eorumque familiarum incerta et precaria fiat.*[87] Laicorum est insuper operam dare, ut haec iura, praesertim quod familiae attinet unitatem,[88] etiam in civili legislatione sarta tecta serventur, et quodvis discrimen in hac re sedulo vitetur.[89]

58. Nec minus necessaria ad migratorum evangelizationem fovendam est laicorum opera adiutrix : Cappellanis seu Missionalibus opituletur, ut eorum commercia cum longinquis vel dispersis migratoribus faciliora reddantur, liturgiam actuose participent, ita ut cultus divinus alliciat animos; oblata autem occasione verbum Dei cum variis coetibus ethnicis, secundum modum laicis proprium, communicare ne neglegant. Quod etiam magis urget, ubi ob longinquam vel dispersam commorationem aut ob cleri suae nationis vel loci penuriam, migratores quavis carent cura religiosa; quo in casu eos sedulo quaerere studeant, comiter recipere, solari et ad ecclesiam localem adducere.[90]

Apostolicum hoc munus peculiari modo ad eos pertinet laicos, qui in migrationibus, in officiis vel in locis, ubi opus faciunt, coniunctissime vivunt cum non catholicis, cum non christianis vel cum non credentibus; iuvenibus vero, qui studiorum Universitates frequentant, potiores sollicitudinis partes serventur. Aptiora enim adiuncta rerum iis offeruntur, quae Cappellanum seu Missionalem migratorum saepe fugiunt : vitam scilicet vere catholicam agentes et ipsum profitentes apostolicum spiritum, *qua cives cum civibus, specifica peritia et propria responsabilitate*[91] *id.* quod fratribus in sacerdotio deest,[92] efficaciter possunt supplere.

59. Laici, qui gravioribus officiis publicis funguntur, conscii beneficiorum, quae diversa migratorum ingenii cultura afferantur, operam dent, ut Eespublicae earumque Moderatores ea omnia agnoscant et sedulo promoveant, quae ad mutuam operam et una simul existendi rationem inter ethnicos coetus requiruntur.

Laici vero, quo maiorem vim habent ad communem cogitandi ac

[87] Ibid.

[88] Cfr. Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 11.

[89] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 66.

[90] Cfr. Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* nn. 10, 17.

[91] Ibid., n. 7.

[92] Cfr. ibid., n. 10.

sentiendi modum, curent ut talis eaque communis conscientia hominum formetur, quae ad hunc finem assequendum postulatur.

60. Ubi migratores frequentiores numero sunt, facultate praesertim donentur participandi consilia pastoralia dioecesana vel paroecialia, ita ut localis Ecclesiae compagi reapse inserantur.

61. Eadem profecto ratione atque etiam magis quam singuli homines, consociationes catholicae impensam curam migratoribus adhibeant, qui habitatione, opere, institutione et rebus ad vitam necessariis indigent. Potissimum animadvertatur, quantum referat migratoribus opportunitatem praebere, praesertim collata ope cum Institutis, quae iam habeantur, artis formationem perficiendi vel novam consequendi peritiam. Catholicae consociationes adiutricem operam navent Officiis pro migratoribus in Curia dioecesana vel in paroeciis constitutis.

Migratores omnes invitentur, ut alicui coetui vel consociationi apostolatus laicorum nomen dent, cooperantibus in re illis, qui alicuius consociationis sodales in patria fuerunt.

Quamvis autem migratores proprias consociationes habere liceat, tamen quibusdam earum sodalibus opportunitas praebeatur nomen dandi consociationibus (vel opificum collegiis) illius regionis : inter varios ethnicos coetus hoc modo veluti pons efficitur utrasque partes coniungens. Verumtamen non solum singulorum migratorum participatio est promovenda in locorum consociationibus, sed opportunum etiam videtur, ut cooperatio coetuum foveatur, qui laicorum apostolatum, in regionibus sive originis sive migrationis, provehunt.

Hisce expositis — recognitionem disciplinae migrationes sacerdotum ad exteras transmarinas regiones[93] eorumque incardinationem in harum regionum dioecesibus respicientis,[94] necnon munerum Cappellanorum navigantium eorumque Moderatorum[95] et status Pontificii Collegii Sacerdotum pro Italis ad externa migrantibus[96] peculiaribus

[93] **Cfr. Const. Apost. *Exsul Familia,* Tit. II, Cap. I, art. 3.**
[94] **Ibid.**
[98] **Ibid., art. 5, 8.**
[98] **Ibid., Cap. VI.**

reservantes Instructionibus — bona firmaque spe adducimur fore, ut spiritualis migratorum adsistentia satius per praesentem Instructionem ordinata et temporis adiunctis accommodata, uberiora in dies, Deo largiente, animabus afferat commoda et inter homines, unius Patris filios dilectissimos, ubique concordiae et fraternitatis sensus feliciter promoveat.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 22 augusti 1969.

CAROLUS Card. **CONFALONIERI,** *Praefectus*

& Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

L. • © S.

Iosephus Zágon, *Delegatus ad Opera pro Migrationibus*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

VATICANA

Nullitatis matrimonii (Faucher - Omrcanin)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Lilianae Faucher de NegravaP, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 8 ianuarii 1970, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Lilianae Faucher de NegravaP, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ioannes Angelus Abbo, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 23 mensis iulii a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Liliana Faucher de NegravaP, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 janvier 1970, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-til de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Liliana Faucher de NegravaP, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

CHICAGIENSIS

Nullitatis matrimonii (Sargent - Hoover)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Geraldi Hoover, conventi in causa de qua supra, eumdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 17 decembris 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Geraldi Hoover, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Salvator Canals, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis R. R. Rotae, die 5 mensis augusti a. 1969.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Gerald Hoover, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 17 décembre 1969, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Gerald Hoover, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistenti al Soglio Pontificio :

9 agosto 1968. S E. Revma Mons. Davis Giacomo P., Arcivescovo di Santa Fe (U.S.A.).
8 ottobre » S E. Revma Mons. Aguirre García Lino, Vescovo di Culiacán.
5 marzo 1969. S E. Revma Mons. Bianchi Lorenzo, Vescovo tit. di Sorres.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari :

10 gennaio 1969. Monsig. Pagani Luigi (Milano).
13 febbraio » Monsig. Robledo García Gastone (Avila).
14 marzo » Monsig. Proia Giovanni Battista (Roma).

Prelato Domestico di Sua Santità:
(ora *Prelato d'onore di Sua Santità)*

10 aprile 1967. Monsig. Eusebietti Antonio (Roma).

Prelati d'onore di Sua Santità:

13 agosto 1968. Monsig. Cummins Cornelio (Stockton).
» » » Monsig. De Groot Giacomo (Stockton).
» » » Monsig. Shea Eugenio (Stockton).
21 settembre » Monsig. Burns Giovanni (Tucson).
» » » Monsig. McHugh Neil (Tucson).
» » » Monsig. Rosettie Federico (Tucson).
5 ottobre » Monsig. Bell Percy Giuseppe (Los Angeles).
» » » Monsig. Carey Patrizio Giuseppe (Los Angeles).
» » » Monsig. Gallagher Giorgio Michele (Los Angeles).
» » » Monsig. Mac Sweeney Eugenio (Los Angeles).
» » » Monsig. O'Connör Michele (Los Angeles).
» » » Monsig. O'Reilly Giacomo Donaldo (Los Angeles).
5 novembre » Monsig. Me Carthy Giuseppe (New York).
» » » Monsig. Sullivan Giovanni (New York).
15 » » Monsig. Hörmann Carlo (Wien).
22 » » Monsig. Dolan Francesco (Boston).
» » » Monsig. Keilty Giovanni (Boston).
» » » Monsig. Mantle Giuseppe (Boston).
» » » Monsig. McCabe Tommaso (Boston).
» » » Monsig. McCall Giuseppe (Boston).
» » » Monsig. Scully Daniele (Boston).
» » » Monsig. Screnci Salvatore (Boston).
» » » Monsig. Nitsche Francesco (Breslavia).

5	dicembre	1968.	Monsig. Siener Leone Colombo (Nashville).
»	»	»	Monsig. Walker Theron Giuseppe (Nashville).
»	»	»	Monsig. Bambrick Kevin (Natchez-Jackson).
»	»	»	Monsig. Cratin Edoardo (Natchez-Jackson).
»	»	»	Monsig. Fox Michele (Natchez-Jackson).
»	»	»	Monsig. Harnett Geremia (Natchez-Jackson).
»	»	»	Monsig. Hession Paolo (Natchez-Jackson).
»	»	»	Monsig. McGough Giacomo (Natchez-Jackson).
20	»	»	Monsig. Gleason Paolo Damiano (Portland).
10	gennaio	1969.	Monsig. Bossi Antonio (Milano).
»	»	»	Monsig. Mangini Lino (Milano).
»	»	»	Monsig. Rimoldi Antonio (Milano).
»	»	»	Monsig. Re-Dionigi Giuseppe (Milano).
11	»	»	Monsig. Bracq Giuseppe (Providence).
»	»	»	Monsig. Dillon Gerardo (Providence).
»	»	»	Monsig. Gadoury Reginaldo (Providence).
»	»	»	Monsig. Lamb Giuseppe (Providence).
»	»	»	Monsig. McConnel Carlo (Providence).
	»	»	Monsig. McNamara Giuseppe (Providence).
14	»	»	Monsig. Kraus Giuseppe (Bamberg).
»	»	»	Monsig. Neundorfer Ambrogio (Bamberg).
	»	»	Monsig. Nickles Rodolfo (Bamberg).
»	»		Monsig. Teixeira Sarmento Edoardo Augusto (Viia Real)
21	»	»	Monsig. Rizzi Mario (Bologna).
»	»	»	Monsig. Mylanyk Giorgio (Przemyál dei Ruteni).
»	»	»	Monsig. Newman Geremia (Limerick).
24		»	Monsig. Shields Giovanni Tommaso (Peoria).
31	»	»	Monsig. Reuss Giuseppe (Würzburg).
13	febbraio	»	Monsig. García Robledo Teodoro (Avila).
»	»	»	Monsig. Gawedzki Andrea (Lomza).
19		»	Monsig. Walczak Mariano (Poznan).
22	»	»	Monsig. Wolf Giuseppe (Regensburg).
24	»	»	Monsig. Gutting Ernesto (Speyer).
25		»	Monsig. Hermann Francesco (Freiburg).
14	marzo	»	Monsig. Andriani Giuseppe (Brindisi).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:
(ora *Cappellani di Sua Santità)*

16	dicembre	1967.	Monsig. Marzo Oronzo (Lecce).
27	aprile	1968.	Monsig. Leblanc Adriano (Gaspé).

Cappellani di Sua Santità:

13	luglio	1968.	Monsig. Foster Edoardo (Burlington).
5	ottobre	»	Monsig. Barry Guglielmo Giuseppe (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Campbell Giovanni G. (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Cranham Carlo Giorgio (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Gualderon Ernesto Giuseppe (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Hughes Giovanni Carlo (Los Angeles).
»	»		Monsig. Kiefer Arturo Tommaso (Los Angeles).

10	ottobre	1968.	Monsig. Parnassus Giorgio Giovanni (Los Angele
»	»	»	Monsig. Pekarcik Giuseppe Michele (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Reilly Giovanni Giuseppe (Los Angeles).
15	novembre	»	Monsig. Brynda Geraldo (Tucson).
»	»	»	Monsig. O'Keeffe Riccardo (Tucson).
»	»	»	Monsig. Stapleton Giacomo (Tucson).
»	»	»	Monsig. Oestreicher Carlo (Wien).
22	»	»	Monsig. Shea Guglielmo (Boston).
»	»	»	Monsig. Gärtner Corrado (Fulda).
»	»	»	Monsig. Hack Uberto (Fulda).
	»	»	Monsig. Degenhardt Ignazio (Fulda).
	»	»	Monsig. Matern Gerardo (Fulda).
	»	»	Monsig. Uthe Paolo (Fulda).
29	»	»	Monsig. Schmidt Eugenio (Rottenburg).
10	dicembre		Monsig. Law Bernardo (Natchez-Jackson).
11		»	Monsig. Mandi Carlo (Graz-Seckau).
»	»	»	Monsig. Qualitzer Luigi (Graz-Seckau).
10	gennaio	1969.	Monsig. Colombo Luigi (Milano).
»	»	»	Monsig. Galli Carlo (Milano).
»	»	»	Monsig. Tarantola Romolo Franco (Milano).
	»	»	Monsig. Tognazzi Egidio (Milano).
11	»	»	Monsig. Knipschild Francesco (Essen).
»	»	»	Monsig. Nettelbusch Enrico (Essen).
»	»	»	Monsig. Graf Giovanni (Graz-Seckau).
»	»	»	Monsig. Hörmer Luigi Giuseppe (Sankt Pölten).
17	»		Monsig. Günther Giovanni (Berlin).
»	»	»	Monsig. Monaci Giuseppe (Montalcino).
21		»	Monsig. Marinelli Luigi (Cerignola).
»	»	»	Monsig. McCarthy Giovanni (Helena).
»	»	»	Monsig. Zylis Stanislao (Telslai).
29	»	»	Monsig. Calleja Filippo (Malta).
31		»	Monsig. Rössler Massimiliano (Würzburg).
6	febbraio	»	Monsig. Parenti Giuseppe (Colle di Val d'Elsa).
»	»	»	Monsig. Salvatici Ezio (Colle di Val d'Elsa).
»	»	»	Monsig. Tassani Alessandro (Forlì).
24	»	»	Monsig. Grütters Uberto (Essen).
»	»	»	Monsig. Michel Enrico (Paderborn).
25	»	»	Monsig. Schwer Carlo Alessandro (Freiburg).
28	»	»	Monsig. Balestrini Fausto (Brescia).
»	»	»	Monsig. Colcerosa Francesco (S. Severino Marche).
»	»	»	Monsig. Pizzi Cesare (S. Severino Marche).
1	marzo	»	Monsig. Piovano Gianfranco (Torino).
10	»	»	Monsig. De Simone Raffaele (Lecce).
»	»	»	Monsig. Caporali Luigi (Verona).
»		»	Monsig. Giuzzi Giustiniano (Verona).
»	»	»	Monsig, Rodella Aleardo (Verona).
18	»	»	Monsig. Voto Francesco (Anglona e Tursi).
24	»	»	Monsig. Staffa Antonio (Imola).
25	»	»	Monsig. Mergen Bruno (Essen).
»	»	»	Monsig. Pelster Varnerio (Essen).

An. et vol. LXI 10 Novembris 1969 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Episcopatus, clerus populosque catholicae Ecclesiae vehementer incitantur ad B. Mariae Virginis opem per mensem Octobrem sacro Rosario implorandam, ut gentium mentibus et animis reconcilians vera tandem pax mundo affulgeat.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

RECURRENS MENSIS OCTOBER opportunitatem Nobis praebet universum populum christianum denuo adhortandi, ut illa precandi forma usitetur, quae, in catholicorum pietate merito inhaerens, nihil momenti amisit, quod ad difficultates horum temporum attinet: recitationem dicimus sacri Beatae Mariae Virginis Rosarii.

Hoc vero anno omnibus filiis eam proponimus intentionem, quae urgentior et gravior Nobis esse videtur quam umquam alias, ut scilicet pax inter homines et gentes firmetur.

Quamvis quidam facti sint progressus spesque nonnulla recte affulgeat, perdurant tamen dimicationes internecivae, iterum certi quidam discriminis fomites parantur atque etiam animos christianorum, qui ad idem provocant Evangelium amoris, sibi invicem cernimus adversari.

In ipso Ecclesiae sinu dissensiones inter fratres exsistunt, qui se mutuo incusant et condemnant. Quo fit, ut nunc cum maxime paci operam demus oporteat et pro pace supplicemus.

Anniversaria etiam memoria, plus fiduciae ingerens, Nos movet, id est quartum expletum saeculum ab editis Apostolicis Litteris, quae a verbis « Consueverunt Romani Pontifices » incipiunt;[1] quibus Litteris Sanctus Pius V, Decessor Noster, temporibus, quibus Ecclesia et mundus perquam turbabatur, formam sacri Rosarii cuivis aetati congruentem, definivit.

Sanctam igitur hanc veluti hereditatem, unde populus christianus vires animique fortitudinem hausit, fideliter tuentes, clerum populumque christianum cohortamur, ut a Deo, intercessione Beatae Mariae Virginis, pacem et reconciliationem inter omnes homines et populos perficiendam efflagitent.

I - Cum pax sine dubio sit causa hominum et bonum omnibus commune, oportet de ea sint constanter solliciti cuncti, praesertim ii, penes quos est cura Civitatum et communitatis populorum. Sed quis, pro sua parte, non tenetur officio circa vitam et pacem familiae, opificum sedis, sodalitatis? Quamquam multi sunt bona praediti voluntate, tamen tot hominum studia inter se repugnant, tot animos sua tantum quaerere apparet, tot contentiones ingravescunt, tot aemulationes inter se confligunt. Quis non videt a singulis et a cunctis exigi actionem eo pertinentem, ut amor discordias vincat et pax in hominum Civitate instauretur?

Pax est etiam causa Dei : ipse enim animis nostris ardens desiderium pacis iniecit, ipse nos impellit, ut, pro sua quisque parte, huic operam navemus, dum ad hoc debiles vires nostras et nutantes sustinet voluntates. Ipse solus animum pacificum tribuere potest et conatus nostros pacis stabiliendae penitus firmiterque prosperare.

Preces ergo, quibus pacis donum postulamus, conferunt, ac quidem ea ratione, ut nihil pro iis queat substitui, ad pacem instaurandam. Per Christum enim, cum quo nobis omnia donantur,[2] nos componimus ad pacis munus accipiendum. Quomodo ergo in hac re agenda non utamur depreca-

[1] ***Bull. Ord. Praed.*, tom. V, p. 223, 17 septembris 1569.**

[2] **Cfr. *Rom.* 8, 32.**

tione inaestimabili Beatae Mariae, Matris eius, quae, ut Evangelium docet, *invenit gratiam apud Deum?*[3]

Humilis quidem Virgo Nazarethana Mater effecta est *Principis pacis,*[4]- eius videlicet, qui natus est, cum pax annuntiaretur,[5] et qui in hominum conspectu proclamavit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*[6] In Evangelio declaratur Mariam fuisse propensam ad hominum necessitates perspiciendas subie vandasque. In pago enim Cana non dubitat deprecatricem se praebere, ut laetitiae consulat vicanorum ad nuptias vocatorum.[7] Quomodo non ad assequendam pacem, tam praecelsum donum, intercedat, si corde sincero illam exorabimus?

Concilium Oecumenicum Vaticanum II opportune monuit pergere Mariam apud suum Natum pro filiis hic in terra peregrinan tibus deprecari.[8] Ei, quae mente candida et simplici dixit: *vinum non habent,* Christus magnanimiter est obsecutus. Quomodo hic non eandem largitatem praestabit, si ita rogatur: *pacem non habent?*

II - Quodsi unicuique, *quantum vires opesque sinunt/* de iustitia et pace est annitendum, singulis christianis curae erit Mariam orare, ut una nobiscum et pro nobis supplicet ea mente, ut eam, quam mundus non dare potest, pacem Dominus nobis concedat.[10] Praeterea meditantes sacri Rosarii mysteria, animos pacificos, Mariae exemplo, induere poterimus per commercium familiare et continuum cum Iesu paremque consuetudinem mysteriorum vitae eius redemptricis.

Omnes sanctae Ecclesiae filii precentur:

— *Pueri atque iuvenes,* quorum tempus futurum agitur in hac rerum commutatione gentes universas quassante, ut suis parentibus, magistris atque cunctis sacerdotibus cordi curaeque sit ex sese effingere homines precationi addictos.

— *Aegri et senes,* quorum animi ob specie inutilem vitam

[3] *Lc.* 1, 30.
[4] *Is.* 9, 5.
[5] Cfr. *Lc. 2,* 14.
[6] *Mt.* 5, 9.
[7] Cfr. *Io. 2,* 15.
[8] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62: *A. A. 8.* 57 (1965), p. 63.
[9] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 75: *A. A. S.* 59 (1967), p. 294.
[10] Cfr. Oratio ex Missa pro pace.

interdum percelluntur, ut virtutem denuo experiantur precationis, atque alios etiam, veluti magnes lapis, suavi alliciant vi ad pacis originem.

— *Adulti,* qui dies totos defatigantur labore. Maiores afferent eorum opera fructus e precationis usu et pia vita profecta.[11] Cum Maria familiariter viventes melius cognoscent Iesum et diligent : id quod tot nostri maiores, ad fidem quod attinet, re experti sunt indeque vegetati.

— *Animae Deo sacratae,* quarum vitam, secundum exemplar Mariae, arcte semper consociari oportebit cum Christi vita, et quasi fulgore quodam illustrare nuntium eius amoris et pacis.

— *Episcopi et sacerdotes eorum adiutores* munere peculiari funguntur, quo *nomine Ecclesiae, pro toto populo sibi commisso, immo pro universo mundo, Deum deprecantur,*[12] Quomodo cum eorum intima precatione non concinent supplicationes Mariae?

— In vehementi hoc pacis desiderio, quae est *fructus spiritus*[13] haud secus atque ipsi in Cenáculo congressi Apostoli inter nos omnes coniungemur *in oratione ... cum Maria Matre Iesu.*[14]

III - *Pro iis omnibus precemur* qui pacis opus perficiunt inter homines, minimo in oppido usque ad instituta omnium gentium maxima. Sibi illi vindicant, praeter confirmationem animi atque existimationem, preces quoque nostras. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem, annuntiantis bonum, praedicantis salutem}**

— Precemur nos, ut Deo vocante pacis excitentur ubique opifices, auctores concordiae et hominum populorumque reconciliationis. Precemur, ut ex omnium evellantur cordibus, in primisque nostris, f actionum studium stirpiumque iactatio, nequitiae et odia, quae iterum iterumque bella pariunt atque discidia. Nam si quid valet malum, etiam plus valet gratia.

[11] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 34: *A. A. S.* 57 (1965), pp. 39-40.**

[12] **Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 5: *A. A. S.* 58 (1966), p. 998.**

[13] ***Gal.* 5, 22.**

[14] ***Act.* 1, 14.**

[15] ***Is.* 52, 7.**

— Eum precemur, qui mortuus est pro peccatis nostris, ut *filios Dei, qui erant dispersi, congreg et in unum.*[16]

— Precemur, ut in filiis Ecclesiae universis observantiae mutuae animus renovetur et fiduciae, consuetudinis, collocutionis et benevolentiae communis. Ipsi precemur, ut omnes homines diversos esse conscii inter se conveniant, alii alios complentes, in veritate et caritate Christi secundum magni Pauli Apostoli cohortationem : *quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes, non vosmetipsos dependentes ... Non ergo amplius invicem iudicemus ... Est enim regnum Dei... iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto ... Itaque quae pacis sunt sectemur et quae aedificationis sunt in invicem custodiamus.*[17]

Nosmet ipsi, Venerabiles Fratres et carissimi filii, non desinemus agere et precari pacem uti Vicarius Eius, *qui est pax nostra ... interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem.*[18] Cum Apostolo Paulo, sub cuius nomine nostram celamus parvitatem, obsecramus vos, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in caritate; solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*[19]

Utinam assidua mysteriorum nostrae salutis contemplatio vos ad imaginem Christi et exemplum Mariae pacis reddat effectores. Utinam Mariale Rosarium tam in ea forma, quae tradita est a Sancto Pio V, quam in aliis hodiernae rationi cum auctoritatis legitimae consensione aptatis id evadat quod bo. mem. Decessor Noster Ioannes XXIII cupivit: publica atque universalis precatio pro consuetis atque peculiaribus necessitatibus Ecclesiae, nationum totiusque orbis.[20]

Nam haec precatoria corona quasi quoddam *Evangelii compendium*[21] prae se fert *ac proinde formam pietatis Ecclesiae.*[22]

Per hanc supplicationem Mariae, Dei sanctissimae Matris et

[16] Cfr. *Io.* 11, 52.

[17] *Rom.* 12, 18 et 14, 13, 17, 19.

[18] *Eph. 2,* 14-15.

[19] Ibid. 4, 1-3.

[20] Litt. Apost. *Il Religioso convegno,* 29 sept. 1961: *A. A. 8.* 53 (1961), p. 646.

[21] Card. J. G. Saliège, *Voilà ta Mère,* pages mariales recueillies et présentées par Mgr Garrone, Toulouse, Apostolat de la prière, 1958, p. 40.

[22] Paulus VI, Allocutio die 23 iulii 1963 habita ad eos, qui tertio interfuerunt Conventui Dominiciano de sacro Rosario: *Insegnamenti di Paolo VI,* I, 1963, p. 464.

nostrae, conferemus ad optatum Concilii implendum: *Universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut Ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in caelo super omnes Beatos et Angelos exaltata, in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive quae christiano nomine decorantur, sive quae Salvatorem suum adhuc ignorant, cum pace et concordia in unum Populum Dei feliciter congregentur, ad gloriam Sanctissimae et individuae Trinitatis.*[23]

Cum hac ergo voluntate, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, Nostraque adhortatione, ut per hunc mensem Octobrem preces Marialis Coronae pientissime persolvatis, vobis ex imo largimur pectore Apostolicam Nostram Benedictionem.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vii mensis Octobris, anno Domini MCMLXIX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

FLORIANOPOLITANAE-JOINVILLENSIS
(RIVI AUSTRALIS)

Quibusdam separatis territoriis ab archidioecesi Florianopolitana et dioecesi Joinvillensi, nova dioecesis conditur, nomine « Rivi Australia ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam maxime animorum saluti prospiciens, censuit venerabilis Frater Sebastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et in Brasilia Apostolicus Nuntius, post nempe auditos venerabiles Fratres Alfonsum Niehues, Archiepiscopum Florianopolitanum, atque Gre-

[23] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 69: *A. A. S.* 57 (1965), pp. 66-67.

gorium Warmeling, Episcopum Joinvillensem, posse ab Apostolica Sede peti, ut nova ibi locorum dioecesis constitueretur. Idque cum haud parum utilitatis allaturum esse Nos quoque existimaverimus, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, apostolica Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Florianopolitana integrum territorium municipiorum separamus, quae vulgo nuncupantur Alfredo Wagner, Atalanta, Imbuia, Ituporanga, Petrolandia, Presidente Nereu, Vidal Ramos, prout scilicet lege civili ad praesens terminantur; a dioecesi autem Joinvillensi integrum territorium municipiorum vulgo Rio do Sul, Agrolândia, Agronomica, Ascurra, Aurora, Benedito Novo, Dona Emma, Ibirama, Laurentino, Lontras, Pouso Redondo, Presidente Getulio, Rio do Campo, Rio do Oeste, Rodeio, Sálete, Taió, Trombudo Gentral, Witmarsum, itemque territorium vulgo Distrito Apiuna, ad municipium Indaial pertinens, et territorium vulgo Distrito Rio da Prata, ad municipium Itaiópolis pertinens, iisque novam dioecesim condimus, nomine *Rivi Australia* iisdemque terminandam finibus ac simul sumpta territoria quae diximus. Novae dioecesis Sedes episcopalis in urbe Rio do Sul erit, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali templo eadem in urbe exstante, Deo dicato in honorem Sancti Ioannis Baptistae, quod ad sacrarum cathedralium aedium gradum attollimus. Rivi Australis praeterea Ecclesia suffraganea erit metropolitanae Sedi Florianopolitanae, eiusque Episcopus Florianopolitano Metropolitae ad normam iuris obnoxius. Praecipimus insuper ut Canonicorum collegium condatur, per alias sub plumbo Litteras; interea Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo consilio et auxilio assint. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, a fidelibus sponte oblatae pecuniae, bona quae constitutae dioecesi obvenient ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Ad Seminarii erectionem quod attinet, serventur praescripta iuris communis, prae oculis praecipue habitis normis decreti ((Optatam totius » Concilii Vaticani II, atque peculiares regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Qui autem Seminarii alumni ingenii atque animi dotibus emineant, cum adoleverit, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Hac Nostra Constitutione ad effectum adducta, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in cuius territorio legitimum vel beneficium vel officium

habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta dioecesim Rivi Australis respicientia ad eius Curiam mittantur, ut in condendo tabulario religiose custodiantur. Ea autem quae praescripsimus ad effectum adducenda curet qui, tempore exsecutionis, Apostolici in Brasilia Nuntii partes agat, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Saeramque Congregationem pro Episcopis quam primum mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 23.

II

WEETEBULAËNSIS

Praefectura apostolica Weetebulaënsis ad dioecesis dignitatem evehitur, eodem nomine atque finibus.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qua sollicitudine beatus Paulus Apostolus urgebatur, ut eas Ecclesias, quas sudore et labore multo supernam docuerat veritatem, « ad mensuram aetatis plenitudinis Christi » *(Eph.* 4, 13) perduceret, eadem et Nos cotidie stimulamur, quibus universorum hominum salus divinitus commendatur quaerenda atque tuenda. Cum autem praefectura apostolica Weetebulaënsis, Congregationi Sanctissimi Redemptoris concredita, sive ob sacerdotum sagacem industriamque sollertiam, sive ob catholicorum operum rerumque vigorem uberiora ceperit incrementa et optime spei dederit fructus, censuit S. Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide bene fieri, si eadem ad dignitatem dioecesis eveheretur. Qua re Nos, venerabili Fratre Salvatore Pappalardo, Archiepiscopo titulo Milesiensi et Apostolico in Indonesia Pro-Nuntio, sententiam rogato, suprema Nostra auctoritate haec decernimus. Praefecturam apostolicam *Weetebulaensem* ad gradum dioecesis tollimus, iisdem finibus et nomine servatis; cuius quidem Sedes episcopalis urbs erit vulgo Weetebula, in qua sacer Praesul domicilium collocabit cathedramque ponet, in templo scilicet Spiritus Sancti, quod in cathedralium templorum dignitatem redigimus, factis iuribus iustis. Quam novam dioecesim suífragañeam constituimus metropolitanae Sedi Endehenae et S. Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide obnoxiam. Item iubemus ut in ea Ecclesia Canonicorum collegium condatur, per alias sub plumbo Litteras, interea vero Canonicorum loco Consultores deligantur, qui Episcopo assint consilio et opera. Quod reliquum est, decernimus ut hasce Nostras Litteras ad exsecutionem deducat ille qui eo tempore, quo haec fiant, Apostolicae in Indonesia Pro-Nuntiaturae praeerit, facta potestate et alium quemlibet ad hanc rem delegandi virum, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem. Re profecto rite acta, documenta exarari faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. ***R. E. Cancellarius***

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

>& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 22.

III

VALLEDUPARENSIS

Vicariatus apostolicus Valleduparensis ad dignitatem dioecesis evehitur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui in beatissimi Pauli Apostoli similitudinem instantia illa cotidiana ac sollicitudine omnium Ecclesiarum paene obruimur (cf. *2 Cor.* 11, 28), iidem tamen simul gaudio perfundimur cum novarum dioecesium fundamenta iacere datur : sunt enim novae dioeceses, quasi adultae Ecclesiae, ad saerosanctam religionem Christi intendendam atque

proferendam aptissima instrumenta. Quam ob rem, cum in vicariatu apostolico Valleduparensi catholica res magna recens ceperit incrementa, atque maiora praevideatur esse captura, censuit venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia atque in Republica Columbiana Apostolicus Nuntius, audita quidem Conferentia Episcopali, quam dicunt, eius Nationis, bene fieri, si idem vicariatus ad dignitatem dioecesis tolleretur. Quam ob rem, Nos re commode reputata, post sententiam rogatum venerabilem Fratrem Vincentium Roig et Villalba, Episcopum titulo Aradensem et eiusdem vicariatus Vicarium, haec statuimus. Vicariatum apostolicum *Valleduparensem* ad gradum dioecesis evehimus, eodem nomine atque finibus. Cuius Sedem in urbe statuimus poni quam populus Valledupar appellat, cathedram in templo beatissimae Virginis Mariae a Sacratissimo Rosario, ibidem. Novam dioecesim metropolitanae Sedi Barranquillensi suffraganeam constituimus, hac ipsa die conditae, factis iustis iuribus, impositis oneribus congruentibus. Episcopus Valleduparensis collegium cathedrale Canonicorum condat, ad normas per alias Litteras dandas. Interim tamen Consultores dioecesanos deligat, quibus loco Canonicorum utatur. Mensam novae dioecesis tum Curiae emolumenta efficient, tum a populo oblata pecunia, tum, si sint, bona quae iuxta canonem 1500 C. I. C. ei advenient. Similiter regimen, administratio, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, hisque similia Codice legum ecclesiasticarum temperentur. Quod ad Seminarii constitutionem atque clericorum educationem pertinet, serventur normae iuris communis, regulae a Sacra Congregatione datae pro Institutione Catholica, atque decretum « Optatam totius » Concilii Vaticani II. Cum vero iuvenes eo aetatis venerint, ut philosophia atque theologia sint imbuendi, qui fuerint meliores Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. De clero autem id statuimus ut, vicariatu in dioecesis formam redacto, eo ipso eidem assignetur tamquam proprius clerus. Quae autem per has Litteras iussimus fieri, haec omnia Apostolicus Nuntius in Columbia exsequi curabit, qui, cum res acta fuerit, documenta exarari iubebit sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta

officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant iri ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **GONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 89.

IV

CAGAYANAE

(MALAIBALAIENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Cagayana, nova conditur praelatura, nomine « Malaibalaiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut commodis frequentissimi Cagayanae archidioecesis populi quam maxime consuleretur, censuit venerabilis Frater Iacobus Thomas Gibbons Hayes, eiusdem Sedis sacer Praesul, post auditum videlicet Coetum Episcoporum Insularum Philippinarum, esse territorium suae dicionis dividendum novamque ibi locorum ecclesiasticam circumscriptionem constituendam. Quod cum ut fieret ab Apostolica Sede ille petierit, cumque opportunum Nobis visum sit, de sententia venerabilis Fra-

tris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia et in Republica Insularum Philippinarum Apostolici Nuntii, iisdem precibus accedendum, sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Cagayana integrum territorium separamus civilis provinciae vulgo Bukidnon, quod complectitur vicariatus Sanctae Theresiae a Iesu Infante, Sancti Ioseph et Sacri Cordis Iesu, eoque novam praelaturam condimus, *Malaibalaiensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac civilis provincia, quam diximus. Eam metropolitanae Sedi Cagayanae suifraganeam facimus, itemque eius Antistes metropolitano eiusdem archidioecesis Praesulis iuri. Constitutae praelaturae sedes in urbe vulgo Malaybalay erit, magisterii vero cathedra in curiali templo in eadem urbe exstante, Deo dicato in honorem Sancti Isidori Opificis, cui quidem honores et privilegia tribuimus praelaticii templi. Mensam, quam dicunt, constituent Curiae emolumenta, fidelium sponte oblatae pecuniae atque bonorum pars, quae Malaibalaiensi praelaturae obvenient ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Quod autem attinet ad Seminarii constitutionem alumnorumque educationem, serventur praescripta iuris communis in primisque normae decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II, atque peculiares leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Cuius Seminarii alumni illi, qui animi simulque ingenii dotibus praestent, Romam mittantur, in Seminarium Pontificium Philippinum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Simul ac haec quae praescripsimus ad effectum adducta fuerint, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in qua beneficium vel officium habeant, ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta praeterea et documenta novam Sedem respicientia a Cagayana Curia ad Malaibalaiensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae decrevimus ad effectum adducat venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit, congrua documenta exaranda curet ad Sacramque Congregationem pro Episcopis quam primum mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive

typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIBRI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXI, n. 71.

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Antonium S. R. E. Cardinalem Bacci, sexagesimum exactum annum celebraturum, ex quo Sacerdotio auctus est.

Allatus est Nobis nuntius tibi, Venerabilis Frater Noster, in medium proximum mensem Augustum fausti eventus recordationis memoriam incursuram esse : sexaginta enim feliciter exactos complebis annos, postquam in Florentina archidioecesi ad sacri presbyteratus gradum evectus es ac subinde primo litaturus aram Domini scandisti.

Qua es oris morumque modestia a fastu omni alienus, velles profecto in solitudine et recessu te colligere ac mentis retro acto obtutu volutare hactenus emensa spatia longae vitae, quam caelestis pietatis dignatio tot ac tantis beneficiis conspersit.

Attamen multi, quorum voluntates tibi devinxisti omnígeno humanitatis comitatisque genere, amicitia, magisterio, claris nominis fama, minime patientur hanc praeterlabi occasionem, quin grati et gratulabundi publica significatione antiquam in te benevolentiam declarent.

Praesertim tibi perpetuo id honori est, quod in politioribus doctrinae studiis versatus a puero Latinas Litteras coluisti, atque constanti

usu rerum eas eleganter copioseque persecutus es, ita ut communi iudicio Latinitatis fama excellas.

Hoc autem tibi cumulat meritum, quod, ad haec studia te applicans, linguam Latinam augustam augustiori consuetudini, qua nulla alia praestantior, diu attribuisti, exarandis scilicet Romanorum Pontificum documentis et praeceptis.

In assensione dignis propositis firmo tibi operosa senectus mitis sapientiae fulgeat exemplis, novis sucis vivida « in misericordia uberi », scilicet quo magis appropinquat Deo, fiat, ut ex fonte uberiore gratiae et misericordiae aquas hauriat. Felix diu vivas in terris, semper in caelis.

Haec imo e pectore ominati, nihil Nobis restat, nisi ut tibi, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem peramanter impertiamur : et hanc ad universos, qui sexagesimum natalem sacerdotii tui participabunt, libenter volumus pertinere.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx mensis Iulii, anno **MCMLXIX**, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Aloisium Antonium Peñaherrera, Reipublicae Aequatorianae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Señor Embajador,

Hemos escuchado con ánimo atento las deferentes expresiones que Vuestra Excelencia acaba de dirigirnos en este acto solemne de presentación de Credenciales que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de El Ecuador ante la Santa Sede.

En sus nobles palabras de adhesión a nuestra persona y a los supremos valores que como meta va persiguiendo nuestro ministerio apostólico universal, queremos descubrir el eco fiel de los sentimientos en que abunda el corazón de los hijos de su hidalga Nación, de la que sois tan digno y merecedor Representante. Al agradeceros, Señor

*** Die 16 mensis septembris a. 1969.**

Embajador, tan devotos acentos, le damos Nuestra más cordial bienvenida.

Seguimos con afectuoso interés los redoblados esfuerzos que últimamente está realizando El Ecuador — País donde todos señalamos el lugar equidistante entre los Polos opuestos de la Tierra, nuestra morada común — para lograr esa línea de equilibrio sano y concorde que permita a todas las instituciones rectoras de la Patria discurrir por rectos cauces de estabilidad, ajenos a la inercia y a la violencia, encaminados conscientemente hacia un progreso ordenado y pacífico en el ámbito nacional è internacional.

La Iglesia, Señor Embajador, recoge con gozo íntimo esta constante preocupación de creciente promoción civil y social en su seno de ((Madre y Maestra », porque está en perfecta consonancia con la propia misión de conducir al hombre a su desarrollo integral, depositario de inviolables derechos y de un destino sobrenatural en cuanto Hijo de Dios. En este sentido queremos dejar constancia de la coordenada tarea organizadora y renovadora, que, a la luz de las directrices del Concilio Vaticano II, está llevando a cabo el Episcopado ecuatoriano, bien secundado por el Clero, los Religiosos y tantos seglares, por la ulterior pujanza del espíritu cristiano, fielmente vivido en las conciencias, en las familias y en la sociedad. Sepan que les acompañamos con nuestros mejores votos y plegarias.

Señor Embajador! Al asegurarle nuestra benevolencia para el cumplimiento de la alta misión que hoy comienza, invocamos sobre Vuestra Excelencia, sobre el Excelentísimo Señor Presidente de la República — cuyo saludo agradecemos profundamente — el Gobierno, sobre todo el dilectísimo Pueblo de El Ecuador, escogidas y abundantes bendiciones divinas.

II

Ad Excellentissimum Virum Afzal Iqbal, Pachistanae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Mister Ambassador,

We accept with sincere pleasure the Letters accrediting Your Excellency as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Pakistan to the Holy See. Iii the performance of your

*** Die 18 mensis septembris a. 1969.**

important duties, We promise you Our understanding and Our collaboration.

We also assure Your Excellency, and all your fellow **Citizens** of every faith, that We shall constantly persevere in Our efforts to establish the dignity of the human person, and to promote the continuai spiritual, moral, intellectual and physica! élévation of mankind. For the support offered towards these lofty aims, We are cordially grateful.

The Catholic Church, in fact, teaches that "Faith needs to prove its fruitfulness by penetrating the believer's entire life, including its worldly dimensions, and by activating him towards justice and love, especially regarding the needy She also recognizes that "in the first place among " those who acknowledge the Creator " there are the Moslems, who, professing to hold the faith of Abraham, along with us adore the one **and** merciful God, Who on the last day will judge mankind ".[2] Henee the Church strives, through this common belief, to foster concord and peace among individuáis, families, nations, by the observance of social and international justice; for the fruit of justice is peace.

Through your good offices, We send Our deferential greetings to His Excellency the President of Pakistan, and Our good wishes to the people of your Nation. Upon all, in pledge of divine favours of prosperity and peace, We invoke the blessings of God, the Compassionate, the Merciful.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Ad Clarissimum Virum Renatum Maheu, Moderatorem Generalem Instituti Internationalis v. d. U.N.E.S.C.O., ob diem celebrandum litterarum cognitioni provehendae per totum terrarum orbem dicatum.

Depuis deux ans, la Journée Mondiale de l'Alphabétisation est célébrée le 8 septembre. **U** Nous plait d'y associer une fois de plus l'Eglise Catholique, en raison d'une part des rapports de plus en plus

[1] **Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** *Gaudium et spes,* **n. 21.**
[2] **Const. dogm. de Ecclesia** *Lumen gentium,* **n. 1C>.**

cordiaux et fréquents qui se sont établis entre elle et les Organisations internationales et, d'autre part, en raison de l'importance exceptionnelle de l'action à mener dans le monde pour juguler le fléau de l'analphabétisme.

Nous avons déjà eu mainte occasion de déclarer combien Nous apprécions à cet égard l'action de l'UNESCO, tout particulièrement dans Notre message au Congrès qu'elle organisait, en 1965, à Téhéran et plus solennellement à la tribune des Nations-Unies à New-York : « Nous savons avec quelle ardeur, disions-Nous, vous vous employez à vaincre l'analphabétisme et à répandre la culture dans le monde ... tout cela est magnifique et mérite l'éloge et l'appui de tous, y compris le Nôtre. Nous voudrions Nous aussi donner l'exemple, même si la petitesse de Nos moyens empêche d'en apprécier la portée pratique et quantitative)).

Les besoins de tant de millions d'hommes qui sont tenus, du fait de leur analphabétisme, à l'écart du développement socio-économique du monde, et leurs pays, victimes d'une discrimination permanente et condamnés à vivre dans l'ignorance, ne peuvent laisser personne dans l'indifférence. Aussi avions-Nous eu à cœur d'écrire dans Notre encyclique ((Populorum Progressio » : « La faim d'instruction n'est pas moins déprimante que la faim d'aliments : un analphabète est un esprit sous-alimenté. Savoir lire et écrire, acquérir une formation professionnelle, c'est reprendre confiance en soi et découvrir que l'on peut progresser avec les autres ».[1]

La présence d'un Observateur permanent du Saint Siège auprès de votre Organisation manifestait déjà son active préoccupation en ce domaine, soulignée d'une manière plus évidente encore par l'institution, près du Saint Siège, de la Commission Pontificale ((Justice et Paix ». Afin de donner à celle-ci une plus grande efficacité, Nous avons créé, en son sein, en mars de cette année, le Comité « Promotion Humaine ». « En assumant cette tâche, disions-Nous, le Comité " Promotion Humaine " a le souci de rendre compte de cette mission humanitaire et morale de l'Eglise. Il rejoint en même temps la préoccupation de plusieurs organismes spécialisés des Nations-Unies et notamment de l'UNESCO dans sa campagne mondiale pour l'élimination de l'analphabétisme au cours de la prochaine décennie ».

Vous Nous avez souvent fait état, Monsieur le Directeur Général,

[1] **N. 35.**

des initiatives nombreuses en faveur de la promotion de l'homme — spécialement par l'alphabétisation fonctionnelle — qui sont dues aux membres de l'Eglise Catholique à travers le tiers-monde, et jusque dans les pays industrialisés auprès des groupes humains marginaux. Nous souhaitons vivement que la célébration de cette Journée de l'Alphabétisation soit pour tous une occasion nouvelle de manifester leur intérêt actif et d'intensifier leurs efforts, en collaboration avec vos Commissions locales et nationales, pour l'éradication de l'analphabétisme.

Aussi est-ce de grand cœur que Nous appelons sur tous ceux qui s'emploient généreusement à cette tâche primordiale de la lutte contre l'ignorance, l'abondance des bénédictions divines.

Du Vatican, le 1er Septembre 1969.

PAULUS PP. VI

II

Ad Clarissimum Virum Rienzie Rupasinghe, Societatis Christianorum Iuvenum Opificum Praesidem, quarto ex omnibus nationibus Beryti coacto Coetu.

Nous Nous réjouissons beaucoup de savoir que ces jours prochains des Jocistes venus du monde entier vont se réunir à Beyrouth pour faire le point sur l'action apostolique du mouvement et lui donner un nouveau départ missionnaire.

Après Rome, Rio de Janeiro et Bangkok, votre rencontre libanaise va marquer un temps fort dans votre réflexion fraternelle et préparer un tremplin pour votre apostolat de demain auprès des jeunes travailleurs.

Ceux-ci, à travers maintes différences, constituent cependant une masse compacte, en proie aux mêmes difficultés, habitée par les mêmes espérances, animée d'une même attente, « anxieuse et impatiente », angoissée dans sa recherche d'((une raison de vivre », soucieuse de satisfaire une légitime aspiration à prendre sa place dans la société : d'où cette protestation, Nous le disions à Genève, qui « retentit comme un signal de souffrance et un appel de justice ».[1]

[1] Allocution à l'OIT, le 10 juin 1969.

A ces jeunes de plus en plus méfiants devant les structures et les institutions traditionnelles, la JOC apporte tout d'abord le don gratuit et désintéressé de son amitié fraternelle. Au sein même des petites communautés de vie et de travail que les jeunes travailleurs forment spontanément entre eux, la JOC constitue comme un levain d'Eglise qui soulève les meilleures aspirations des uns et des autres, et les conduit jusqu'à la lumière de l'Evangile, qui leur donne leur ultime signification.

C'est dire que la vocation de la JOC, aujourd'hui comme hier, demeure l'évangélisation des jeunes travailleurs, au sein même de leur vie où Dieu agit, se révèle et sauve. Ces valeurs d'ouverture aux autres, de partage, d'accueil, d'attention, de don de soi, de solidarité fraternelle, de recherche de la justice, la JOC les assume dans toute leur profondeur et fait progressivement découvrir aux jeunes leur dimension divine.

La réflexion chrétienne et l'action éducative de la JOC conduisent ainsi, à partir des besoins et des aspirations légitimes des jeunes travailleurs, à la découverte et à la reconnaissance du « ferment évangélique qui a suscité et suscite dans le cœur humain une exigence incoercible de dignité x>.[2]

L'Evangile se révèle par là même progressivement comme la véritable Bonne Nouvelle, qui libère totalement tous les hommes écrasés par les injustices du monde et le péché des hommes. Et les jeunes travailleurs découvrent émerveillés leur commune dignité de fils de Dieu, du fait de leur régénération dans le Christ, appelés, dans leur diversité même, à rendre témoignage de l'admirable dignité du corps du Christ.[3]

Car la JOC ne constitue pas des groupes fermés, elle suscite des communautés missionnaires : c'est tout un peuple qui se découvre solidaire, dans un même mouvement d'amour pour les autres et pour Dieu, car c'est ((la charité du Christ qui nous appelle tous à participer en fils à la vie du Dieu vivant, Père de tous les hommes ».[4]

Chers fils, c'est une grande œuvre que vous accomplissez ainsi ensemble, c'est un grand peuple que vous rassemblez, car c'est l'œuvre de Dieu, le peuple de Dieu, que vous bâtissez généreusement, enraci-

[2] **Cont. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 26, 4, repris par Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 32.**

[3] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 32.**

[4] **Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 21.**

nés dans la foi, vivant dans l'espérance, et débordants de charité. A travers vous, c'est le mystère du salut qui s'accomplit, c'est l'Eglise qui manifeste son éternelle jeunesse, sans cesse renaissante, et sans cesse renouvelée. Chaque équipe jociste, constituée dans le plein vent de la vie quotidienne, est une véritable cellule d'Eglise, construite sur la Parole de Dieu, et vivifiée par sa vie même, reçue dans les sacrements de la foi, la vie du Christ ressuscité communiquée par l'Eglise, qui est son corps mystique.

C'est ainsi que le Père fait grandir son Royaume dans le cœur de ses fils. Appelés à y travailler, chers Jocistes, sachez qu'en manifestant le Christ, vous vivez par le fait même la vérité authentique de votre condition et de vôtre vocation intégrale, « le Christ étant le principe et le modèle de cette humanité rénovée, pénétrée d'amour fraternel, de sincérité, d'esprit pacifique, à laquelle tout le monde aspire)).[5]

Allez donc de l'avant, hardiment et généreusement, en appellant tous les jeunes travailleurs à constituer avec vous à travers le monde le peuple de Dieu, dans une communauté d'amour vivante et rayonnante. C'est en formant ce vœu que Nous donnons de grand cœur à tous les Jocistes comme à leurs aumôniers notre paternelle Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 19 Septembre 1969.

PAULUS PP. VI

III

Ad **Maiestatem Suam Hassan II, Mauritaniae Regem, nuntio accepto, cum in urbe Rabat principes Mahumedanorum gentium Coetum haberent.**

A la veille de la Conférence qui va réunir à Rabat de nombreux Chefs d'Etat musulmans, Votre Majesté a eu l'attention délicate de Nous envoyer un messager personnel. Nous lui sommes reconnaissant de ce geste déférent et saisissons volontiers cette occasion pour lui manifester Nos sentiments en ce qui concerne notre mission de conciliation et de paix.

Nous tenons à assurer d'abord Votre Majesté que Nous avons pris acte avec joie des assurances de son Envoyé sur les intentions des

[5] **Decr. de aetiv. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 8.**

hautes Personnalités qui vont se réunir autour d'Elle à Eabat. Nous apprécions notamment leur propos de promouvoir des méthodes pacifiques dans le règlement du pénible conflit qui fournit le motif de cette réunion, et de s'inspirer de la croyance en Dieu pour trouver une issue à la situation actuelle dans la justice et dans l'honneur.

Si, en effet, le recours à la violence est partout déplorable, il n'est peut-être pas d'endroit au monde où il fasse plus injure à Dieu que sur cette terre bénie de la Palestine, où se trouvent réunis les souvenirs et les sanctuaires justement chers aux trois grands groupes religieux professant la croyance au Dieu unique et miséricordieux.

Nous pensons donc que les représentants des trois religions monothéistes devraient s'accorder pour reconnaître le caractère unique et sacré des « Lieux-Saints » et de Jérusalem en particulier. Le recours au sentiment religieux, bien loin d'entretenir la division, devrait se manifester comme un principe d'union, qui permette de surmonter également les antagonismes d'ordre politique ou militaire et d'amener à la concorde et à la paix.

Ainsi un épisode aussi déplorable que l'incendie de la Mosquée d'El Aqsa, en contribuant à réveiller les sentiments religieux et en stimulant à tout faire pour sauvegarder le caractère unique et sacré de Jérusalem, pourrait faciliter finalement la recherche d'une solution qui soit à l'honneur de Dieu et des « Lieux-Saints » et qui assure pour tous l'entente et la paix tant désirées.

C'est le vœu que Nous formons devant Dieu et il Nous est agréable de penser que Nos intentions rencontrent en cela celles de Votre Majesté. De tout cœur Nous invoquons sur elle et sur ceux qui vont participer avec Elle à l'importante réunion de Rabat les faveurs du Dieu Tout-Puissant.

Du Vatican, le 21 Septembre 1969.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 21 Maii 1969. — Titulari episcopali Ecclesiae Cosilinae praefecit Exc. P. D. Petrum Antonium Merman, hactenus Episcopum Groningensem.

— Cathedrali Ecclesiae Groningensi R. D. Ioannem Bernardum Möller, sacerdotem archidioecesis Ultraiectensis.

die 23 Maii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Taurominitanae Exc. P. D. Robertum E. Lucey, hactenus Archiepiscopum Sancti Antonii.

— Metropolitanae Ecclesiae Sancti Antonii Exc. P. D. Franciscum I. Furey, hactenus Episcopum S. Didaci.

die 26 Maii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Capritanae Exc. P. D. Timotheum Manning, hactenus Episcopum Fresnensem, quem deputavit Coadiutorem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Mclntyre, Archiepiscopi Angelorum in California.

die 1 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Pittsburgensi Exc. P. D. Vincentium M. Leonard, hactenus Episcopum titularem Arsacalitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turretamallensi R. P. D. Franciscum I. Dunn, Cancellarium archidioecesis Dubuquensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iacobi I. Byrne, Archiepiscopi Dubuquensis.

die 6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Dertosensi R. D. Richardum Caries Gordó, curionem ad Sancti Ferdinandi Regis in archidioecesi Valentina.

die 9 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Bathurstensi in Canada R. P. D. Edgarium Godin, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis Bathurstensis in Canada.

die 10 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Graecensi-Seccoviensi R. D. Ioannem Weber, curionem ad S. Andreae in urbe Graecensi.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Montis Viridis

Exc. P. **D.** Iosephum Schoiswohl, hactenus Episcopum tit. Sullectinum.

die 11 Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Tacaratensi Exc. P. **D.** Geraldum T. Bergan, hactenus Archiepiscopum Omahensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Omahensi Exc. P. D. Danielem E. Sheehan, hactenus Episcopum titularem Capsensem.

die llf Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Antiatinae Exc. P. **D.** Emmanuelem Clarizio, Delegatum Apostolicum in Dicione Canadensi, hactenus Archiepiscopum titularem Claudianopolitanum in Isauria.

die 30 Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Vibonensi Exc. P. D. Andream Bohracher, hactenus Archiepiscopum Salisburgensem.

die 1 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Valentinae Exc. P. D. Iosephum Mariam García Lahiguera, hactenus Episcopum Huelvensem.

die 2 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vicanae R. D. Petrum Chagüé, e Clero archidioecesis Lugdunensis, curionem in oppido vulgo Belleville, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Alexandri Caroli S. R. E. Cardinalis Renard, Archiepiscopi Lugdunensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lesinensi Exc. P. D. Iosephum M. Marling, hactenus Episcopum Civitatis Jeffersoniensis.

——Cathedrali Ecclesiae Civitatis Jeffersoniensi R. P. D. Michaelem F. McAuliffe, e clero dioecesis Kansanopolitanae-Sancti Josephi, parochum in civitate Kansanopolitana.

die 3 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Aemoniensi Exc. P. D. Hugonem Poletti, hactenus Archiepiscopum Spoletanum, quem deputavit Vicem Gerentem Vicariatus Urbis.

die 7 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Absoritanae R. P. D. Carolum Moser, Vicarium Generalem archidioecesis Vindobonensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis König, Archiepiscopi Vindobonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Monasteriensi Exc. P. D. Henricum Tenhumberg, hactenus Episcopum tit. Thuburnicensem.

die 17 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Suacinensi Exc. P. D. Dionysium Moynihan, hactenus Episcopum Kerriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kerriensi R. D. Edmundum Casey, e Clero dioecesis Limericiensis.

die 19 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae

Minorensi Exc. P. D. Carolum I. Alter, hactenus Archiepiscopum Cincinnatensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Cincinnatensi Exc. P. D. Paulum Leibold, hactenus Episcopum Evansvicensem.

die** 22 **Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Pinhelensi Exc. P. D. Thomam K. Gorman, hactenus Episcopum Dallasensem-Arcis Vorthensis.

— Cathedrali Ecclesiae Dallasensi Exc. P. D. Thomam A. Tschoepe, hactenus Episcopum Angelianum.

— Cathedrali Ecclesiae Arcis Vorthensis, noviter erectae, Exc. P. D. Ioannem I. Cassata, hactenus Episcopum titularem Bidensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Didaci Exc. P. D. Leonem I. Maher, hactenus Episcopum Sanctae Rosae in California.

— Cathedrali Ecclesiae Fresnensi Exc. P. D. Hugonem A. Donohoe, hactenus Episcopum Stocktoniensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Suellensi Exc. P. D. Leonem I. Brust, Cancellarium archidioecesis Milwaukiensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Villelmi E. Cousins, Archiepiscopi Milwaukiensis.

die** 25 **Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Pintiensi Exc. P. D. Bernardum T. Espelage, hactenus Episcopum Gallupiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Gallupiensi Exc. P. D. Hieronymum I. Hastrich, hactenus Episcopum titularem Gurzensem.

— Cathedrali Ecclesiae Phoenicensi, noviter erectae, Exc. P. D. Eduardum A. McCarthy, hactenus Episcopum titularem Tamascaniensem.

die k Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Lanelvensi Exc. P. D. Villelmum L. Adrian, hactenus Episcopum Nashvillensem.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Saelesiensi Exc. P. D. Eduardum I. Hunkeler, hactenus Archiepiscopum Kansanopolitanum in Kansas.

— Metropolitanae Ecclesiae Kansanopolitanae in Kansas Exc. P. D. Ignatium I. Strecker, hactenus Episcopum Campifontis-Capitis Girardeaunensis.

die** 11 **Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Rotdonensi Exc. P. D. Villelmum T. McCarty, hactenus Episcopum Rapidopolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Rapidopolitanae Exc. P. D. Haraldum I. Dimmerling, e clero dioecesis S. Clodoaldi, Seminarii eiusdem dioecesis Moderatorem.

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

INSTRUCTIO DE VITA CONTEMPLATIVA ET DE MONIALIUM CLAUSURA

((Venite seorsum in desertum locum » *(Me.* 6, 31). Multi quidem huiusmodi audierunt invitationem et secuti sunt Christum, in solitudinem abeuntes, ut Patrem ibi adorarent.

Quo agebantur Spiritus instinctu,[1] ad instituta ordinanda ducti sunt uni contemplationi dedita, in quibus monasteria monialium praeclarum obtinent locum.

Vigiles maternasque curas Ecclesia semper ei adhibuit, quae ((illustrior portio gregis Christi » a S. Cypriano est appellata,[2] eo praesertim quod eiusdem a saeculi negotiis seiunctionem, pluribus de clausura editis praescriptionibus, est tutata.[3] Concilium quoque Vaticanum II eodem animum intendit ;[4] cuius opus persequi huic Instructioni est propositum, normas definiendo, quibus clausura monialium contemplationi prorsus addictarum in posterum regatur, quibusdam clausurae primariis rationibus antea expensis.

I

Recessus a mundo ad impensiorem in solitudine orationis vitam agendam nihil aliud est quam modus quidam peculiaris vivendi et exprimendi paschale Christi mysterium, quod mors est propter resurrectionem.

[1] **Cfr. Pachomius, *Vies coptes,* Cod. Bo. n. 17 (Lefort, p. 91). Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 38, et *Mt.* 4, 1.**

[2] **Cyprianus, *De habitu virginum* 3, *ML* 4, 455.**

[3] **Iam inde a saec. vi: cfr. Caesarius Arel.,*Reg. ad Virg.* (approb. ab Hormisda Pp.) 1, *ML* 67, 1107; Conc. Epaonen. (a. 517), c. 38, CC ser. Lat. 148 A, p. 34. Cfr. et Bonifatius VIII, Const. *Periculoso* (1298); Concil. Trident., sess. 25, decr. *de Regularibus,* c. 5; *C. I . C.* cc. 597-603; 2342; Pius XII, Const. Apost. *Sponsa Christi;* S. Congr. de Relig., Instructiones *Inter praeclara* et *Inter cetera.***

[4] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 16; «Clausura papalis pro monialibus vitae unice contemplativae firma maneat sed iuxta temporum locorumque condiciones, iisque usibus sublatis qui obsoleti sint, accommodetur, auditis ipsorum monasteriorum votis».**

Quod quidem mysterium in Sacra Scriptura exhibetur ut transitus seu exodus; transitus scilicet eventus historiae Israelis potior est effectus, qui fundamentum est fidei eiusdem[5] vitaeque coniunctioris cum Deo,[6] quemque Ecclesia praefigurationem quandam christianae salutis esse profitetur.[7] Neminem profecto latet, quantum sacra Liturgia et Patrum traditio — ut iam Apostoli ipsique Evangelistae fecerant — biblicis Exodi argumentis usae sint in mysterio christiano intellegendo et enuntiando.[8] Iam in exordio historiae Populi Dei, Abraham invitari perhibetur, ut egrediatur de terra sua et de cognatione sua (cfr. *Gen.* 12, 1), atque Apostolus docet eandem invitationem fuisse initium longi itineris mystici ad patriam, quae non est terrestris.[9]

[s] Cfr. *Decalogus:* «Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me...» *(Ex.* 20, 2-3). Quoad pactum autem Sichimis initum: «Absit a nobis ut relinquamus Dominum et serviamus diis alienis ! Dominus Deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra Aegypti, de domo servitutis, fecitque videntibus nobis signa ingentia, et custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus et in cunctis populis per quos transivimus» *(Ios.* 24, 16-17). Idololatria secus in eo consistit quod dicatur : « Hi sunt dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti» *(Ex.* 32, 4), quo sensu crebro enuntiantur formulae.

[4] Ita in Israelis oratione, ut ex Psalmis colligitur. Etiam sollemnitates liturgicae festa anniversaria eventuum Exodi factae sunt. Pactum seu Testamentum in deserto, cum fieret Exodus, initum est. Inter aerumnas etiam peccatis promeritas, Israel recordabatur mirabilium a Deo peractorum, suamque spem in eis collocabat, quia Deus, qui non mutat, potens est semper eadem mirabilia renovare. Cfr. *Beut.* 20, 1; *Is.* 43, 16-21; 63, 10-14; *Bar.* 2, 11; *Ecl.* 36, 5. Sed per desertum purificans iterum transeundum erit *(Os.* 2, 16-25): tunc tamen non agetur amplius de inimicis populis externis, sed potius de peccatorum mancipatu: vera exodus, cordis conversio est.

[7] Conc. Vat. II, Decl. de Eccl. hab. ad Relig, non-ehrist. *Nostra aetate,* n. 4: « (Ecclesia) confitetur omnes Christifideles Abrahae filios secundum fidem, in eiusdem Patriarchae vocatione includi et salutem Ecclesiae in populi electi exitu de terra servitutis mystice praesignari». Cfr. *1 Cor.* 10, 11: «Haec omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt». Et Irenaeus: «Universa enim quae ex Aegypto profectito fiebat populi a Deo, typus et imago fuit profectionis Ecclesiae quae erat futura ex gentibus » (*Adv. haer.* 4, 30. - *Sources ehret.* 100, p. 784).

[8] Iuxta Novum Testamentum: A) Christus ad effectum deducit novam exodum: *Mt.* 2, 15; 4, 4 (cfr. *Ex.* 16); 4, 7 (cfr. *Ex.* 17); 4, 10 (cfr. *Beut,* 32, 48-53); 5, 21-22ss.; 11, 10 (cfr. *Mal.* 3, 1-2 et *Ex.* 23, 20); 26, 28 (cfr. *Me.* 10, 38; *Ex.* 24, 8; *Hebr.* 9, 18-28). - *Lc.* 9, 31; 12, *50(Me.* 10, 38; cfr. *1 Cor.* 10, 2). - *Io.* 1, 17; 3, 14; 6, 31-33, 49-50, 58; 7, 37-39 (cfr. *Ex.* 17, 1-7); 19, 36. B) Vita christiana quatenus nova exodus: *1 Cor.* 10, 1-11; *2 Cor.* 3, 6-18; *Hebr.* 4, 1-9; 8, 1-13; 9; 12, 18-24; *1 Pt.* 1, 16; 2, 9; *Apoc.* 1, 6; 2, 17; 15, 3; 21, 2-3 (cfr. *Os.* 2, 16-25; *Ex.* 25, 8). Pro testimoniis Patrum et Liturgiae cfr. R. Le Deaut et J. Lecuyer, *Exode,* in Dict. de spirit. 4, 1973-1995.

[9] *Hebr.* 11, 13-16: «Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes et confitentes quia peregrini et hospites

Quod in Antiquo Testamento hoc modo erat praefiguratum, id in Novo Testamento est reapse factum. A Patre exiens et in mundum veniens (cfr. *Io.* 16, 28) ad populum erigendum, « qui ambulabat in tenebris » *(Is.* 9, 2 ; cfr. *Mt.* 4, 16), Verbum Dei eripuit nos de hac potestate tenebrarum (cfr. *Gol.* 1, 13), id est a peccato, et per mortem suam (cfr. *Io.* 13, 1; 16, 28 et *Hebr.* 9, 11-12; 10, 19-20) nos traxit in motum reditus ad Patrem, qui « nos in Christo conresuscitavit et consedere fecit in caelestibus in Christo Iesu » *(Eph.* 2, 6 ; cfr. *Gol.* 2, 12-13; 3, 1), qua in re paschale Christi et Ecclesiae mysterium vere proprieque consistit.

Huiusmodi autem Christi mors veram solitudinis rationem postulat, quemadmodum una cum ipso Apostolo [10] nonnulli Ecclesiae Patres vel Doctores persuasum sibi habuerunt.[11] Hanc enim significationem iidem quibusdam Christi vitae factis tribuerunt, cum eum contemplabantur in solitudinem vel in desertum se recipientem ad pugnandum eum ((principe huius mundi» (cfr. *Mt.* 4, 1; *Io.* 12, 31; 14, 30),[12] praecipue vero ad orandum Patrem suum, cuius voluntati se plane subiciebat.[13] Hoc modo solitudinem Passionis suae praesignificavit,[14] quam veluti novam Exodum Evangelistae nobis proponunt.[15]

Pro Christifidelibus igitur in desertum abire idem est ac sese altius cum Christi Passione coniungere et ratione quadam peculiari paschale

sunt super terram. Qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi; nunc autem meliorem appetunt, id est coelestem ».

[10] *Hebr.* 13, 12-14: «Iesus ... extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ipsius portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus».

[11] «Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me»? *(Mt.* 27, 46). «Vere Crux Christi dicitur eremus, quia a paucis habitatur, et verus eremita Christus Deus a quo crux baiulatur» (Auctor saec. xra ineuntis, in *Arch. d'hist. doet. et litt. du Moyen Age* 31 [1964] 41).

[12] Cfr. Origenes, *In Matth.* 12, 8-9, *CGS* 10, 200.

[13] Cfr. *Mt.* 14, 23 *(Me.* 6, 46); *Me.* 1, 35; *Le.* 5, 16; 6, 12; 9, IS. 28 *(Mt.* 17, 1); 11, 1 ; praesertim *Le.* 22, 41-44: « Et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis; et positis genibus, orabat dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat... Et factus in agonia, prolixius orabat». - Oratio Moysis in monte, seiuncti a pugna quae in planitie fiebat *(Ex.* 17, 8-13), est, iuxta Patres, imago Christi in Cruce, extra portas Ierusalem. Cfr. *Epist. Barnabae* 12, 2-4 (Hemmer 74); Iustinus, *Dial, cum Triph.* 90, 4-5; 91, 3; 97, 1; 111, 1-2; 112, 2; Irenaeus, *Demonstrat.* 46.

[14] Cfr. Hilarius: «Quod vespere solus est, solitudinem suam in tempore passionis ostendit», *In Matth.* 14, 23, *ML* 9, 1001.

[14] Cfr. supra ad n. 8.

mysterium ac Domini transitum ex hoc mundo ad patriam caelestem participare. Hac quippe de causa monasteria fuerunt constituta, quae in ipso christiani mysterii sinu sunt posita.

Fidelis quidem ad sequendum Christum in eius Evangelii salutis praedicatione pariter vocatur, debetque ad terrestris civitatis aedificationem simul conferre, ut quasi fermentum sit, quo haec in Dei familiam transformetur;[16] quo sensu Christifidelis in mundo manere dicitur (cfr. *Io.* 17, 15). Eiusmodi tamen munere totum Ecclesiae mysterium non profertur: Ecclesia enim, quae in servitium Dei et hominum est constituta,[17] eadem etiam, ac quidem potissimum, est redemptorum omnium coadunatio, eorum videlicet, qui per Baptismum aliaque Sacramenta iam ex hoc mundo ad Patrem transierunt.[18] ((Actione fervens» est quidem, simul tamen etiam «contemplationi vacans», ea ratione, ut « quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem ».[19] Licet ergo atque oportet quosdam Christifideles hanc contemplativam Ecclesiae notam peculiariter vivendo exprimere in solitudinem reapse se recipientes, utpote eiusmodi gratia a Spiritu Sancto donatos,[20] ut « in assidua prece et alacri paenitentia soli Deo vacent » *(Perfectae caritatis,* n. 7).[21]

[16] Conc. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 40: «Ecclesia... tamquam fermentum et veluti anima societatis humanae in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae exsistit» (cfr. et n. 8).

[17] In servitium hominum in suis terrestribus muneribus: Conc. Vat. II, Const past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 3 et 40-45; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 12: «Nullam aliam auctoritatem sibi vindicat nisi ut, Deo adiuvante, caritate et fideli servitio hominibus ministret». - Sed praesertim in servitium salutis aeternae: Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 48: «Christus... Corpus suum quod est Ecclesia ut universale salutis sacramentum constituit». Cfr. n. 5.

[15] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 2, 7, etc.

[19] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 2.

[20] Cfr. Conc Vat. II. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. SS: «Diversa autem sunt Spiritus dona: dum alios vocat ut coelestis habitationis desiderio manifestum testimonium reddant illudque in humana familia vividum conservent... ».

[21] Secundum traditionem Patrum, vita contemplativa peculiariter Iesu orationem solitariam vel in monte factam manifestat, quae vitam contemplativam praefigurabat. Cfr. Cassianus: « Secessit tamen solus in monte orare, per hoc scilicet nos instruens suae secessionis exemplo... ut similiter secedamus » *(Coniai.* 10, 6, 4, *ML* 49, 826); Hieronymus: «Et Christum quaeras in solitudine et ores solus in monte cum Iesu» *(Ep. ad Paulinum* 58, 4, 2, *CSEL* 54, 532); Isidorus: «Quod vero in monte orationis studio pernoctabat, vitam contemplationis significabat» *(Différent,* lib. 2, 2, 34, *ML* 83, 91); Ps.

Ceterum perspectum habeatur quendam a mundo recessum quandamque contemplationem inveniri necesse esse in qualibet christianae vitae forma, quemadmodum Concilium Vaticanum II, quod attinet ad presbyteros et religiosos apostolicis operibus deditos, asseruit.[22] Re quidem vera etiam extra monasteria non desunt, qui, Spiritus Sancti gratia operante, ad contemplationem evehantur, sed hoc de quolibet Christifideli dici potest eadem ratione, qua cuivis Christi discípulo (cfr. *Lc.* 14, 25-27 et 33) aliqua a rebus huius mundi seiunctio necessaria est, quamvis eandem formam in desertum secedendi non sequatur. Monachi tamen et moniales in claustra se recipiendo perfectius magisque typice elementum primarium cuiusvis vitae christianae ad usum deducunt: «Reliquum est, ut ... et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi» *(1 Cor.* 7, 29, 31).[23]

Hieronymus: « Quando orabat, ostendit theoricam vitam; quando sedebat, ostendit actualem vitam ... Exivit in monte orare et exivit ad turbas, ostendit theoricam et actualem in unum» *(ML* 30, 571); Valafridus Strabo :«Quando ascendebat in montem, significabat theorica, id est contemplativa » *{Expos, in IV Evang., ML* 114, 872); Paschasius Radbertus : « Ut soli Deo in theoria, id est in monte vacemus» *(Expos, in Matth., ML* 120, 522); Guillelmus Abbas S. Theodorici: « (Vita solitaria) ab ipso Domino familiarissime celebrata, ab eius discipulis ipso praesente concupita: cuius transfigurationis gloriam cum vidissent qui cum eo in monte sancto erant, continuo Petrus... optimum sibi iudicavit in hoc semper esse» *(Ad fratres de Monte Dei,* I, 1, *ML* 184, 310); Amadeus Lausannensis: «Statuens nobis speculam in monte cum Moyse et Elia, quatenus quod quaerimus revelata facie contemplari possimus » *(Horn.* 3; Ed. Bavaud, *Sources ehret,* 72, 90-92); Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46: « Sollicite attendant religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies, sive fidelibus, sive infidelibus, melius commonstret, vel in monte contemplantem, ... semper autem voluntati Patris qui eum misit oboedientem».

Exodi argumenta monasticae vitae pariter accommodata sunt a S. Ioanne Climaco pro Oriente *(Scala Paradisi,* gr. 1, *MO* 88, 632-644) et inde a S. Ambrosio pro Occidente *(Ep.* 27, 1-3, et 28, 1. 8, *ML* 16, 1047, 1051, 1053). Cfr. et Hieronymus ad Eustochium: «Moysen sequaris in eremo et terram repromissionis introeas» *(Ep.* 22, 24, *ML* 22, 410, *CSEL* 54, 177).

[22] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 41: « (Presbyteri) nedum apostolicis curis, periculis et aerumnis impediantur, per ea potius ad altiorem sanctitatem ascendant, ex abundantia contemplationis actionem suam nutriendo et fovendo » ; Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 5: « Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico... coniungant oportet».

[23] Locus affertur in Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 42. Cfr. ibid., n. 44: «Cum enim Populus Dei hic manentem civitatem non habeat, sed futuram inquirat...»; n. 6 : « Dum vero his in terris Ecclesia peregrinatur a Domino, tamquam exsulem se habet...».

II

Ad ea, quae in paschali Christi mysterio, prout ab Ecclesia participatur, innituntur, argumentum addatur oportet momenti recollectionis et quietis ad occursum cum Deo in oratione tutiorem facilioremque reddendum.[24] Vitae ratio hominum contemplationi prorsus deditorum, cum eo contendat, ut cuncta removeantur, quae animum aliquomodo possint dividere, facultatem tribuere nititur attingendi plenitudinem personae, unitatis nota insignis, se Deo, quem inquirit, melius dicandi,[25] perfectius Deo vacandi.

Illa vero Dei inquisitio, ex qua omnibus quae possidet homo renuntiare debet (cf. *Luc.* 14, 33), divinarum Scripturarum lectione et meditatione (cfr. *Perfectae caritatis,* n. 6) quam maxime exercetur. Ideoque orationem comitari debet Sacrae Scripturae lectio « ut fiat colloquium inter Deum et hominem; nam "illum alloquimur, cum oramus ; illum audimus, cum divina legimus oracula ")) (cfr. Const. *Dei Verbum,* n. 25 ; Ambrosius, *De officiis ministrorum,* I, 20, 88 : *ML* 16, 50).

Studio vero Sacrae Scripturae, quae est «veluti speculum ... in quo Ecclesia in terris peregrinans contemplatur Deum, a quo omnia accipit)) *(Dei Verbum,* n. 7). unusquisque « ex dilectione Dei, inardescit ad eius pulchritudinem conspiciendam » (S. Thom. Aqu., II,-II, Q. 180, art. 1, in corpore).

[24] Cfr. *Os.* 2, 16: «Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius». - Augustinus: «Difficile est in turba videre Christum: solitudo quaedam necessaria est menti nostrae; quadam solitudine intentionis videtur Deus. Turba strepitum habet; visio ista secretum desiderat » *(In Io. Tract.* 17, 5, *ML* 35, 1533) ; Guigo Cart. : « Qui et imminentis iam tempore passionis apostolos reliquit solus exoraturus, isto vel maxime insinuans exemplo quantum solitudo prosit orationi, quando comitibus, licet apostolis, non vult mixtus orare» *(Consuetudines,* 80, 10, *ML* 153, 758). Juan de la Cruz: «[Para la oración] es bueno lugar solitario, y aun áspero, para que el espíritu sólida y derechamente suba a Dios, no impedido ni detenido en las cosas visibles... Por lo cual nuestra Salvador escogía lugares solitarios para orar y aquellos que no ocupasen mucho los sentidos (para dar nos ejemplo), sino que levantasen el alma, como eran los montes que se levantaban de la tierra » *(Subida* III, 39, 2; cf. *Cántico* B, 35, 1).

[25] Cfr. Paulus VI, AU. d. 24 oct. 1964: «San Benedetto ritorni per aiutarci a ricuperare la vita personale, di cui oggi abbiamo brama e affanno, e che lo sviluppo della vita moderna, a cui si deve il desiderio esasperato dell'essere noi stessi, soffoca mentre lo risveglia, delude mentre lo fa cosciente... L'eccitazione, il frastuono, la febbrilità, l'esteriorità, la moltitudine minacciano l'interiorità dell'uomo; gli manca il silenzio con la sua genuina parola interiore, gli manca l'ordine, gli manca la preghiera, gli manea la pace, gli manca se stesso» *(A. A. 8.* 56 [1964], p. 987).

Ita dilectio et contemplatio sibi mutuo opitulantur. « Amor quippe Dei ipse intellectus eius est : qui non nisi amatus intelligitur, nec nisi intellectus amatur, et utique tantum intelligitur quantum amatur, tantumque amatur quantum intelligitur » (Guillelmus Abbas S. Theodorici, *Expositio in Gant.,* c. I : *ML* 180, 499, C).

Sic in silentio et solitudine « viris strenuis tam redire in se licet quam libet et habitare secum, virtutumque germina instanter excolere atque de paradisi feliciter fructibus vesci. Hic oculus ille conquiritur, cuius sereno intuitu vulneratur sponsus amore, quo mundo et puro conspicitur Deus. Hic otium celebratur negotiosum et in quieta pausatur actione. Hic pro certaminis labore repensât Deus athletis suis mercedem optatam, pacem videlicet quam mundus ignorat et gaudium in Spiritu Sancto ... Haec est pars illa optima quam Maria elegit, quae non auferetur ».[26]

III

Non tamen monachi et moniales, eo quod a ceteris hominibus seiuncti sunt, quasi seclusi et abscissi esse a mundo et Ecclesia sunt putandi ; quibus, contra, « profundiore modo in visceribus Christi))[27] praesentes adsunt, quandoquidem omnes unum in Christo sumus (cfr. *1 Cor.* 10, 17; *Io.* 17, 20-22).[28]

[21] Bruno, *Ad Radulphum 6 (Sources ehret.* 88, pp. 70-72).

[27] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46. - Cfr. Evagrius: « Monachus est qui ab omnibus est seiunctus et cum omnibus coniunctus » (*De oratione* 124, text. gaii. ap. I. Hausherr, *Les leçons d'un contemplatif,* p. 158); Petrus Damianus: «Licet remoti procul ab Ecclesia videamur per solitudinem corporum, in ea tamen praesentissima semper assistimus per unitatis inviolabile sacramentum » *(Opuse. XI, L. qui appellatur Dominus vobiscum,* 10, *ML* 145, 289). Teresa de Jesús: «Oh hermanas mías en Christo! ayudadme a suplicar esto al Señor, que para esto os juntó aquí [orar por la paz de las naciones y las necesidades de la Iglesia] ! éste es vuestro llamamiento; éstos han de ser vuestros negocios, éstos han de ser vuestros deseos; aquí vuestras lágrimas; éstas vuestras peticiones...» *(Camino* 1, 5).

[28] Cfr. Petrus Damianus: «Si ergo credentes in Christo unum sunt, ubicumque videatur esse per corporalem speciem membrum, ibi etiam per sacramenti mysterium totum est corpus... Si ergo omnes unum Christi corpus sumus, et licet per corporalem speciem videamur abiungi, spiritu tamen ab invicem separari non possumus, qui in eo manemus» *(Opuse. XI, L. gui appellatur Dominus vobiscum,* 6, *ML* 145, 286-23S); Paulus Pp. VI: «Non siete separate dalla grande comunione della famiglia di Cristo, siete specializzate; e la vostra specialità è oggi, non meno di ieri, provvida e edificante per tutta la Chiesa, anzi per tutta la società » (Ali. ad sacrarum virginum Benedictinarum Antistitas, 28-X-1966, *A. A. S.* 58 [1966], pp. 1159-1160).

Praetermisso munere, a maioribus recepto, monasteriorum, quod ad civilem et socialem pertinet cultum, firmissimis testimoniis constat, quanto amore homines uni contemplationi dediti anxietates et dolores omnium hominum suis in cordibus gerant.

Ceterum desertum vel mons seductus fuerunt loca, in quibus Deus hominibus abscondita revelavit (cfr. *Gn.* 32, 25-31 ; *Ew.* 3 ; 24, 1-8 ; 34, 5-9; *1 Bg.* 19, 8-13; *Lc.* 2, 7-9; *Mt.* 17, 1-8). Loca scilicet sunt, ubi caelum et terra quasi inter se occurrunt, ubi, per Christi praesentiam, mundus e terra arida iterum efficitur paradisus (cfr. *Me.* 1, 13).[29] Quomodo ergo ab hominum finibus secludantur, si ipsi suam assequuntur plenitudinem?

Quodsi ergo homines contemplativi quasi in corde sunt mundi, multo magis in corde sunt Ecclesiae.[30] Eorum precatio, praesertim Sacrificii Christi in Eucharistia participatio et Officii divini celebratio, muneris est praecellentissimi exsecutio illius orantium communitatis, quae est Ecclesia, Dei nempe glorificatio. Precatio illa cultus est, quo Patri per Filium in Spiritu Sancto redditur ((eximium sacrificium laudis » ;[31] quo quidem ii, qui huic se dedunt, inducuntur in mysterium ineffabilis illius colloquii, quod Christus Dominus continenter habet cum Patre caelesti et in sinu Patris infinitam dilectionem suam ei profert. Est denique precatio, quo, quasi ad culmen, universa

[29] Cfr. *Is.* 11, 6-9: contra *Cen.* 9, 2. - Quoad claustrum-paradisum, cfr. Hieronymus: «Habeto cellulam pro paradiso, varia Scripturarum poma decerpe» *(Ep. 125 ad Rusticum* 7, *ML* 22, 1075; *CSEL* 56, 125); Anselmus, *Ep. 3* 102, *ML* 159, 140; Petrus Damianus, *Ep. 6, S, ML* 144, 374; Willelmus Malmesburiensis, *De gestis Pont. Angliae* 4, *ML* 179, 1612-1613; Bernardus, *Sermo de diver.* 42, 4, *ML* 183, 663; Guillelmus Abbas S. Theodorici, *De natura et dignitate amoris* 25, *ML* 184, 396; Petrus uellensis, *Ep. 75, ML* 202, 522. Cfr. J. Leclerq, *La vie parfaite,* Turnhout 1948; G. M. Colombás, *Paraíso y vida angélica,* Montserrat 1958.

[80] Cfr. Paulus VI : « Vogliamo che queste isole di nascondimento, di penitenza e di meditazione sappiano... che esse non sono né dimenticate, né staccate dalla comunione della Chiesa di Dio, che anzi ne costituiscono il cuore, ne alimentano la ricchezza spirituale, ne sublimano la preghiera, ne sostengono la carità, ne condividono le sofferenze, le fatiche, l'apostolato, le speranze, ne accrescono i meriti» (Ali. d. 2-2-1966, *Insegnamenti di Paolo VI,* VI [1966], p. 56).

[31] Conc Vat. II, Decr. de accom. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 7. Juan de la Cruz : « Es más precioso delante de El y del alma un poquito de este amor puro y más provecho hace a la Iglesia... que todas esas obras juntas. Que por eso María Magdalena... se escondió en el desierto 30 años para entregarse de veras e este amor ... por lo mucho que aprovecha e importa a la Iglesia un poquito de este amor... Al fin, para este fin de amor fuimos criados» *(Cántico* B, 28, 2-3).

actio Ecclesiae tendit.[32] Sic intimam Ecclesiae vitam manifestantes contemplativi ad illius praesentiae plenitudinem requiruntur.[33]

Praeterea eiusdem Ecclesiae gradum vitae spiritualis adaugent, cum totum Corpus Mysticum fervore caritatis suae vivificent, omne genus incepta apostolica excitando quae nihil sunt sine caritate (cfr. *1 Cor.* 13, 1-3). ((In corde Ecclesiae, matris meae, ego Amor ero»: ita exclamavit illa, quae quamquam numquam monasterii sui saepta est transgressa, tamen a Pio Pp. XI Missionum omnium fuit renuntiata Patrona.[34] Nonne Deus per caritatem suam, quae oblatione Filii, usque ad mortem in Cruce ducta, manifestata est, homines a peccatis liberavit? Cum quis ergo in hoc summi amoris Dei et hominum paschale mysterium (cfr. *Io.* 13, 1; 15, 13) penetrat, salutiferum opus Christi Passionis, omnis apostolatus principium, necessario participat.[35]

Religiosi denique in una versantes contemplatione per orationem suam missionale opus Ecclesiae adiuvant, « cum sit Deus qui rogatus mittit operarios in messem suam, animos non-christianorum ad audiendum Evangelium aperit et verbum salutis in eorum cordibus fecundat ».[36]

[32] Cfr. Conc. Vat. II, Constitutio de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 10: «Dei glorificatio, ad quam, uti ad finem, omnia alia Ecclesiae opera contendunt»; cfr. et Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 76; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 2.

[33] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 18: «Cum enim Tita contemplativa ad plenitudinem praesentiae Ecclesiae pertineat, ubique instauretur». Cfr. Ioannes XXIII: «La vie contemplative!... Elle constitue une des structures fondamentales de la Sainte Eglise, elle a été présente à toutes les phases de son histoire bimillénaire » (Ail. ad Cisterc. strict, obs. 20-X-1960, *A. A. S.* 52 [1960], p. 896).

[34] «La Charité me donna la clef de ma vocation. Je compris que si l'Eglise avait un corps, composé de différents membres, le plus nécessaire, le plus noble de tous ne lui manquait pas, je compris que l'Eglise avait un Cœur et ce Cœur était brûlant d'Amour. Je compris que l'Amour seul faisait agir les membres de l'Eglise, que si l'Amour venait à s'éteindre, les Apôtres n'annonceraient plus l'Evangile, les Martyrs refuseraient de verser leur sang... Oui j'ai trouvé ma place dans l'Eglise... dans le Cœur de l'Eglise, ma Mère, je serai l'Amour» *(Manuscrits autobiographiques,* ms B, Lisieux 1957, p. 229).

[35] Cfr. Ioannes XXIII: «Apostolatus enim, qui vere proprieque dicitur, in eo positus est, ut quis salutiferum opus Christi participet, quod fieri nequit nisi precandi seseque devovendi studio; siquidem Salvator praecipue preces ad Patrem fundendo seseque immolando genus humanum noxiis vinctum et oppressum redemit. Unde fit, ut qui intimam hanc rationem salvifici muneris Christi sequi conetur, etiamsi externa abstineat actione, praecellenti tamen ratione apostolatum exercet» (Ep. *Causa praeclara,* lfcVII-1962, *A. A. S.* 54 [1962], p. 568).

[36] Conc. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 40. Cfr Const. *Umbratilem (A. A. S.* 16 [1924], p. 389), et Decr. S. R. C. super *tuto* pro canoniz.

In solitudine, ubi orationi vacant, iidem fratrum suorum nequaquam obliviscuntur. Si a crebro eorum commercio se amoverunt, hoc non fecerunt ad quietem, sui commodi causa, exquirendam, sed ad illorum labores, cruciatus, spes universaliore modo participanda.[37]

IV

Tantum igitur est vitae contemplativae mysterium, cuius praeclarus in oeconomia salutis locus ex iis, quae supra dicta sunt, elucet, quodque titulo omni ex parte peculiari apud moniales in claustris degentes viget. Hae enim feminae, natura sua, mysterium Ecclesiae, «Sponsae Immaculatae Agni Immaculati)),[38] significantius repraesentant, atque, sedentes secus pedes Domini ad audiendum verbum illius (cfr. Lc. 10, 39) in silentio et recessu, quae sursum sunt sapiunt

b. Teresiae Margaritae Redi, 18-II-Ì934: « ... supremo cordis martyrio anima vere cum Christo confixa cruci, sibi ceterisque uberiores redemptionis fructus acquirit. Porro hae sunt purissimae atque altissimae in Ecclesia animae, quae patiendo, amando atque orando, tacito apostolatu omnibus prae primis prosunt» *(A. A. S.* 26 [1934], p. 106).

[37] Cfr. Paulus VI: «Questa reclusione materiale, esteriore, sociale, vi separa dalla Chiesa? Io vengo a dirvi: guardate che la Chiesa pensa a voi, non siete dimenticate, e quindi la separazione che sarebbe la più grave (quella spirituale) non esiste. Perché? perché siete oggetto di una particolare attenzione, d'un ricordo, vogliamo dire di più? La Chiesa guarda voi, che vi siete date a questo genere di vita per essere a continuo colloquio col Signore, per essere idonee a capire di più la sua voce, a esprimere questa nostra povera voce umana con maggior purezza e con maggior intensità: avete fatto di questo rapporto fra cielo e terra l'unico programma della vostra vita. Voi contemplative Vi siete dedicate a questo assorbimento di Dio sopra la vostra anima. Ebbene, la Chiesa vede in voi l'espressione la più alta di se stessa: voi siete, in una certa maniera, al vertice» (Ali. ad moniales Camaldulenses Aventini, 23-11-1966, in *Vita monastica,* n. 85, p. 68); «Non solo un posto vi è concesso nella Chiesa cattolica, ma una funzione, come dice il Concilio; non siete separate dalla grande comunione della famiglia di Cristo, siete specializzate...» (Ali. ad virginum Benedictinarum Antistitas, 28-X-1966, *A. A. S.* 58 [1966], pp. 1159-1160). Et Concilium Vat. II alte asseruit: «Nec quisquam aestimet religiosos consecratione sua aut ab hominibus alienos aut inutiles in civitate terrestri fieri. Nam etsi quandoque coaetaneis suis non directe adsistunt, profundiore tamen modo eos in visceribus Christi praesentes habent atque eum eis spiritualiter cooperantur, ut aedificatio terrenae civitatis semper in Domino fundetur ad ipsumque dirigatur, ne forte in vanum laboraverint qui aedificant eam» (Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46). Teresa de Jesús: «Persuade a las Hermanas a que se ocupen siempre en suplicar a Dios favorezca a los que trabajan por la Iglesia » *(Camino,* título del c. 3). « Si en esto podemos algo con Dios, estando encerradas, peleamos por El... Y cuando vuestras oraciones y deseos y disciplinas y ayunos no se emplearen por esto que he dicho, pensad que no hacéis ni cumplís el fin para que aquí os juntó el Señor» (ibid., nn. 5.10).

[38] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 6.

et quaerunt, ubi vita earum est abscondita cum Christo in Deo, donec cum Sponso suo appareant in gloria.[39] Mulieris est verbum excipere potius quam ad extremos terrae fines perferre, quamvis etiam ad hoc possit, felici cum exitu, vocari; illius videlicet est verbum intra se pernoscere et fructuosum reddere ratione quadam vivida, dilucida ipsique propria. Plenam etiam maturitatem adepta, mulier magis persentit id quo alius indiget eiusque necessitates experitur; apertius Ecclesiae erga Sponsum suum fidelitatem[40] exprimit ac simul altiore quodam praedita est sensu fecunditatis vitae contemplativae. Hac de causa Ecclesia — ut eius testatur Liturgia[41] — peculiari quadam ratione virginem christianam semper respexit. Divinam aemulationem circa eam significans,[42] eadem Ecclesia ipsius a mundi seiunctionem monasteriorumque clausuram maiore cum sollicitudine est tutata.[43]

Fieri non potest quin hic de Beata Maria Virgine commemoretur, quae Verbum Dei in semetipsa suscepit, ((fide plena, et Christum prius mente quam ventre)) concipiens,[44] hortus conclusus, fons signatus, porta clausa (cfr. *Gant.* 4, 12; *Ez.* 44, 1-2), « in fide et caritate typus et exemplar spectatissimum » Ecclesiae exstat.[45] Virgo sanctissima praeclarum vitae contemplativae est exemplum, iureque e venerabili quadam traditione, sive in Oriente sive in Occidente, ad ipsam haec verba Evangelii in sacra Liturgia accommodantur : <(Maria optimam partem elegit » (Lc. 10, 38-42).[46]

[39] Ibid.

[40] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 6: «Ecclesia... quam (Christus) sibi foedere indissolubili sociavit... et quam mundatam sibi voluit coniunctam et in dilectione ac fidelitate subditam».

[41] Liturgia occidentalis solum sanctis feminis imagines nuptiales accommodât et applicat, earum commostrans sanctitatem veluti effusionem earum nuptiarum spiritualium quas cum suo Sponso et Domino inierunt. E contra numquam pro illis — ut pro viris facit — argumentis utitur novi hominis vel aliis rationem communicandi cum Christo Sacerdote, Pontifice, Propheta significantibus. Item, inde a saec. iv, feminarum religiosa professio caeremonia habetur specialis, ab ea quae a monachis peragitur distincta: *velatio virginalis,* enim, quae translata esse putanda est a *velatione* coniugali puellarum, quae ad nuptias transibant, formam praebet cuiusdam matrimonii.

[42] Cfr. *Beut.* 4, 24; *2 Cor.* 11, 2: «Aemulor enim vos Dei aemulatione; despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo».

[43] Cfr. locos n. 3 allatos.

[44] Cfr. Augustinus, *Serm. 215,* 4, *ML* 38, 1074.

[45] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 53.

[46] Huiusmodi pericopa evangelica ut textus evangelii pro quibusdam sollemnitatibus B. Mariae Virginis adhibetur inde a saec. vi, v. g. pro festo Dormitionis vel Assumptionis, sive in Oriente, sive in Occidente (cfr. B. Capelle, *La fête de l'Assomption dans l'histoire liturgique,* in *Ephemer, theol. Lovan.* 3 [1926], pp. 33-45).

V

In hoc vitae contemplativae mysterio etiam aliud extollendum occurrit, scilicet momentum signi ac testimonii, quo contemplativi, a Deo orationi specialiter deputati, quovis « ministerio verbi))[47] non privantur, licet de directae praedicationis ministerio non agatur.

In hominum consortione, quae nunc est et quae tam facile Deum respuit et negat, virorum et mulierum vita divinis contemplandis rebus dedita eius exsistentiam et praesentiam aperte profitetur, quandoquidem eadem necessitudinem illam amicalem cum Deo requirit, quae « testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei » ***(Rom.* 8,** 16). Qui ergo ita vivunt, illos confirmare possunt, qui fide temptantur quique per errorem in discrimen queunt adducere quamlibet facultatem homini oblatam colloquium cum Deo ineffabili habendi.[48]

Quo mirabili cum Deo colloquio, in silentio et solitudine, viri et mulieres, contemplationi et exercitationi caritatis ceterarumque christianarum virtutum prorsus dediti, mortem Domini annuntiant, donec veniat. Hanc quidem etiam eo magis annuntiant, quod tota eorum vita, propter inquisitionem Dei solam prorsus ac totam, nihil aliud est quam iter ad caelestem Ierusalem et anticipatio Ecclesiae eschatologicae in possidendo et contemplando Deo defixae. Attamen non solum metam attingendam, id est vitam venturi saeculi, homines contemplativi mundo praedicant, sed etiam viam, quae eo ducit, demonstrant. Si spiritus beatitudinum, qui sequelam Christi vivificat, quamlibet vitae christianae formam debet animare,[49] contemplativorum vita testatur hoc ad usum deduci posse iam in hac terrestri vita. Quod quidem testimonium etiam vehementius homines nostrae aetatis afilciet, quod testimonium collectivum, seu potius sociale, erit. Non enim homines, qui nunc sunt, testimonium trahit singulare, sed testimonium alicuius communitatis, a vita, quae communiter agitur, profectum, immo testimonium alicuius societatis constitutae, quae continuitate et vigore suo vim principiorum, quibus innititur, comprobat. Huiusmodi sane est testimonium communitatis contemplativae,

" Cfr. *Act.* 6, 2.4: «Non est aequum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis... Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus».

**** Cfr. Message des moines contemplatifs primae Episcoporum Synodo, *L'Osservatore Romano,* 12-X-1967.**

" Cfr. Conc. Vat. II, Const past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 72.

quam Paulus Pp. VI in Monte Casino adumbravit, de « societate parva et perfecti exempli » locutus, « in qua amor, oboedientia, innocentia, libertas a rebus creatis et ars iis recte utendi vigent, ubi spiritus praeponderat, ut paucis dicamus, ubi pax et Evangelium dominantur ».[50]

VI

Facile tamen intellegitur certam ac definitam vitae claustralis obligationem, qua quis se devinciat, non oriri licere et inveniri quodam fervore, cito transeunte, sed provenire deberé e firma et stabili maturitate, qua quis socialibus quibusdam bonis, quamvis maximi habeantur et fiant, renuntiare valeat, ut plena libertate spirituali eligat vitae formam, ex qua Christo tantum et rebus, quae sursum sunt, in vitae usu adhaereat. Hac de causa diuturno diligentique studio probandae sunt vocationes, quae monasteriis monialium offeruntur, ad ea recte discernenda, quibus moveantur, ut opportune illae arceantur, quae, fortasse inscie, rationibus non ita supernaturalibus atque claris ducantur, quae plenam progressionem spiritualem et humanam possint praepedire.[51] Cautiones utiles, quae singulorum Institutorum iure constitutae sunt, non solum ante postulantium in monasterium ingressum erunt perpendendae, sed etiam, antequam sodales votis perpetuis obstringantur, considerandae.

Quae in hac Instructione sunt exposita, ad cuncta Instituta pertinent, quae contemplationi omni ex parte sunt dedita. Quaelibet tamen familia religiosa notam sibi propriam suamque indolem habet, saepe a Fundatore praefinitas, quae fideliter erunt servandae. Neque negatur novas vitae contemplativae formas Spiritus Sancti instinctu in Ecclesia posse oriri.

Quo quidem legitime ea agnoscuntur, quibus Instituta, quasi mira quadam varietate, inter se differunt, varietate videlicet, quae praecipue ex momento pendet, quod cuiusvis unius orationi tribuitur aut precationi liturgicae, quod vitae communiter agendae datur vel vitae eremi-

[50] « Una piccola società ideale, dove finalmente regna l'amore, l'obbedienza, l'innocenza, la libertà dalle cose e l'arte di bene usarle, la prevalenza dello spirito, la pace, in una parola, il Vangelo» *(A. A. S.* 56 [1964], p< 987). , . • . .

[51] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46: « Omnes tandem perspectum habeant, consiliorum evangelicorum professionem,, quamvis renuntiationem secumferat bonorum quae indubie magni aestimanda veniunt, tamen personae humanae vero profectui non obstare, sed natura sua ei summopere prodesse». Cfr. et Decr. de accomm. renové vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 12.

ticae elementis, quae compagi monastici Instituti facilius inseruntur. Hoc sine dubio vim habet etiam ad rationem, qua singula Instituta materialem a mundo per clausuram seiunctionem intellegunt atque efficiunt.

VII

Dum igitur Concilii Oecumenici Vaticani II confirmantur praescripta de clausura servanda et accommodanda, quippe quae vitae contemplativae sit probatissimum subsidium, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus has normas, a Paulo Pp. VI die 12 mensis Iulii 1969 probatas, pro monasteriis monialium contemplationi prorsus addictarum edere curae habuit.

NORMAE DE CLAUSURA PAPALI MONIALIUM

((Clausura papalis monasteriorum consideranda est tanquam institutum asceticum quod cum monialium peculiari vocatione singulariter cohaeret, quippe quae signum, protectio et peculiaris forma exstet earum secessus a mundo » (Litt. Ap. m. p. dat. *Ecclesiae sanctae,* II, n. 30).

1 - Clausura, quae monialibus vitae unice contemplativae reservatur *(Perfectae caritatis,* n. 16), ideo papalis dicitur quia normae, quibus regitur, apostolica auctoritate sanciri debent, licet agatur de normis iure particulari statutis vel statuendis, quibus propria Institutorum indoles apte exprimitur.

2 - Lege clausurae papalis afficitur tota domus quam moniales' inhabitant, cum hortis et viridariis accessui monialium reservatis.

3 - Saepta monasterii legi clausurae obnoxia ita constituantur ut materialem separationem efficiant (Litt. Ap. m. p. dat. *Ecclesiae sanctae,* II, n. 31), quae scilicet ingressus et egressus impediat (v. g. muro, sive alio efficaci modo, veluti tabulis ligneis, ferreo reti, densa firmaque saepe). Ingressus vero et egressus fiant per portas quae clavibus obserantur.

4 - Modus huius efficacis separationis, praesertim quoad chorum et collocutorium, definiatur in Constitutionibus et in codicibus addititiis, attenta diversitate sive traditionum singulorum Institutorum,

sive temporum locorumque condicionum (v. g. cratibus, cancellis, stabili mensa, etc.) ; ad normam vero articuli 1, praedictus separationis modus praeviae approbationi S. Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus proponatur.

o - Vi legis clausurae moniales, novitiae et postulantes intra monasterii saepta clausura circumscripta vivere debent, neque ex iis egredi licet, exceptis casibus de quibus iure cautum est (cfr. art. 7).

6 - Item lex clausurae vetat ne intra saepta monasterii clausurae obnoxia, ullus cuiusvis condicionis, sexus et aetatis ingrediatur, exceptis casibus de quibus iure cautum est (cfr. art. 8 et 9).

7 - Praeter indulta particularia Sanctae Sedis, egressus e clausura iis, de quibus in art. 5, permittitur :

a) in casu gravissimi et imminentis periculi;

b) ex licentia Antistitae cum consensu saltem habituali Ordinarii loci et, si habeatur, Superioris regularis :

1. ad medicos adeundos vel salutem curandam dummodo fiat in proprio commorationis loco vel in vicinia;

2. ad comitandam, si vera necessitas id postulet, monialem infirmam ;

3. ad opus manuale faciendum vel necessariam vigilantiam exercendam in locis extra clausuram sed intra saepta monasterii sitis ;

4. ad iura civilia exercenda;

5. ad actus administrationis faciendos, qui aliter fieri non possint.

Praeter casus saluti consulendi, si absentia a clausura ultra hebdomadam protrahi debeat, Antistita praevium consensum Ordinarii loci et, si habeatur, Superioris regularis obtinere debet.

c) Extra casus sub littera ö) descriptos, Antistita licentiam Ordinarii loci et, si habeatur, Superioris regularis petere debet, quae nonnisi vere gravi de causa necnon ad tempus vere necessarium concedi potest;

d) Egressus omnes ad normam ***a), b),*** et c) huius articuli concessi protrahi non possunt ultra tres menses sine licentia Sanctae Sedis.

8 - Praeter indulta particularia Sanctae Sedis, ingressus in clausuram permittitur :

a) S. R. E. Cardinalibus, qui aliquot comites sibi assumere possunt; Nuntiis et Delegatis Apostolicis in locis propriae iurisdictionis;

b) iis, qui supremum actu tenent populorum principatum, eorumque uxoribus cum comitatu ;

c) Ordinario loci et Superiori regulari, iusta de causa;

d) Visitatoribus canonicis in actu visitationis, dumtaxat inspectionis causa, quos tamen socius comitari debet ;

e) Sacerdoti, una cum ministris, ad sacramenta infirmis administranda, vel ad funera exsequenda. Ingressus permittitur etiam sacerdoti ad assistendum eis quae diuturno vel gravi morbo laborant;

/) item sacerdoti, una cum ministris, ad processiones liturgicas celebrandas, si requiratur ab Antistita;

g) ex licentia Antistitae, sub vigilantia Ordinarii loci et, si habeatur, Superioris regularis, medicis ceterisque, quorum opera vel industria necessaria est ad providendum utilitatibus monasterii ;

h) sororibus externo servitio monasterii addictis, iuxta propria statuta.

9 - Ius particulare ad normam art. 1 a Sancta Sede probatum, potest iuxta spiritum et indolem singulorum Institutorum sive severiores normas clausurae statuere sive de aliis casibus legitimi ingressus et egressus sancire, quibus monasteriorum necessitatibus vel monialium bono prospiciatur.

10 - Usus radiophonii et televisionis, in monasteriis monialium vitae unice contemplativae nonnisi in peculiaribus rerum adiunctis indolem religiosam habentibus permitti potest.

11 - Oportet ut diaria, commentarii periodici et cetera subsidia communicationis neque numero nimia sint, neque indistincte admittantur (cfr. *Inter mirifica,* n. 4). Etenim per illa subsidia spiritus huius mundi etiam optimas communitates pervadere et perturbare potest.

12 - Sessiones seu coetus cuiuscumque generis, quae cum vita claustrali vix, vel ne vix quidem, componi possunt, prudenter vitentur. Si tamen praesentes rerum condiciones id suadere videantur, tunc cum debita licentia, poterit quandoque permitti monialibus ut illis coetibus intersint, qui vere vitam claustralem fovent, dummodo ne huiusmodi egressus e claustro nimis crebro fieri contingat. Meminerint Superiores puritatem et fervorem vitae claustralis e stricta observantia legum clausurae multum pendere. Ideo exitus e saeptis monasterii exceptio maneat.

13 - Lex clausurae obligationem gravem conscientiae secumfert, sive pro monialibus sive pro extraneis.

14 - In visitatione canonica Visitator materialem clausuram inspicere debet; Antistita vero debet de normarum clausurae observantia eidem rationem reddere necnon librum ubi fideliter egressus et ingressus adnotantur, inspectioni subicere.

15 - Ecclesia, cum vitam contemplativam claustralem magni faciat, valde laudat moniales quae, in modo aptandi clausuram huic vitae contemplativae magis consentaneo, secessum a mundo sanctissime servant (cfr. *Perfectae caritatis,* n. 7) ; eos vero qui ius et officium habent invigilandi custodiae clausurae, Ordinarium scilicet loci et, si habeatur, Superiorem regularem, enixe adhortatur, ut omni sollicitudine eam tueantur et Antistitam, ad quam proxime pertinet huius clausurae custodia, pro suo munere efficaciter adiuvent.

16 - Poenae in clausuram monialium violantes statutae usque ad novi Codicis Iuris Canonici promulgationem vigore carent.

17 - Modus procedendi in renovatione, per Litteras Apostolicas *Ecclesiae Sanctae* motu proprio datas statutus, II, nn. 9, 10, llj fideliter servetur. Ad mentem vero n. 6 earundem Litterarum, experimenta contra praescripta praesentium normarum, quae ius commune constituunt, induci nequeunt nisi obtenta praevia Sanctae Sedis licentia.

Ea vero monasteria, quae in aptanda clausura papali iam quasdam innovationes ad effectum deduxerunt, obligatione tenentur eas proponendi iudicio Sacrae Congregationis pro"Religiosis et Institutis saecularibus intra sex menses a die editionis praesentis Instructionis.

Datum Romae, die 15 mensis augusti 1969, in festo B. M. V. in caelum assumptae.

H. Card. **ANTONIUTTI,** *Praefectus*

Eduardus Heston, C.S.C, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citationes edictales

I

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Pietropaoli - Compagnoni)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Çaelestini Compagnoni, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, die 1 decembris 1969, hora decimatertia, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Caelestini Compagnoni, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

p. Emmanuel Canzoneri, O. P., *Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 30 septembris 1969.

Sac. Romualdus Pasquarelli, *v. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Célestin Compagnoni, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma) le 1er décembre 1969, à 13 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Célestin Compagnoni, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Chiappi - Monti)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Monti Aloisiae, Ariciae die 17-6-1925 natae et in causa de qua supra conventae, eamdem citamus ad comparendum coram Tribunali Secundae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 3 decembris 1969, hora 12,30, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Monti Aloisiae, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Philippus Giannini, *V. Officialis*

Ex aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 30 septembris 1969.

A. Longo, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Louise Monti, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma) le 3 décembre 1969, à 12 heures 30, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cast

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Louise Monti, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, **16** settembre **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor Luis **ANTONIO PEÑA-HERRERA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica dell'Ecuador.

Giovedì, **18** settembre **1969,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **AFZAL IQBAL**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Pakistan.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

19 settembre 1969. Il Revmo Mons. Glorieux Achille, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba Siriana.*

16 ottobre » S. E. Revma Mons. Clarizio Emanuele, Arcivescovo titolare (ii Anzio, *Pro-Nunzio Apostolico in Canada.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

22 settembre 1969. Gli Emi Signori Cardinali : Bertoli Paolo, Prefetto della S. Congregazione per le Cause dei Santi; Marty Francesco, Arcivescovo di Parigi; Wright Giovanni Giuseppe, Prefetto della S. Congregazione per il Clero; Willebrands Giovanni, Presidente del Segretariato per la Unione dei Cristiani, *Membri della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

25 » » Le Loro Eccellenze Revme i Monsignori : Farah Elia, Arcivescovo di Cipro dei Maroniti; Motolese Gu-

glielmo, Arcivescovo di Taranto; Thiandoum Giacinto, Arcivescovo di Dakar; Hannan Filippo M., Arcivescovo di New Orleans; Cantero Cuadrado Pietro, Arcivescovo di Zaragoza; Fortier Giovanni M., Arcivescovo di Sherbrooke; Trevor Picachy Lorenzo, Arcivescovo di Calcutta; Kempf Guglielmo, Vescovo di Limburg; Muldoon, Vescovo Ausiliare di Sydney; Jobidon Giovanni Luigi, Vescovo di Mzuzu; Metzinger Luciano, Prelato « nullius » di Ayaviri, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

9 ottobre » Gli Emi Signori Cardinali: Traglia Luigi, Parente Pietro, Felici Pericle, Oddi Silvio, *Membri della S. Congregazione per le Cause dei Santi.*

15 » » L'Emo Signor Card. Garrone Gabriele Maria, Prefetto della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica, *Cran Cancelliere del Pontificio Istituto di Musica Sacra.*

17 » » Il Rev. P. Long Giovanni, S.J., *Capo ufficio del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

Il Collare dell'Ordine Piano :

25 luglio 1969. A S. E. il sig. Milton Obote, Presidente della Repubblica di Uganda.

La Oran Croce dell'Ordine Piano :

5 aprile 1969. A S. E. il sig. Frias Pietro *(Argentina).*

25 luglio » A S. E. il sig. J. K. Babiiha, Vice-Presidente della Repubblica di Uganda.

» » » A S. E. il sig. S. N. Odaka, Ministro degli Affari Esteri di Uganda.

» » » A S. E. il sig. Narendra Patel, Speaker del Parlamento di Uganda.

» » » A S. E. il sig. Giorgio Kamba, Ambasciatore di Uganda presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

21 dicembre 1968. A S. E. il sig. Amir Assadollah Alani *(Iran).*

25 luglio 1969. A S. E. il sig. Basil K. Bataringaya, Ministro dell'Interno di Uganda.

La Oran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

21 dicembre 1968. A S. E. il sig. Amir Nasser Diba *(Iran).*
5 aprile 1969. A S. E. il sig. Grondona Mariano *(Argentina).*
» » » A S. E. il sig. Peltzer Enrico *(Argentina).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placea dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

28 settembre 1968. Al sig. Krannawitter Riccardo (Santa Fe - *U.S.A.).*
22 ottobre » Al sig. Loebenstein Edwin *(Austria).*
11 novembre » Al sig. Grosschmid Geza Beniamino (Pittsburgh).
11 dicembre » Al sig. Giosia di Sachsen Coburg e Gotha Filippo (Wien).
» » » Al sig. Heilingsetzer Edoardo (Wien).
» » » Al sig. Krieger Francesco (Wien).
10 marzo 1969. Al sig. Correnti Venerando (Roma).
5 aprile » A S. E. il sig. Carrier Enrico Giorgio *(Argentina).*
» » » Al sig. Urdapilleta Alessandro *(Argentina).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 gennaio 1969. Al sig. Braidotti Mario (Roma).
10 marzo » Al sig. Vacchini Francesco (Roma).
5 aprile » A S. E. il sig. Katzenstein Carlo *(Argentina).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 dicembre 1968. Al sig. Van Haren Cornelio Cristiano A. (Rotterdam).
3 febbraio 1969. Al sig. Lambooy Roberto Giuseppe G. fs-Hertogen bosch).
6 » » Al sig. Deryckiere Enrico (Lille).
» » » Al sig. Delesalle Leone (Paris).
17 » » Al sig. De Mulier y De Ferrer Saverio (Tarragona).
4 marzo » Al sig. Panzer Carlo (Köln).
» » » Al sig. Staderini Aldo (Roma).
» » » Al sig. Staderini Fausto (Roma).
18 » » Al sig. Serri Bruno Guglielmo (Roma).
» » » Al sig. Governatori Liberato (Roma).
21 » » Al sig. D'Erme Mario (Roma).
5 aprile » Al sig. Ballestreros Ettore S. *(Argentina).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 maggio 1968. Al sig. Drolet Rolando (Scherbrooke).
12 luglio » Al sig. Murphy Michele Guglielmo (Raleigh).
28 settembre » Al sig. Motto Roberto (Davenport).
» » » Al sig. Thom Giacomo (Rockville Centre).
11 novembre » Al sig. Clopet Paolo (Annecy).
» » » Al sig. van den Brink Clemente G. M. (Haarlem).

5	dicembre	1968	Al sig. Boone Cornelio (Natchez-Jackson).
»			Al sig. Canizaro Giacomo (Natchez-Jackson).
»			Al sig. Dehmer Giuseppe (Natchez-Jackson).
»			Al sig. Dolton Enrico Giuseppe (Natchez-Jackson).
»			Al sig. Flautt Giacomo Roberto (Natchez-Jackson).
»			Al sig. Koenenn Lino (Natchez-Jackson).
11			Al sig. Van Hoof t Adriano Gerardo (Breda).
			Al sig. Frencken Ermanno Giovanni A. (Groningen).
11	gennaio	1969	Al sig. Jansen Marino Antonio (Utrecht).
»			Al sig. Vermolen Enrico Giovanni (Utrecht).
»			Al sig. Gammino Michele (Providence).
»			Al sig. Powers Guglielmo (Providence).
			Al sig. Roberts Tommaso (Providence).
»			Al sig. Tally Giuseppe (Providence).
14			Al sig. Dohmen Francesco Stanislao (Roermond).
17			Al sig. Binon Omer (Tournai).
21			Al sig. Labande Edmondo Renato (Poitiers).
»			Al sig. Savatier Renato (Poitiers).
»			Al sig. Bowen Giovanni (Washington).
29			Al sig. Berkelmans Francesco Martino fs-Hertogenbosch).
»			Al sig. De Leeuw Federico Guglielmo D. M. ('s-Hertogenbosch).
31	»	»	Al sig. Currom Paolo (Cardili).
3	febbraio	»	Al sig. Van Helvoort Martino Adriano M. ('s-Hertogenbosch).
13	»		Al sig. Loerakker Teodoro Giovanni (Utrecht).
17	»		Al sig. Meeus Alfonso (Anvers).
»	»		Al sig. Paturle Giovanni Camillo (Grenoble).
»	»		Al sig. Mazza Gaetano (Lodi).
4	marzo		Al sig. Busso Marcello Paolo (Grosseto).
17	»		Al sig. Sobacchi Pier Fausto (Lodi).
21			Al sig. Balduini Lorenzo (Tarquinia e Civitavecchia).
»			Al sig. Brusà Beniamino (Roma).

NECROLOGIO

28	settembre	1969.	Monsig. Cagnoni Emiliano, Vescovo di Cefalù.
7	ottobre	»	Monsig. O'Shea John, Vescovo di Kanchow.
9	»	»	Monsig. Kavukatt Matthew, Arcivescovo di Changanacherry.
19	»	»	Monsig. MacGinley John B., Vescovo tit. di Croe.
»	»	»	Monsig. Rotolo Salvatore, Vescovo tit. di Nazianzo.
27	»	»	Monsig. Centoz Luigi, Arcivescovo tit. di Edessa di Osroene.
28	»	»	Monsig. Schenk Francis Joseph, Vescovo tit. di Scardona.
31	»	»	Monsig. Oviedo y Reyes Isidro Augusto, Vescovo tit. di Bomarzo.

An.|et rol. LXI 10 Decembris 1969 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BARRANQUILLENSIS

Nova provincia ecclesiastica conditur, « Barranquillensis » nomine, cuius erit metropolitana Sedes ipsa Barranquillensis.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Becta rerum dispositio, et ordo, et distributio, quam multum dioecesium causam iuvent ac prosperitatem promoveant, facile quippe intellegi potest, modo vel obiter consideretur saepe per haec et difficultates vinci facilius, et minui sacrorum Praesulum labores, et sub unius disciplinam Antistitis subactis pluribus territoriis, quasi in unum redactis viribus, plus firmitatis atque roboris absumere sive singulas Ecclesias, sive ipsam Christi fidem atque religionem. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia et in Columbiana Republica Apostolicus Nuntius, audito coetu Episcoporum eiusdem nationis, proposuerit ut in eadem nova excitaretur provincia ecclesiastica, Barranquillensi dioecesi ad dignitatem metropolitanae Sedis evecta, Nos re bene reputata atque Ordinariorum Episcoporum, quorum res interesset, ante audita sententia,

id probantes quod propositum est, haec decernimus. Barranquillensem dioecesim, de iure metropolitano Ecclesiae Carthaginensis in Columbia detrahentes, ad gradum et dignitatem Sedis *metropolitanae* evehimus, cum iuribus omnibus. Cui adnectimus, tamquam suffraganeas, dioeceses S. Marthae, ab eadem provincia Carthaginensi separandam, atque Valledurapensem, quam hac ipsa die constituimus. Venerabilem autem Fratrem Germanum Villa Garizia, sacrum Barranquillensem Antistitem, ad dignitatem Archiepiscopi Metropolitae tollimus, factis scilicet iuribus congruentibus. Ceterum, quae per has Litteras iussimus, venerabilis Frater qui eo tempore quo hae Litterae ad effectum deduci debeant Nuntiaturae Apostolicae in Columbia praeerit, fieri studebit. Qui, re acta, documenta conscribi faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mitti curabit.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONPALONIBRI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 32.

II

CARTHAGINENSIS IN COLUMBIA - SANCTI GEORGII
(SINCELEJENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia et a vicariatu apostolico Sancti Georgii, nova conditur dioecesis, « Sincelejensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Ecclesiam Christi in dies augendam nemo non videt quantum conferant apta rerum religiosarum dispositio flniumque dioecesium idonea temperatio. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia et in Republica Columbiana Apostolicus Nuntius, audita Conferentia Episcopali Columbiana, ab hac Petri Sede expostulaverit ut, distractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia et a vicariatu apostolico Sancti Georgii, nova quaedam constitueretur dioecesis, Nos, sententiam rogatis Ordinariis quorum intersit eorumque omnium consensum supplentes qui hac supra re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, ea quae sequuntur, decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia territorium separamus quod complectitur municipia vulgo nuncupata Sincelejo, Colosó (Ricaurte), Corozal, Morroa, Ovejas, Palmito, Sampués, San Onofre, San Pedro, Sincé et Tulú; a vicariatu autem apostolico Sancti Georgii territorium distrahimus municipiorum quae vulgo appellantur : Caimito, Majagual, S. Benito Abad, San Marcos, Sucre et Tolúviejo; quibus omnibus distractis territoriis novam condimus dioecesim *ßincelejensem* appellandam, iisdemque circumscribendam finibus ac municipia, simul sumpta, quae diximus. Novae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Sincelejo erit, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali sacra aede S. Francisci Assisiensis, quam ad gradum templi cathedralis tollimus, cum iuribus debitis. Episcopo autem, praeterquam quod iura congrua damus, obligationes etiam imponimus, quae Episcoporum residentium sunt propria. Sincelejensis praeterea Ecclesia suffraganea erit metropolitanae Sedi Carthaginensi in Columbia; item sacer eius Antistes metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi

Carthaginensis in Columbia subdetur. Ad Canonicos quod attinet, cathedrale collegium condatur, post alias tamen Apostolicas datas Litteras; interea Consultores dioecesani deligantur, ad normas Iuris Canonici. Quod vero spectat Seminarium, serventur praescripta iuris communis, prae oculis etiam habitis normis decreti Concilii Vaticani II, a verbis « Optatam totius » incipientis, atque peculiares leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Seminarii autem alumni, et animi et ingenii dotibus prae ceteris insignes, Eomam, cum adoleverit, mittantur, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Mensa episcopalis, quae dicitur, constabit Curiae emolumentis; fidelium collationibus, sponte oblatis; ea bonorum parte, quae novae dioecesi obveniet ad normam canonis 1500 C. I. C. Ad clerum quod attinet, censemus ut, his Litteris ad effectum adductis, eo ipso sacerdotes illi Sedi ascribantur, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei Sedi, in qua legitime degant. Acta autem et documenta, dioecesim hodie conditam respicientia, e Curiis episcopalibus Carthaginensi in Columbia et Sancti Georgii ad Curiae Sincelejensis condendum tabularium rite transmittantur. Ceterum quae per has Litteras mandavimus exsequenda is curabit qui, eo tempore quo negotium agendum erit, Apostolicam in Columbia Nuntiaturam regat, vel per se ipse vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad S. Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum, die vigesimo quinto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
ig. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. **CONPALONIBRI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco 83 **Plumbi**
In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 29.

III

MONTERIENSIS-S. GEORGII

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Monteriensi et S. Georgii, nova praelatura conditur, « Sinuensis Superioris » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo Deo benignissime placuit ut Nos, quamvis ex omni parte virium impares, Ecclesiae suae universae, suscepto pascendi gregis munere, praeficeremus, idque sic ut beatus Petrus summo amore, quasi patris, ageremus, ex eo profecto tempore industriam Nostram omnem et labores, et studia, et sollicitudines in eo collocavimus, ut necessitatibus Christifidelium inserviremus : vera sunt enim Sancti Augustini verba, esse, scilicet, documentum amoris pascere dominicum gregem (cfr. *In Io.* 21, 15-17). Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia, atque in Republica Columbiana Apostolicus Nuntius, audita quidem Conferentia Episcopali, quam dicunt, Columbianae nationis, expostulaverit ut ibi loci nova Praelatura conderetur, Nos auditis quos oporteret, haec decernimus atque iubemus. A dioecesi Monteriensi territorium separamus, quod complectitur municipium vulgo Tierralta; a vicariatu apostolico S. Georgii municipia, quibus nomen : Montelibano, et Ayapel. His autem territoriis novam praelaturam constituimus, *Sinuensis Superioris* appellatione, cuius erit caput urbs Montelibano, praelaticium autem templum quod est Beatae Luciae Virgini et Martyri dicatum, factis nempe iuribus talium templorum. Praelatura haec suffraganea erit Sedi metropolitanae Carthaginensi in Columbia, item eius Praesul Metropolitae. De mensa novae Ecclesiae statuimus ut ea sive Curiae emolumentis fiat, sive fidelium christianorum collationibus, sive, si qua sint, bonis quae ei provenient ad normam canonis 1500 C. I. C. Seminarium condatur, in qua re tum ad ius commune respiciatur, tum ad singulares leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, tum ad Decretum Concilii Vaticani II « Optatam totius ». Cum vero iuvenes eo aetatis pervenerint, ut philosophiae atque sacrae theologiae incumbere debeant, Romam meliores mittantur, in Ponti-

ficium Collegium Pianum Latinum Amerieanum. Regimen praelaturae, ceteraque quae ad eius administrationem attinet, iure canonico temperentur. Condita autem nova circumscriptione, qui sacerdotes in eius territorio officium aut beneficium habeant, eius clero accenseantur; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei Ecclesiae, in cuius finibus legitime degant. Acta praeterea et documenta quae de fidelibus seu rebus novae praelaturae tractent, ad eius Curiam mittantur atque ibidem religiose custodiantur in tabulario. Ceterum, hae Litterae Nostrae ad exitum deducantur ab eo qui tempore exsecutionis Apostolicae Nuntiaturae in Republica Columbiana praesit. Re vero peracta, documenta exarentur atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
/S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **GONFALONIERI**
S. ***Congr. pro Episcopis Praefectus***

Rinus Marsiglio
pro Apostolicae Cancellariae Regente

f& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 1,1.

IV

CARTHAGINENSIS IN COLUMBIA - SANCTI GEORGII
(MAGANGUËNSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia et ab apostolico vicariatu Sancti Georgii, nova dioecesis conditur, nomine « Maganguënsis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Recta sapiensque regiminis ratio, quod in universam Christi Ecclesiam obtinemus, postulat quandoque ut quarundam ecclesiasticarum circumscriptionum diviso territorio, alia constituatur, pleno suoque iure regenda. Quam quidem partitionem aptiori fidelium curationi quam maxime favere nemo non videt. Precibus ideo venerabilis Fratris Iosephi Paupini, Archiepiscopi titulo Sebastopolitani in Abasgia et in Columbiana Republica Nuntii Apostolici, accedendum esse censuimus, qui, post auditum Columbianae nationis Episcoporum Coetum, ab Apostolica Sede petiit ut nova ibi locorum conderetur dioecesis, deque apostolica Nostra potestate sequentia esse decernenda. Ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia territorium seiungimus, quod complectitur municipia vulgo nuncupata Maganguè, Córdoba, Margarita, Mompós, Pinillos, San Fernando et Zambrano; a vicariatu apostolico Sancti Georgii territorium municipiorum, quae appellantur Achí, Barranco de Loba, Morales, San Martín de Loba, Simití et San Pablo iisque dioecesim condimus *Maganguënsem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac simul sumpta municipia quae diximus. Novae dioecesis sedes Episcopique domicilium in urbe Magangué erit; episcopalis autem magisterii cathedra in curiali templo, Deo sacro in honorem Beatae Mariae Virginis vulgo de la Purificación, quod cathedrale dehinc habebitur, cum iuribus congruis. Suffraganea praeterea ea erit metropolitanae Sedi Carthaginensi in Columbia; eius vero Praesul Metropolitae, ad normam iuris canonici, obnoxius. Mandamus praeterea ut Canonicorum collegium eadem in dioecesi constituatur, per alias tamen sub plumbo Litteras, intereaque Consultores dioecesani ad iuris normas deligantur, qui Episcopo consilio et ope auxilientur. Mensa episcopalis efficietur ipsis Curiae emolumentis, fidelium sponte oblatis pecuniis atque iis bonis quae constitutae dioecesi obvenient, ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ; item fundus et domus Seminarii vulgo San Benito Abad, in finibus dioecesis Sincelejensis exstantes,

tamquam bona dioecesis Maganguënsis habeantur. Ad sacrorum alumnorum institutionem quod attinet, praescripta serventur iuris communis, prae oculis praesertim habito decreto Concilii Vaticani II « Optatam totius », atque peculiares regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Ex quibus alumnis, qui ingenii acie praestiterint Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quod vero spectat dioecesis regimen et administrationem, Vicarii Capitularis electionem idque genus alia, sacrorum canonum praescripta diligentissime serventur. Simul ac dioecesis Maganguënsis constituta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta novam dioecesim respicientia ad eius Curiam mittantur, ut in condendo tabulario serventur. Haec omnia quae praescripsimus ut ad effectum adducat curet venerabilis ille Frater, qui tempore exsecutionis Apostolicum Nuntium in Columbiana Republica agat, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Episcopis quam primum mittat, de more signata.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Rinus Marsiglio
pro Apostolicae Cancellariae Regente

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII¿ n. lfi.

V

ZOMBAËNSIS
(FORTJOHNSTONENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Zombaënsi, nova conditur praefectura apostolica, nomine « Fortjohnstonensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam studiose, sic ut Nostrum postulat Apostolicum munus, contendamus ut aspectabilis hic in terris Ecclesiae fines magis in dies prolatentur, ex eo etiam apparet toties Nos novas constituere ecclesiasticas circumscriptiones quoties id requirat animorum utilitas supernaque eorumdem salus. Sententiae ideo Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide accedi posse visum est, quae, post auditum venerabilem Fratrem Alfredum Poledrini, Archiepiscopum titulo Vazaritanum et in Malawi Pro-Nuntium, atque sacrum cuius intererat Ordinarium, proposuit ut novam, dioecesi Zombaënsi partita, praefecturam apostolicam in Malawiensi regione conderemus. Suprema ideo Nostra potestate, a dioecesi Zombaënsi districtum civilem vulgo Fort Johnston et maiorem partem districtus civilis vulgo Kasupe separamus iisque praefecturam apostolicam constituimus, *FortJohnstonensem* appellandam. Fines autem inter dioecesim Zombaënsem et conditam praefecturam hi erunt : flumen vulgo Shirè usque ad ostium torrentis vulgo Likwenu, hinc idem torrens Likwenu usque ad colles vulgo Chikala Hill per latitudinem 15° 10 usque ad fines civiles inter Mocambique et Malawi. Mandamus vero ut hae Litterae Nostrae ad effectum adducat venerabilis Frater Alfredus Poledrini, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos; utque ille qui negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione quam primum mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea

haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco ££ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. C XXXII,n. 7.

VI

LIBEROPOLITANAE
(OYEMENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Liberopolitana, nova conditur dioecesis, « Oy **e men si s » appellanda.**

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divini Magistri verba: « Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae » ***(Me.*** 16, 15) non modo Nos impellunt ut fecunda religionis semina in omnes gentes et nationes spargamus, verum etiam singulas Ecclesias ita constituamus et disponamus ut et facilior fiat usus christianae virtutis credentibus, et suscipiendae veritatis iis, quos nondum splendida fidei nostrae lux collustraverit. Quam ob rem, cum Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando visum sit, archidioecesi Liberopolitana partita, novam dioecesim condere, Nos, sententia audita venerabilis Fratris Ludovici Poggi, Archiepiscopi titulo Forontoniensis et Apostolici in Gabone Pro-Nuntii, necnon Or-

dinarii cuius intersit, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. E territorio archidioecesis Liberopolitanae partem septentrionalem et orientalem, quae civiles districtus vulgo ((Oyem » et « Makoku » constituunt, detrahimus, easque in novae dioecesis formam redigimus, *Oy extensis* nuncupandae ab urbe principe eiusdem regionis Oyemensis, quam curis cleri dioecesani committimus et archidioecesi Liberopolitanae suffraganeam reddimus. Cuius Sedes episcopalis erit in ipsa civitate Oyemensi, episcopalis vero magisterii cathedra in templo principe ibi erecto, quod ad gradum cathedralis ecclesiae tollimus, cum iuribus debitis. Praesentium autem difficultatum ratione habita, concedimus ut ad tempus pro Canonicorum collegio Consultores dioecesani deligantur, Episcopum consilio et ope ad normam iuris iuvaturi. Has vero Litteras Nostras venerabilis Frater Ludovicus Poggi exsequi curabit, vel quem ille delegaverit. Re autem peracta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 63.

EPISTULA

Ad Sanctitatem Suam Vasken I, omnium Armeniorum Summum « Catholicos », ob quaedam celebranda sollemnia.

Très cher Frère dans le Christ,

Au moment où Votre Sainteté et ses frères dans l'épiscopat se réunissent pour discuter des affaires de l'Eglise arménienne et pour procéder à la cérémonie solennelle de la bénédiction du Saint Chrême, Nous tenons à exprimer à Votre Sainteté nos vœux cordiaux dans le Seigneur et à l'assurer que notre prière demande à l'Esprit Saint de répandre abondamment sa grâce vivifiante sur cette réunion importante. Nous Nous sentons aussi très proche de tous ceux qui fêteront avec Votre Sainteté son soixantième anniversaire, en souhaitant que le Seigneur la comble de ses bénédictions et de sa force spirituelle.

Nous voulons aussi que la participation à ces événements solennels dans la vie de l'Eglise arménienne, de deux représentants de l'Eglise Catholique Romaine, — le Très Révérend Père Jérôme Hamer, secrétaire de notre Secrétariat pour l'unité des chrétiens, et le Très Révérend Père Pierre Duprey, sous-secrétaire du même Secrétariat, — soit un signe concret de notre amour fraternel envers la personne de Votre Sainteté et de notre estime pour l'Eglise arménienne. Sa foi profonde dans le Christ a été une source d'inspiration de force, de fidélité et d'attachement à la tradition des Pères au milieu des vicissitudes d'une longue histoire. Que Dieu, par l'intercession de ses grands saints, intensifie son œuvre sanctifiante dans ce peuple et le bénisse avec le don de l'amour fraternel et de l'unité avec tous ceux qui portent le nom du Christ Sauveur.

Spirituellement présent parmi vous, Nous espérons que le Seigneur Nous donnera un jour la grande joie de rencontrer personnellement Votre Sainteté si l'occasion se présente pour Elle de venir à Rome.

Nous redisons à Votre Sainteté nos sentiments de sincère et fraternelle charité dans le Christ Jésus.

Du Vatican, le 26 septembre 1969.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Iuris peritis, qui interfuerunt Coetui decimo internationali de Iure Poenarum, Romae habito. *

Chers Messieurs,

Il Nous est très agréable de répondre au désir exprimé par les organisateurs du dixième Congrès international de droit pénal, et de vous souhaiter à tous une cordiale bienvenue. En vous recevant dans notre demeure, Nous voulons vous témoigner notre estime pour vos personnes et vous assurer en même temps du vif et profond intérêt que Nous portons à vos travaux.

Si tout ce qui se rapporte à l'ordre juridique international retient en effet notre attention, l'objet de votre rencontre romaine, bien qu'il déborde notre compétence propre, attire particulièrement notre réflexion. Vos préoccupations ne rejoignent-elles pas, par plus d'un aspect, ce qui constitue l'une des tâches de l'Eglise : le relèvement de l'homme tombé et son amendement en vue de sa progressive réintégration dans une société accueillante où il puisse retrouver sa pleine dignité?

Au reste, notre prédécesseur Pie XII ne vous exprimait-il pas, dans une rencontre mémorable à laquelle plusieurs d'entre vous ont sans doute participé, tout l'intérêt que porte l'Eglise à vos travaux, et aux questions fondamentales qu'ils soulèvent : les bases métaphysiques du droit, et son importance pour la vie pacifique et ordonnée des sociétés — y compris, en son ordre, l'Eglise — et de la communauté des peuples? [1] Quant à Nous, en présence de personnalités si hautement qualifiées, et devant des rapports complexes si techniquement élaborés, Nous voudrions seulement partager avec vous quelques réflexions qui Nous paraissent particulièrement actuelles dans le monde d'aujourd'hui.

I - Tout d'abord, vous contribuez au progrès des sciences juridiques, et par là vous participez d'une manière irremplaçable à l'instauration de ce monde plus juste et plus fraternel que nous appelons tous de nos vœux. N'est-il pas vrai que, dans toutes les civilisations, cette

* Die 4 mensis octobris a. 1969.

[1] Discours au VIème Congrès international de droit pénal, *A. A. 8.* 45 (1953), pp. 730-744.

lente élaboration d'un droit pénal égal pour tous, à la fois de plus en plus précis et de plus en plus souple, pour tenir compte de tous les aspects des dommages causés aux personnes comme à l'ordre public, ainsi que d'une culpabilité personnelle cernée aussi exactement que possible, n'est-il pas vrai qu'un tel effort est toujours le signe et le gage d'une progressive maturation humaine, qu'il témoigne en un mot de plus d'humanité?

Cette œuvre, certes, vous le savez mieux que quiconque, demeure fragile et vulnérable, et demande toujours à être reprise et perfectionnée, dans une plus grande adaptation requise à la fois par raffinement des consciences et par les transformations de la société. Qui ne saisit l'enjeu de ce travail séculaire, devant la tentation toujours renaissante, et aujourd'hui plus insidieuse que jamais, de jauger la moralité à l'aune des mœurs, et d'établir un passage aussi indu que périlleux du fait au droit? De plus grandes possibilités d'action apparaissent par ailleurs, et par là même hélas deviennent aussi possibles de nouveaux délits qui font peser des menaces plus graves sur les personnes comme sur la société. Il faut y faire face résolument, si l'on ne veut pas qu'un prodigieux progrès technique ne soit l'occasion d'une effrayante régression morale. Ne notait-on pas récemment la terrible progression de la criminalité en milieu urbain, et ceci dans les sociétés considérées comme les plus évoluées?[2]

Tant de questions se posent quant à l'administration même de la justice, le déroulement des procès, les garanties de la vérité, les modes d'application des peines. Nous Nous rejouissons de les voir réétudiées, ne doutant pas qu'un tel réexamen ne favorise plus de justice dans l'exercice de « La Justice ». L'Eglise elle-même n'essaie-t-elle pas de faire le même effort dans la réforme de sa législation canonique, comme dans la procédure de ses tribunaux?

Certes, nous le savons tous, Dieu seul « sonde les reins et les cœurs », et Lui seul est capable de « rendre à chacun selon ses œuvres »,[3] Lui, « le juste Juge, le défenseur du pauvre, de la veuve, et de l'orphelin », comme le proclament à l'envi tant de pages de la sainte Ecriture,[4] qui nous le montrent aussi intraitable pour qui poursuit le mal ou lui demeure indifférent, que miséricordieux pour qui

[2] *Cfr. Chronique sociale de France,* juillet 1969, *Urbanisation et criminalité.*

[3] Cfr. *Jérémie* 17, 10.

[4] Cfr. *Ps.* 7, 9-12; 11, 7; 26». 1; 58, 12; 75, 8; 82, 8.

regrette sa faute et s'amende, « plein de tendresse et de pitié »[5] pour le pécheur repentant. Plus modeste certes, votre rôle n'en est pas moins indispensable. Il s'agit, pour la justice humaine, de prévenir le mal, de protéger la société contre toutes les atteintes au bien commun, et de redresser aussi le coupable, pour autant que faire se peut. Ce pouvoir de coercition lui-même, exercé à l'encontre d'un frère au nom de la communauté, comme le pouvoir législatif qui lui correspond, expriment en effet les exigences d'un droit fondamental.

II - Il est dans votre œuvre un autre point capital. C'est la sauvegarde des droits sacrés de la personne humaine, des *droits de l'homme* selon l'expression consacrée, que vous assurez par la protection de l'ordre public. Et là votre responsabilité est double, et aussi délicate et grave dans l'une et l'autre de ses composantes : assurer les droits du coupable, comme ceux de l'innocent.

Nous le disions solennellement dans notre message adressé à la Conférence organisée par les Nations-Unies à Téhéran, à l'occasion du 20ème anniversaire de la déclaration des droits de l'homme : « Il serait vain de proclamer les droits si l'on ne mettait en même temps tout en œuvre pour assurer le devoir de les respecter, par tous, partout, et pour tous.[6] Et le Concile œcuménique, dans sa Déclaration *Dignitatis Humanae,* le déclarait sans ambages : « A l'égard de tous, il faut agir avec justice et humanité selon des normes juridiques conformes à l'ordre moral objectif, requises par l'efficace sauvegarde des droits de tous les citoyens et de leur pacifique accord, et par un souci adéquat de cette authentique paix publique qui consiste dans une vie vécue en commun sur la base d'une vraie justice ainsi que par le maintien, qui se doit, de la moralité publique.[7]

Cette triple exigence marque bien l'ampleur, comme les limites, de toute législation pénale, dans l'irremplaçable service du bien commun qu'elle assure. Le délinquant — et à combien plus forte raison le présumé délinquant — conservent toujours une dignité et des droits qu'il faut absolument garantir contre tout arbitraire. Bien plus, le jugement et la peine doivent tendre aussi à la rééducation et à la réintégration du coupable dans la société, avec son entière dignité

* *Exode* 34, 6.
[6] *A. A. 8.* 55 (1968), p. 285.
[7] N. 7.

d'homme. Nous vous félicitons de tendre toujours mieux vers cet objectif humain si important, qui est bien digne de retenir toute votre attention.

III - Un autre aspect de vos travaux est lui aussi à releve^ en raison de ses incidences sur le bien commun de toute la communauté des peuples : c'est l'harmonisation des diverses législations nationales, dans la poursuite des délits, et l'obstacle ainsi porté contre les criminels dans leur recherche de l'impunité par le moyen de la fuite à l'étranger. Certes les lois pénales, sans être arbitraires, demeurent nécessairement liées à certaines contingences locales, et ne peuvent pas ne pas refléter dans leur expression des degrés bien divers selon l'état des différentes sociétés dont elles cherchent à assurer la sauvegarde. Et il est, de ce fait, difficile d'en harmoniser les dispositions par-delà les frontières.

Mais il vous appartient de chercher à déjouer les impudents calculs des criminels, et de réfléchir aux saines conditions de l'extradition, en ce qui concerne les crimes de droit commun. Le problème est en effet bien différent, quand il s'agit de délits d'ordre politique, avec les contingences qu'il connotent : dans de certaines limites, le droit d'asile a toujours été reconnu comme un bienfait pour l'humanité. Au reste, par-delà la punition de tout délit, qu'il faut assurer, c'est la prévention de la criminalité qu'il importe de rechercher par les moyens les plus adaptés.

IV - Enfin, chers Messieurs, il Nous plaît de penser que la mise en commun de vos réflexions et de vos suggestions, à partir de vos diverses expériences, comme la confrontation pacifique des différents systèmes juridiques dont vous avez la connaissance, favoriseront et renforceront entre les nations des rapports juridiques plus étroits, qui seront une source féconde de progrès dans la justice, et par là-même de paix entre les peuples. Car la paix, Nous ne cessons de le répéter, « se construit jour après jour, dans la poursuite d'un ordre voulu de Dieu, qui comporte une justice plus parfaite entre les hommes ».[8]

Il n'est de vraie paix que dans la justice. Et la vraie justice n'est pas dans un juridisme imposé par les uns ou les autres en raison de leur position de force dans la société, mais dans le souci d'assurer

* **Litt. Encycl.** ***Populorum progressio,*** **n. 76; Cfr. Litt. Encycl.** ***Pacem in terris.***

toujours mieux la protection de ces droits naturels qui ont été inscrits par le Créateur dans la conscience des hommes. Selon le mot du prophète : «Pour magistrature, j'instituerai la paix, et comme gouvernement la justice».[9] Nul doute qu'avec la grâce du Dieu de justice et de paix, des dialogues sincères comme ceux que vous menez ne contribuent grandement au progrès de toute la société, dans cette recherche si importante pour tous le hommes.

Aussi est-ce de grand cœur qu'en formant les meilleurs vœux pour la fécondité de vos travaux Nous vous accordons, pour vous-mêmes, et pour tous ceux qui vous sont chers, notre Bénédiction Apostolique.

II

Membris Commissionis Theologicae Internationalis, primum plenarium Coetum habentibus. *

Venerabiles Fratres et dilecti Filii,

«Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis ! ».[1]

Vobis, qui in Ecclesia Dei excelsum absolvitis munus et, quod vobis prorsus exoptamus, charismate fruimini doctorum « ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi » :[2] quique propterea iam probe cognita habetis omnia quae spectant ad naturam, ad momentum et ad propositum huius Commissionis Theologicae Internationalis, ad quam constituendam vos advocavimus : vobis, dicimus, nihil aliud declarare volumus nisi animi Nostri sensus, quibus vos nunc coram excipimus atque exercitium officiorum committimus, quae novo hoc condito Instituto vobis demandantur.

In primis gaudio afficimur, quod satisfactum est voto die vicesima septima, mensis octobris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Nobis significato ab Episcoporum Synodo, quae opportunitatem suasit novi huius Instituti ad auxiliatricem praestandam operam Sanctae Sedi ac praesertim Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei. Voluntate permoti voci obsecundandi, quae tanta auctoritate pollet,

[9] *Isaïe* 60, 17.
* Die 6 mensis octobris a. 1969.
[1] *2 Cor.* 13, 13.
[2] *Eph.* 4, 12.

voci nempe Synodi Episcoporum, gaudemus oblata hac uti occasione ut patefaeiamus propositum Nostrum ad effectum adducendi id quod a Concilio Oecumenico recens celebrato primam veramque suam originem ducit, itemque reapse adhibendi rectum Nostrorum Fratrum in Episcopatu consilium ad validiorem usque efficacitatem tribuendam regimini Ecclesiae.

Aliud est quod Nostrum afficit animum, spes nempe quam alimus, fore ut vestra auxiliatrice opera adiuvetur gravissimum magisterii officium, quod successione apostolica Nobis concreditum est. Ac revera Nos primi omnium pondere premimur potestatis, quae Nobis collata est; primi omnium Nostrarum virium exiguitatem experimur prae sapientiae veritatisque plenitudine, quae ad exercendam talem docendi potestatem postulatur; primi omnium denique humiliter atque orantes trepidamus, cum partes apostolici Nostri officii Nos iubent sive talem potestatem exercere eiusque materiam Verbo Dei commetiri et cum fide Ecclesiae comparare, sive mentem Nostram confirmare piis ac prudentibus virorum doctorum investigationibus, sive denique Nostrorum in Episcopatu Fratrum consensionem postulare. Ut probe nostis, huius magisterii auctoritas eiusque certa ac tuta ratio in Christo, uno summoque Magistro nostro, innituntur, eademque ad Ecclesiae Dei regimen, stabilitatem, pacem unitatemque prorsus sunt necessaria. Qui hoc magisterium respuit vel negat, is Ecclesiam unicam et veram oppugnat, eius apostolicam virtutem imminuit, favet non iam unitati christianorum omnium in veritate et caritate instaurandae, sed potius dispersioni gregis Christi, ac propterea graviter offendit eorum animas, qui fidem possident vel inquirunt, atque huius facinoris rationem in se recipiunt coram Deo.

Verumtamen, si licet sententia uti Sancti Pauli Apostoli : « sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis . . . » atque etiam hac : « quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus ... »,[3] non arbitramur Nos eximi studio sincero et acri Verbi Dei, neque usu omnium subsidiorum ad cognitionem aptorum, ut illam Nobis comparemus « scientiam Dei »,[4] quae pars est paedagogiae gratiae, quam dicunt, neque inquisitione eius disciplinae quae hominem idoneum reddit ad docendum in doctrina ;[5] scilicet non solum minime praetermittimus ratiocinationem

[3] *1 Cor.* 2, 4 et 13.

[4] Cfr. *Col.* 1, 10.

[5] Cfr. *Rom.* 12, 7.

theologicam, sed eam potius putamus esse Magisterii ecclesiastici munus summi momenti, ei insitum, necessarium.

Quapropter magna spes Nos tenet fore, ut vos, cultores doctrinae sacrae, quam Theologiam appellamus, firmum auxilium possitis ventisque afferre perfunctioni officii a Christo Apostolis ipsius his verbis commissi : « Euntes ergo docete omnes gentes » ;[6] quod quidem fiet sive Fidem studiose perscrutando, sive omnes notiones conquirendo, quibus ea accuratius, amplius, ratione ad vulgandum magis accommodata comprehendatur, sive illa suggerendo, quibus arti docendi viae aperiantur faciliores, quae nempe aptius ostendant, *quid* doceatur et *quomodo* doceatur.[7]

Liceat Nobis tertium animi Nostri sensum quo in praesens afficimur significare ; exoptamus scilicet vobis, Venerabiles Fratres et Filii carissimi, copiose sensus affirmare Nostrae existimationis Nostraeque fiduciae erga vosmetipsos atque erga vestri gravissimi muneris conscientiam, ad eam doctrinam quod attinet, qua iure appellamini theologi in Ecclesia Catholica. Quod cum dicimus, vobis totidem verbis confirmamus Nos velle omnino agnoscere leges et postulata studiorum vestrorum propria, tueri nempe eam dicendi libertatem quae scientiae theologicae insit, eamque pervestigandi facultatem quae huius scientiae progressione postulatur, quam quidem scimus magnopere cordi esse unicuique vestrum. Ad rem quod attinet, volumus ut abiciatis ex animis timorem, ne officia a vobis flagitata ita circumscribere debeant atque coarctare amplitudinem studiorum vestrorum, ut legitimae investigationes vel formulae doctrinae convenientes praepediantur. Nolumus perperam insidere vestris in animis suspicionem alicuius contentionis inter duos primatus, hinc scientiae, illinc auctoritatis; etenim quoties divina agitur doctrina, unus solus viget primatus, primatus scilicet revelatae veritatis, primatus fidei, cui tam theologia ipsa quam Ecclesiae magisterium patrocinari student unanima consensione, licet ratione diversa.

Estote propterea tam fideles argumento studiorum vestrorum, id est fidei ipsi, quam spe certa ducti, fieri posse ut inquisitiones illae secundum propria principia explicentur atque secundum vestrum cuiusque ingenium nativum. Id declarat, libenti animo Nos concedere progressionem atque varietatem scientiarum theologicarum, illum « pluralismum)), quem aiunt, qui hodie notare apteque designare videtur

[6] *Matth.* 28, 19.

[7] Cfr. Chenu, *Les théologiens et le Collège Episcopal: autonomie et service,* in « L'Evêque dans l'Eglise du Christ », pp. 175 ss. ; Desclée de Br.

nostri temporis cultum et humanitatem; verumtamen non possumus quin commoneamus prorsus esse necessarium custodire, quemadmodum semper professa est traditio Ecclesiae, eandem doctrinae catholicae intimam veritatem, « in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia », ut probe novistis.[8]

Votum denique palam facere velimus : ut mutua illa adiutrix opera, quam Sanctae Sedis Dicasterio, Doctrinae Fidei tutandae praeposito, navaturi estis, maxime provida atque salutaris fiat, non modo ad defendendum Populum Dei a tot, tantis instantibusque erroribus, qui in divinum invadunt depositum veritatis, a Deo revelatae atque a Catholica Ecclesia cum auctoritate traditae, sed etiam ad duo alia eaque gravissimi momenti proposita assequenda : sive, nempe, ut in nostrae fidei stabilitate arcana quaedam via ad talis sermonis usum inveniatur, qui ad suadendum atque instituendum oecumenicum dialogum aptus sit : dialogum dicimus, qui eo spectet, ut perfecta et felix communio cum Fratribus a nobis adhuc seiunctis in eandem fidem in eandemque caritatem restituatur; sive ut nostra docendi ars, quam a graeco verbo kerigmaticam appellant, nostraque facultas Divinae Revelationis humanaeque salutis nuntium proferendi corroborentur germana illa fidelitate, quae nostri ingenii vires atque adeo huius temporis hominum cogitandi agendique habilitâtes superat; corroborentur pariter sermonis perspicuitate, dicendi generis nitore, ardore caritatis, ita ut apostolicum Ecclesiae munus in nostrae aetatis mundo suum veritatis, pulchritudinis securaeque constantiae lumen nunc cum maxime effundat.

Quam ad rem vobis sane non deerunt — id prorsus vobis, Fratres ac Filii, confirmamus — Nostra observantia, Nostrae preces, Nostraque Apostolica Benedictio.

III

In Aede Sixtina habita a Beatissimo Patre Sacrum concelebrante, ineunte Extraordinaria Episcoporum Synodo. *

Venerabiles Fratres,

Quemadmodum nostis, Concilium recens celebratum clariore in luce posuit Ecclesiae indolem socialem communemque, quasi quandam eius rationem constitutivam atque primariam. Quae quidem ratio, si

[8] **Cfr. Denz.-Sch. 3020, etc.**

*** Die 11 mensis octobris a. 1969.**

seorsim ac sola spectetur, plenam notionem Ecclesiae non exhaurit, utpote quae, si accuratius attenditur, exhibeatur ut Corpus Christi Mysticum, compaginatum unitate ac distinctis institutis et ministeriis. Verumtamen in hanc communionem, quae gemino modo accipitur ut communio in Christo cum Deo et ut communio in Christo cum credentibus in eum simulque, vi et virtute, cum toto genere humano, Concilium singularem in modum considerationem intendit, idque praesertim cum animadverteret communionem in Episcopatu vigentem. Cum igitur in mentem revocaret Episcopos legitime Apostolis succedere hosque peculiare corpus effecisse, a Christo electum et conditum, recte visum est notionem et verbum collegialis naturae eiusmodi resumere, quatenus ad ordinem episcopalem pertineret; ait enim Concilium: « sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur».[1]

Itaque commemoratum hoc divinum consilium super munus apostolicum, ex quo ad Populum Dei nuntius fidei defertur, ei mysteria gratiae impertiuntur, idemque in peregrinatione terrestri ac temporali dirigitur, gratum officium in Nos transfundit ampliorem et efficaciorem vim tribuendi collegiali indoli Episcopatus; qua in re primaria illa notione fraternitatis ducimur, quae omnes Christi sectatores communione coagmentat et quae maiorem plenitudinem consequitur in Episcopis, utpote qui quasi hereditario iure iis insignes sint nominibus, quae Christus ipse electis a se discipulis indidit; quos scilicet vocavit Apostolos,[2] noscentes mysterium regni Dei,[3] amicos suos,[4] testes suos,[5] et quibus praecelsum munus mandavit Evangelium annuntiandi et ad effectum deducendi[6] in spiritu humilitatis[7] et famulatus,[8] « in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi ».[9]

Nosmet iam demonstravisse putamus quantum cuperemus hanc Episcoporum collegialitatem in re ipsa actioneque vitae provehere, sive ipsam Episcoporum Synodum instituendo, sive Conferentias Episco-

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 22.
[2] *Luc.* 6, 13.
[3] *Marc.* 4, 11.
[4] *Io.* 15, 14 et 15.
[5] *Act.* 1, 8.
[6] Cfr. *Matth.* 28, 19.
[7] *Io.* 13, 14.
[8] *Lue.* 22, 26.
[9] *Eph.* 4, 12.

pales approbando, sive in propria Curia« Nostrae Romanae ministeria adlegendo nonnullos in episcopatu Fratres atque animarum Pastores, in suarum dioecesium finibus degentes. Quodsi opitulabitur Nobis superna gratia et fraterna concordia Nostras mutuas necessitudines faciliores reddet, aliis sub formis canonicis huiusce collegialitatis exercitatio latius prorogari poterit. Dum ergo Synodus extraordinaria naturam circumscribet ac definiet potestates Conferentiarum Episcopalium earumque tam cum hac Apostolica Sede quam inter sese coniunctionem, illuminare etiam valebit consentaneis regulis canonicis quae sit et quomodo augescat Episcoporum collegialitas, eodemque tempore poterit instituta quoque Concilii Vaticani Primi et Secundi corroborare de Beati Petri Successoris potestate ipsiusque collegii Episcoporum cum capite Summo Pontifice.

Verumtamen, priusquam instantis suscipiamus labores Synodi, consistamus parumper, Fratres carissimi, in Eucharistici Sacrificii celebratione, quod culmen Corporis Mystici unitatis est, ut non modo ante oculos constituamus iuridicam collegialitatis indolem, vel multiplices rationes quibus ea prolabente tempore effecta est, ac vel etiam — quod pluris interest, at iam mentibus infixum esse scimus — voluntatem ipsius Christi, auctoris eiusdem collegialitatis et conditoris : sed ut potius cogitemus pondus et momentum morale atque spirituale, quod unicuique nostrum simulque universis nobis collegialitas habere debet.

Agendum, reputemus animo : exstat inter nos, qui in locum sumus Apostolorum suffecti, vinculum prorsus singulare, vinculum nempe collegialitatis. Quid autem aliud est collegialitas, nisi communio quaedam, et animorum coniunctio, et fraternitas, et caritas longe uberior magisque nos devinciens, quam ipsa illa christiani amoris necessitudo inter fideles vel inter Christi sectatores, qui aliis in coetibus congregantur? Collegialitas caritas est. Si participatio Mystici Christi Corporis Sanctum Paulum ita loquentem inducit : *Si quid patitur unum membrum, componuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra,*[10] quantopere intimis sensibus permoveri decet eos, qui maioribus in Ecclesia et gravioribus astringantur officiis, reminiscentes communem inter se hanc sollicitudinem esse de prosperitate deque universali vel particulari Ecclesiae utilitate? Collegialitas est conscia munerum susceptio. Et quod aliud distinctius verorum discipulorum documentum poposcit Dominus ab illis

[10] *1 Cor.* 12, 26.

Apostolis, novissimae salutationis Cenae adstantibus, quam mutuum amorem : *in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem?* [11] Collegialitas est perspicua promptaque dilectio, quam mutuam inter se Episcopi alere debent. Et quoniam ipsa collegialitas unumquemque nostrum collocat in compagine quadam apostolica, ad aedificationem Ecclesiae in mundo destinata, nos eadem ad amoris universalis ofiicium impellit. Caritas collegialis nullis concluditur finibus. Quibus tandem aliis nisi fidelibus Apostolis Christus Dominus extrema illa monita convertit, sublime precatus in novissimae Cenae sermone: *Ut unum sint.*[12] Collegialitas unitas est.

Et ita — ut Nobis persuasum habemus — cum de mutuis agitur rationibus inter Episcopos, in novis hisce sodalitatibus pro unoquoque territorio congregatos, quae Conferentiae Episcopales appellantur, itemque de mutuis rationibus, quae iisdem Conferentiis sive cum Apostolica Sede sive inter sese intercedunt, id unum sane nostris occurrit mentibus, primarium veluti caput considerandum : caritatem dicimus, qua hierarchica Ecclesiae communio, in fidei unitate, penitus conformari oportet.

Quapropter ad duo huiusmodi principia, nempe caritatis et unitatis, praecipuae dirigantur normae, quibus progrediens ecclesiastica communio, post Concilium Vaticanum Secundum, summum illud fastigium assequatur, Episcoporum collegialitate designatum. Quas vero diximus normae, duae Nobis esse videntur. Altera enim debito honore fiduciaque episcopalem Ordinem prosequi studet; atque Nos diligenter curabimus, ut Nostris in episcopatu Fratribus aequiore ratione agnoscamus eam privilegiorum et facultatum summam, quam iis tribuunt hinc sacramentalis character, quo ad pastoralia perfungenda munia in Ecclesia sunt vocati, hinc eorum germana cum hac Sede Apostolica communio. Neque huiusmodi norma coerceri vel interscindi poterit, si pertinens ad ipsam principium « subsidiarietatis », cum in usum deducitur, recte humili ac sapienti prudentia temperabitur, adeo ut nihil detrimenti commune totius Ecclesiae bonum capiat ex multiplicibus nimiisve particularis autonomiae formis, quae quidem unitati et caritati obsunt, qua Ecclesia fieri debet *cor unum et anima una,*[13] et favent ambitiosis aemulandi cupiditatibus et immoderatis suarum

[11] *Io.* 13, 35.
[12] *Io.* 17, 23.
[13] *Act.* 4, 32.

tantum utilitatum studiis. Neque memorata norma ulla refutabitur negatione, siquidem alterum principium, cui a « pluralismo » nomen, ita praefiniri oportebit, ut neque fidem offendat, quae ipsum recipere nequit, neque generalem Ecclesiae disciplinam, quae sane licentiam et perturbationem respuit, utpote cum necessarium sensum morumque concentum in societate Populi Dei, ipsamque collegialitatem, rem nempe tanti oneris, laedant.

Altera agendi norma — nobis pari studio fideliter sequenda, utpote quae ex magna existimatione procedat, qua prosequi oportet agnitam collegialem episcopalis muneris naturam — eo spectat, ut Episcopi universi aptius partes habeant et arctius inter se coniuncti communia obire valeant munera in universalis Ecclesiae regimine. Fore confidimus, ut id reapse contingat, quod cum gaudio ac spe audimus multorum in optatis esse, ad commune bonum, ad levamen et subsidium Nostrorum apostolicorum laborum, quorum pondus gravius factum est, et ad manifestius testimonium exhibendum unicae fidei sinceraeque caritatis : quae quidem in supremo ecclesiasticae hierarchiae vertice hodie quam maxime novo splendore maioreque vi refulgere debent. Hanc viam, ut supra diximus, iam ingressi sumus eademque, opitulante Deo vobisque faventibus, Venerabiles Fratres, pergere studebimus. Attamen, ad rem quod attinet, exploratum omnibus sit, regimen Ecclesiae nullo modo sumere posse rationes ac normas, quae humanorum regiminum propriae sunt, quaeque nostra aetate vel popularibus institutis constant, quae quandoque immoderatius se gerunt, vel in tyrannico imperio innituntur, quod personae humanae dignitati prorsus repugnat. Regimen vero Ecclesiae propriam suam formam ac rationem habet, eoque spectat ut omnibus suis formis sapientiam exprimat voluntatemque sui Divini Conditoris. Id Nos impellit, ut in memoriam revocemus supremas officii Nostri partes, Nobis voluntate Christi concrediti eo quod Christus Petro tradidit claves regni caelorum eumque ecclesiastici aedificii fundamentum constituit; ac praeterea ipsi gravissimum charisma commisit confirmandi Fratres ; [14] ab eo celsissimam firmissimamque professionem fidei excepit; [15] ab eoque denique quaesivit illam omnino singularem ac triplicem amoris confessionem, quae in primariam caritatis pastoralis virtutem convertenda erat.[16]

[14] *Lc.* 22, 32.
[15] *Matth.* 16, 17; *Io.* 6, 68.
[16] *Io.* 21, 15 ss.

Has gravissimas Nostri officii partes, sive Sacra Traditio sive Oecumenica Concilia ministerio attribuunt, quod ad Nos proprie spectat ut Christi Vicarium, Apostolici Collegii Caput, universorum hominum Pastorem atque Servum servorum Dei, eademque circumscribi non poterunt a vel summa eiusdem Episcopalis Collegii auctoritate, quam Nos ipsi honore afficere, tueri atque promovere primi percupimus, quaeque tamen talis minime esset, ubi Nostro destitueretur suffragio.

Caritas atque unitas: hae profecto nobis meditandi materiem suppeditaverunt, ineunte Extraordinaria Synodo, super quam, Eucharisticum Sacrificium simul celebrantes, Spiritus Sancti lumen atque patrocinium invocamus.

Nonne hoc peculiare temporis momentum, collegiali Episcopatus naturae recogitandae atque confirmandae dicatum, quo die Divina Mariae Virginis Maternitas festivo ritu recolitur, opportunitatem nobis praebet, penitus commoto attentoque animo commemorandi Apostolos, in illo cenaculo congregatos, qui, Divino praestolantes Paracleto, « erant perseverantes unanimiter in oratione cum ... Maria, Matre Iesu »? [17] Itemque, hoc peculiaris temporis momento, nonne Romanae Liturgiae acclamationes ad nos, tali mentium conspiratione simul coniunctos, referre licet?

« Ubi caritas et amor, Deus ibi est. Congregavit nos in unum Christi amor. Exsultemus et in Ipso iucundemur. Timeamus et amemus Deum vivum, et ex corde diligamus nos sincero ».

Amen. Amen.

IV

Ad Excellentissimum Virum Mwalimu Julium K. Nyerere, Reipublicae Tanzaniae Praesidem. *

Mister President,

We are indeed happy to welcome Your Excellency once more here in Our home, and to extend to you Our respectful and heartfelt greetings.

It gives Us pleasure to recall not only your last visit to Us in the Vatican, but also Our memorable meetings at Kampala. There We came into contact with the realities of Africa: its deeply felt aspirations, its immense potentialities and its present needs.

[17] Cfr. *Act.* 1, 14.

* Die 16 mensis octobris a. 1969.

We set much store by the integral progress of the peoples of the great African continent, the worthy object of well founded hopes. We would see it blessed with peace and security, that its speedy development may be guaranted. And it is Our heartfelt desire that the dignity of the human person may flourish there, that dignity which must needs look to material and moral advancement for its strength and its protection.

The Church's own mission is a religious one: that of spreading the message of redemption by Christ. She also willingly offers her moral, and, where possible, her practical support to the programmes which the civil power undertakes for the good of all, especially in the fields of learning, healing, and raising up of the under-privileged.

We know that the Catholics of Tanzania are second to none in their love of country, in the staunch loyalty they show in their activity, and in their spirit of cooperation with other religious denominations that all may live together in order and harmony. The teachings of their faith, and the virtues of justice and charity which it inculcates, impel them to make a wholehearted and generous contribution to their country's welfare.

We express Our hope and wish that Tanzania will always adhere closely to the principles of freedom and of a concern for society that draws its inspiration from the higher values of the spirit. By so doing it will be faithful to Africa's traditions, and will ever fulfil the legitimate expectations of its people.

We would make special mention of the family. The Church holds this institution most dear, and endeavours to further its fundamental attributes of unity and indissolubility. And within the family, woman holds a position of particular importance. " Today the African woman is summoned to become ever more aware of her personal dignity, of her role as mother, and of her right to take part in the social life and progress of modern Africa "/

To Your Excellency, entrusted with the honour and responsibility of presiding over that great country in years so fraught with significance for its future, We once again express Our deep respect, Our warm friendship, and Our prayer that God may ever be your guide and your helper. We gladly impart Our Apostolic Blessing to you and to your family, and We invoke upon all the people of Tanzania the Lord's choicest favours of true prosperity and happiness.

[1] Message *Africae terrarum,* art. 36.

V

Habita in Basilica Liberiana, cum coetus haberentur Extraordinariae Episcoporum coactae Synodi. *

Venerati Fratelli e figli tutti carissimi in Cristo,

Nessuno di noi, certamente, si stupirà di questa nostra ((statio », durante il Sinodo Straordinario dei Vescovi, alla Basilica di Santa Maria Maggiore, a questo storico e venerato Santuario della pietà mariana, tanto caro alla Chiesa di Roma; e ciascuno di noi sentirà piuttosto rinascere dentro di sé uno spontaneo bisogno di effondere in pienezza la propria devozione alla Madonna, in un momento nel quale la nostra riflessione sulla nostra vocazione all'appartenenza al Corpo mistico di Cristo, che è la Chiesa, c'invita alla memoria e alla venerazione di Colei che fu del Corpo fisico del Figlio di Dio, fattosi Figlio dell'uomo, la beatissima Madre.[1]

Può avvenire talora che anche noi rivestiti del sacerdozio di Cristo, assorbiti nell'intento di giustificare il culto cattolico dovuto a Maria, nella controversia e nell'apologia verso coloro che ne impugnano la legittimità, o ne attenuano le ragioni, siamo solleciti di addurre i titoli biblici, teologici, tradizionali, affettivi, con i quali si configura la devozione alla Vergine, e lasciamo qualche poco languire l'espressione vissuta e filiale della nostra pietà verso di lei, trovando forse oggi meno facile di un tempo la conversazione pia e cordiale con Maria, che per essere Madre di Cristo secondo la carne è pure spiritualmente Madre nostra, Madre della Chiesa. Ma ecco che noi, radunati nel Sinodo, o attratti intorno alla sua celebrazione e ai temi che lo rendono di comune interesse, abbiamo sentito nei nostri animi un impulso felice, che ora ci guida a concludere l'assemblea sinodale vicino a Maria, sotto lo sguardo materno di lei.

Perciò, ragionando noi ancora sulla Chiesa, sulla sua essenza di comunione gerarchica, sul fatto e sul mistero della potestà generatrice conferita ad alcuni eletti e ministri del Popolo di Dio, abbiamo anche questa volta avvertito il rapporto che corre fra Maria e la Chiesa, e specialmente fra quelle membra della Chiesa, che nella Chiesa hanno le funzioni particolari di esprimere col ministero della parola il Verbo

*** Die 25 mensis octobris a. 1969.**

[1] **Cfr. S. Agostino, *PL* 40, 399.**

di Dio, di effondere per via sacramentale lo Spirito vivificante e santificante, di esercitare autorevolmente il servizio della guida pastorale dei fedeli nel pellegrinaggio temporale ed escatologico, cioè fra noi, Sacerdoti e Pastori, e Maria Santissima. A causa di questo rapporto siamo qui questa sera adunati.

Un rapporto di analogia : Maria è la Madre di Cristo, la Chiesa è la Madre dei cristiani ; e quanto più questo aspetto della Chiesa si fa evidente, quanto più il mistero dell'Incarnazione dal suo momento epifanico, Betlemme, si riflette, nella sua estensione storica, in ogni Chiesa locale e in questa Chiesa Romana, specialmente in questa Basilica, chiamata « la Betlemme di Roma », [2] allora tanto più facile e tanto più doveroso diventa l'accostamento fra Maria e la Chiesa, il confronto, la parentela. Qui ricordiamo tutti un pensiero basilare della teologia e della devozione mariana, un pensiero antico, che il Concilio ci ha richiamato,[3] quello di S. Ambrogio, che definisce Maria il « typus Ecclesiae »[4] e ancora : « figura Ecclesiae », [5] a cui S. Agostino fa eco : « Ipsa (Maria) figuram in se sanctae Ecclesiae demonstravit)) ; [6] perché la generazione virginale di Gesù è misticamente riprodotta in quella materna e soprannaturale della Chiesa rispetto ai fedeli. Parallelismo questo che ancor più ci avvicina a Maria : tutta la pienezza di grazia che fece di Maria la *tota pulchra,* la santissima, l'immacolata, non ha qualche riscontro nella ricchezza di grazia, ch'è stata versata sopra di noi, quando la sacra ordinazione ci ha assimilati a Cristo nei carismi della santità e della potestà ministeriale? Sarà sempre bello se noi faremo di Maria il nostro specchio sacerdotale, *speculum iustitiae* ...

La meditazione si prolunga senza fine, e dalla sfera mistica passa a quella morale. Maria è il modello della Chiesa.[7] Ella « racchiude in eminenza tutte le grazie e le perfezioni » della Chiesa;[8] quelle che noi dovremmo e vorremmo avere. Maria è maestra. È maestra a noi, che abbiamo l'ufficio d'essere, con la dottrina e con l'esempio, maestri del Popolo di Dio. E che cosa c'insegna Maria? Oh ! lo sappiamo : tutto il Vangelo.

[2] **Grisar.**
*** Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 63.**
[4] ***PL* 15, 1555.**
*** *PL* 16, 326.**
[8] ***PL* 40, 661.**
[7] **Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 53.**
[4] **Olier.**

Ma a noi, specialmente? oggi?

Lo studio si fa preghiera. Maria! insegna a noi l'amore; Maria ottiene l'amore; Maria, che ha concepito Cristo per opera dello Spirito Santo, l'Amore-Dio vivente, presiede alla nascita della Chiesa nel giorno della Pentecoste, quando il medesimo Spirito Santo invade il gruppo dei discepoli, primi fra questi gli Apostoli, e vivifica nell'unità e nella carità il corpo mistico e storico dei cristiani, l'umanità redenta. Siamo qua venuti per implorare, mediante l'intercessione di Maria, la perenne continuazione dello stesso miracolo, ad attingere da lei, come da sorgente, un fiume nuovo di Spirito Santo. Perché abbiamo riscoperto la comunione ecclesiale, che al livello apostolico chiamiamo collegialità, cioè un'intercomunione di carità e di efficienza apostolica, che noi vogliamo in questa fatidica età del mondo e della Chiesa meglio onorare e rendere meglio operante nel sentimento e nell'azione, mediante l'amore; quell'Amore che diede a Maria la virtù di generare Cristo, e che imploriamo per noi affinché siamo capaci di compiere la nostra missione generatrice di Cristo nel mondo. E innanzi tutto per noi lo domandiamo questo Amore, che in noi discendendo grazia si chiama e da noi risalendo in un « fiat », che fa eco a quello di Maria, è la nostra oblazione, è quella carità che speriamo non mai si estingua negli anni della vita mortale affinché arda per sempre in quella immortale.

Maria, l'amore chiediamo, l'amore a Cristo, l'amore unico, l'amore sommo, l'amore totale, l'amore dono, l'amore sacrificio; insegna a noi, ciò che già conosciamo e già umilmente e fedelmente professiamo: ad essere immacolati, come Tu lo sei; ad essere casti, cioè fedeli a quel tremendo e sublime impegno, ch'è il nostro sacro celibato; oggi, ch'è così discusso da molti e incompreso da alcuni. Sappiamo che cos'è: è, ancor più che uno stato, un atto continuo, una fiamma sempre ardente; è virtù sovrumana, e perciò bisognosa di soprannaturale sostegno. Tu, o Maria, sempre Vergine, facci ora comprendere non solo la paradossale essenza di questo stato, proprio del Sacerdozio latino, e per l'ordine episcopale e lo stato religioso anche delle Chiese d'Oriente, ma il valore: l'eroicità, la bellezza, la letizia, la forza; la forza e l'onore d'un ministero senza riserva, tutto teso alla dedizione e all'immolazione nel servizio degli uomini; la crocifissione della carne,[9] l'assoluta milizia del regno di Dio; Maria, aiutaci a capire; a capire di nuovo questa misteriosa

[9] *Gal.* 5, 24.

chiamata all'indivisibile sequela di Cristo.[10] Aiutaci ad amare così.

E la preghiera continua. Abbiamo notato come le pagine del Concilio, a Te dedicate, o *Virgo fidelis,* riconoscono in Te una prima virtù ; la prima virtù, che a Dio ci unisce, la fede. Chi penetra nel profondo della diagnosi dei bisogni di quest'ora tempestosa nella società, e per riflesso nella Chiesa di Dio, vede che ciò che più occorre alla Chiesa per essere in comunione con Cristo, e quindi con Dio e con gli uomini, prima d'ogni altra cosa è la fede, la fede soprannaturale, la fede semplice, piena e forte, la fede sincera, attinta alla sua fonte verace, la Parola di Dio, e al suo canale indefettibile, il magistero istituito e garantito da Cristo, la fede viva. O Tu, « beata che hai creduto confortaci col tuo esempio, ottienici questo carisma. Come saremmo seguaci di Cristo, se il dubbio, se la negazione mortificasse la nostra certezza?[12] Come potremmo essere testimoni, come apostoli, se la verità della fede si oscurasse nei nostri spiriti?

E poi, o Maria, chiederemo al tuo esempio e alla tua intercessione la speranza. *Spes nostra, salve!* Anche di speranza abbiamo bisogno, e quanta ! Tu sei, Maria, come conclude il Concilio la sua grande lezione sulla Chiesa di Dio,[13] immagine e inizio della Chiesa, la quale dovrà avere il suo compimento nell'età futura, così sulla terra, risplendi ora innanzi al Popolo di Dio quale segno di certa speranza e di consolazione, o *Mater Ecclesiae!*

VI

E.mis Patribus Cardinalibus et Exc.mis Praesulibus e Synodo Episcoporum, laboribus iam ad finem vergentibus. *

Honorati Fratres,

Synodum hanc extraordinariam iamiamque absolventes, pauca Nos, conclusionis causa, vobismet significare decet.

Gratias imprimis agimus vobis, quod ipsi interfuistis : haud enim parum Ecclesiae universali prodest, quod hunc tales viri, ut vos estis, congressi sunt, maximis nempe onerati et gravissimis muneribus curationis pastoralis ; quodque ipsi adeo intenta ac seria cura in conventus

[10] Cfr. *Mt.* 19, 12.
[11] *Lc.* 1, 45.
[12] Cfr. *Io.* 6, 67.
[13] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 68.
* Die 27 mensis octobris a. 1969.

huius negotia una simul incubuistis. Praeter vero gratiarum actionem, laeti fatemur tantopere Nos esse delectatos assiduitate cotidiana vestra, mentis animique studio, opera atque diligentia alacriter tributa huius Synodi ponderosis et frugiferis disceptationibus.

Persuasum insuper habemus unam certe remunerationem huius frequentiae vestrae, veluti fratrum esse hisce diebus inter vos colloquium, atque mutuam experimentorum, difficultatum, expectationumque fraternarum communicationem ; nec dubitamus quin magnum ceperit incrementum caritas ecclesialis, cum iterum omnes simus experti quam esset « bonum et iucundum habitare fratres in unum ».[1]

((In limine expeditionis », ut ita dicamus, efferre quoque debemus naturam omnino peculiarem huius extraordinariae Synodi : etenim idcirco extraordinaria nuncupatur, quod praeviis destinata est expediendis quaestionibus de futura regiminis ecclesiastici exsecutione, rationibus videlicet canonicis constituendis quae ex duobus recentis Concilii Vaticani Secundi institutis exstiterunt, collegialitate episcoporum, ab eo tam distincte enuntiata, atque Conferentiis Episcoporum variis in gentibus et locis ab eo studiosius commendatis. Haec autem indoles peculiaris proinde definitum propositum huius Synodi extraordinariae suapte natura demonstrat alias quoque generales Synodos posthac congregari oportere, quibus alia argumenta summi momenti, quae vitam tangant ipsam Ecclesiae, pervestigentur atque pertractentur.

Ad rem quod attinet, significandum vobis censemus, Nostram fore sedulam curam — quam quidem rem gratam potius quam manifestum officium putamus — ut maxima habeatur ratio « manifestationum sententiarum », hoc est suffragiorum, quae vos, Venerabiles Fratres, hodie mane tulistis et Praesidentiae Synodi tradidistis. Si autem pars horum suffragiorum « iuxta modum » lata erit, id postulabit a Nobis diligentem considerationem, cuius conclusio Nobis mature perpendenda erit coram Christo, in intimo conscientiae Nostrae sacrario, prout munus requirit Nobis concreditum Pastoris Supremi Ecclesiae Sanctae Dei : deinde Nostra de hac re sententia vobiscum quam primum communicabitur.

Attamen iam nunc Nobis videtur vos certiores fieri posse de Nostro proposito congruenti cum vestris votis, quod attinet ad convocationem Synodorum Episcopalium certis temporibus faciendam, modis ac formis iure statutis, nempe coetuum generalium vel extraordinariorum, non

[1] *Ps.* 132, i.

exclusa etiam convocatione Synodorum specialium, si id opportunum videbitur. Placet etiam Nobis consilium vestrum, amplissimis huius coetus suffragiis comprobatum, eo spectans, ut inde ab hoc anno celebratio Synodorum Episcopalium ordinarie fiat singulis bienniis, nisi rerum adiuncta aliud suaserint.

Pariter iam nunc vobis significare possumus Nostrum esse propositum, ut Secretaria Synodi ampliore efficientia donetur. Hanc ad rem maxima habebitur ratio votorum a vobis prolatorum, quod attinet ad auxiliatricem operam — quam Nos profecto utilem arbitramur — legitimis formis opportune statuendam et a Sacris Pastoribus praestandam, qui Episcopatus in toto terrarum orbe diffusi personam gerant; per ipsos etiam argumenta significari poterunt, quorum tractatio in Synodo necessaria visa erit.

Hinc vobis pateat fiducia, quam Nos in hoc instituto collocamus, quod quidem a doctrina et spiritu Concilii Oecumenici recens celebrato suam originem duxit; hoc autem institutum non eo spectat ut potestatum aemulationem gignat vel difficultates paret efficaci atque recte ordinato Ecclesiae regimini; spectat vero ut in rem deducatur mutua Romani Pontificis et Episcoporum propensio ad fovendam arctiorem communionem et sociam operam apte ordinandam.

Haec omnia, quod ad Nos spectat, efficienda Nobis proponimus, maxima sane et humanissima observantia prosequendo munera atque graves partes, in Nostros in episcopatu Fratres recidentia, sive cum singuli cogitantur, sive cum in legitimos canonicos coetus congregati sunt; neque tamen, id agentes — ut clare patet — illa vicissim munera Nostra atque graves easque proprias in Nos recidentes partes in animo habemus Nobis abiudicare; quae munera partesque sive illud Primatus carisma ab ipso Christo in suam Ecclesiam Petro concreditum, cuius humillimi sed veri sumus successores, sive officium, potius quam ius, eiusdem Primatus fideliter exercendi Nobis iniungunt. Etenim Summus Pontifex in universa Ecclesia veluti cordi assimulandus est, cuius munus eo spectat, ut caritas, a corde proficiscens et in cor ipsum rediens, sicuti per venas diffundatur; Ipse pariter aliquod viarum compitum dicendus est caritatis, quae omnes complectitur omnesque diligit: Petrum, enim, ut Sanctus Ambrosius scribit, Christus ((elevandus in caelum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat)).[2]

Itemque animo promptissimo sumus ad omnia legitima optata, quae

[2] ***Exp. sec. Luc.* X 175; *PL* 15, 1942.**

patefiant, ut locorum Ecclesiis pleniorem in modum concedantur ac probentur propriae notae peculiaresque necessitates et postulata, bene apteque in rem deducto principio illo ((subsidiarietatis », uti aiunt : quod sane principium postulat procul dubio ut cogitatione et re penitus usque intellegatur atque illustretur, Nosque idem in sua praecipua significatione prorsus admittimus. Attamen haudquaquam fieri potest, ut hoc principium cum quadam illius « pluralismi » postulatione confundatur, qui Fidem, morum legem et primarias Sacramentorum, necnon liturgiae et canonicae disciplinae formas laedat, eo potissimum spectantes ut necessaria unitas in universa Ecclesia servetur.

Nunc autem, iam ad finem vergentibus his diebus, quos precationi studioque omnes simul dicavimus, Nobis est cordi — neque dubitamus quin vestrum quoque omnium animum interpretemur — maxima cum reverentia omnes Episcopos, per terrarum orbem adlaborantes, et universam Ecclesiam consalutare ; qua in re praecipue recogitamus sacrum clerum, cuius opera summi pretii aestimanda est ad totius christiani populi utilitatem, immo indeclinabilis momenti, ut prorsus asseveramus, censenda — ubi sedulo flagrans, ubi fidelis, ubi ordine composita fuerit — tum ad difficultates evincendas, in quas Ecclesia in hoc mundo nunc incurrit, tum ad Christi regnum in praesenti aetate confirmandum atque prolatandum. Sciant profecto dilectissimi sacerdotes nostri, se a nobis ex imo pectore intellegi, amari, fulciri, benedictione donari ; sciant nos secura cum spe eorum validam adiutricem operam in christianae salutis ministerio exspectare.

Neque silentio praeterire volumus religiosorum sodalium sacrarumque virginum Familias, itemque universos alumnos, qui se praeparant ad vitam suam Dei et Ecclesiae servitio devovendam, nec non quotquot e catholicorum laicorum ordine testes et apostolos causae Christi se gerunt. At in primis sodales quoque utriusque sexus missionales hic memorare cupimus; atque, hac temporis occasione, qua corda nostra in caritate dilatantur, Christianos Fratres, adhuc a nobis seiunctos, omittere nolumus, continenter orantes atque ominantes, ut dies tandem, neque sero, illucescat, quo perfecta etiam cum illis communio in unicae Christi Ecclesiae fide caritateque instauretur.

Ad alios quoque hominum coetus nunc cogitatio Nostra convolat : ad eos, scilicet, qui in variis humani laboris campis operam praestant, ad iuvenes, ad pauperes, ad aegros : hisce omnibus, ad quos Nostrum Evangelii ministerium pertinere exoptamus, Nos ex hac Synodo amanter salutem dicimus beneque precamur. Placet etiam vota proferre Nostra

pro mundi pace Nostraque confirmare proposita eam tutandi ac promovendi in iustitia et concordi incremento communis prosperitatis.

Ita sermonis Nostri sit exitus, in nomine Domini !

Sed antea volumus gratias publice etiam referre istius extraordinariae Synodi sive bene meritissimis Praesidibus, qui tam multum contulerunt ad labores ordine recteque dirigendos, sive diligenti seduloque Secretario eiusque coadiutoribus; neque, ut aequum est, aliquod saltem laudis verbum iis omnibus deesse patimur, qui diurnariis scriptoribus praesto fuerunt, et, ut ita dicamus, aliquem effecerunt pontem, per quem notitiae inter hos reconditos coetus et publicam hominum opinionem pertransierunt; quorum propterea laude admodum digna opera fuit.

Dum etiam atque etiam vos singulos universos, hic praesentes, gratulatione Nostra prosequimur, affluentia Dei munera precibus invocamus, ut bonum semen, hos dies abunde sparsum, largiter fecundetur; atque caelestis huius dignationis pignus, simulque Nostrae semper impensae amantisque voluntatis testem, Apostolicam Benedictionem vobis ac vestris cuiusque Nationibus impertimus.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Peruviano populo missus a Beatissimo Patre, ob inauguratam inter Italiam et Peruviam coniunctionem notitiis ope satellitis perferendis. *

¡Hijos carísimos del Perú!

¡ **Nos** expresamos nuestras felicitaciones por la inauguración de la Estación del Satélite de Comunicaciones en el Perú !

Nos aprovechamos esta ocasión para dirigir un saludo ferviente a la dilecta Nación Peruana, queriendo ver, en la institución de este prodigioso medio de comunicación, el símbolo de la vocación del Pueblo del Perú hacia la conquista y el empleo de los modernos recursos de la ciencia y de la técnica, que caracterizan la civilización de nuestra época.

Nos formulamos votos para que este progreso levante el espíritu de las nuevas generaciones, por encima de las fronteras del mundo físico, y lo lleve a un descubrimiento más sublime e insustituible : el de la

*** Die 18 mensis octobris a. 1969.**

misteriosa y admirable presencia de Dios, creador y sapiente, digno de ser reconocido y celebrado en las maravillas de su obra. ¡ Gloria a Dios ! ¡ Loor al hombre que procede hacia el dominio del cosmos !

Nos formulamos además votos para que el uso de este admirable instrumento establezca relaciones no sólo más fáciles y más amplias entre las gentes de este mundo, sino también más amigables y fraternas, y contribuya a su prosperidad y a su paz.

Y, mientras nos complacemos con todos aquellos que tienen mérito en la instauración de esta estación viajera en el espacio, con los científicos y técnicos especialmente, con los Empresarios y con cuantos se ocupan del nuevo servicio, queremos enviar a las Autoridades civiles y religiosas, a todo el País, en particular a cada una de las Familias, a los Estudiantes, a los Trabajadores, a los Pobres y a quienes sufren, al entero y amado Pueblo peruano, nuestra afectuosa Bendición Apostólica.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis sacris Praesulibus et Christifidelibus, ob celebrandum diem rei missionali provehendae per totum terrarum orbem dicatum.

La nostra parola oggi è questa : procuriamo di rendere chiara e forte in noi, e intorno a noi, l'idea missionaria. Bisogna fare attenzione all'importanza nuova, che questa idea assume per il Popolo di Dio dopo il Concilio. È una idea che invade tutti i Fedeli, tutta la Chiesa. Essa entra nella definizione del cristiano : « Ad ogni discepolo di Cristo, dice il Concilio, incombe il dovere, per quanto è da lui, di diffondere la fede ». E ancora : « Tutti i figli della Chiesa devono avere la viva coscienza della loro responsabilità di fronte al mondo, devono coltivare in se stessi uno spirito veramente cattolico, devono spendere le loro forze nell'opera di evangelizzazione». È una vocazione per tutti; è un dovere di tutta la Chiesa : se è cattolica, deve essere, di natura sua, missionaria. Lo sapevamo da sempre; fino dai suoi tempi S. Agostino lo insegnava : ((Se tu vuoi amare Cristo, la tua carità deve abbracciare il mondo intero ». Ma il Concilio ha messo in evidenza questo dinamismo costituzionale della Chiesa.

Tutti siamo sotto questa pressione, questa urgenza della carità di Cristo, sia come comunità di credenti, sia come singolo Fedele :

nessuna categoria di cristiani può sottrarsi a questa vocazione apostolica; essa arriva anche a chi si ritira nella contemplazione; impegna i Laici: « Il Signore infatti, dice ancora il Concilio, desidera dilatare il suo regno anche per mezzo dei Laici fedeli ». Questa è la novità nella coscienza della Chiesa: l'istanza premente ed universale dell'apostolato.

Che cosa comporta questa istanza? Quella appunto di coordinarci tutti allo sforzo diffusivo del messaggio di Cristo da parte della Chiesa. Ripetiamo: non è oggi ammissibile l'indifferenza, l'apatia, l'egocentrismo spirituale, come se la causa del Vangelo riguardasse soltanto la Gerarchia, e le organizzazioni propriamente dedicate all'apostolato e alla evangelizzazione missionaria. Bisogna che ogni cristiano, desideroso d'essere coerente con la sua chiamata alla fede e alla professione, che essa comporta, apra l'animo al vento di Pentecoste; il soffio profetico dello Spirito Santo deve invadere ogni figlio e ogni figlia di Dio, rigenerati nella vita della grazia. Occorre perciò accendere in tutta la comunità cattolica la persuasione della necessità diffusiva della fede; occorre rianimare in tutti ed in ciascuno dei membri della Chiesa il fervore dell'apostolato, lo zelo della missione.

Ma avviene oggi che la parentela etimologica ed essenziale dei *due termini: « apostolato » e « missione »* induce spesso ad applicare questa parola « missione » ad ogni forma generica di attività apostolica. Noi adoperiamo adesso la parola « missione » nel suo significato specifico e tecnico di attività internazionale concepita e praticamente organizzata per evangelizzare i popoli non ancora cristiani, mediante l'opera di persone a ciò dedicate, scelte, preparate e autorevolmente mandate, cioè qualificate come « missionarie », le quali, sul sentiero degli Apostoli, predicano la parola di verità e generano le nuove Chiese. Cioè parliamo ora delle missioni in senso proprio. L'attenzione dei fedeli deve essere concentrata sull'ideale missionario propriamente detto; sulla natura, sugli scopi, sulle persone, sulle istituzioni delle missioni, quali sono configurate nel Decreto conciliare « Ad Gentes », sull'attività missionaria della Chiesa. Parliamo in modo speciale delle *Opere missionarie,* che fanno capo alla Santa Sede, come quelle che impegnano la nostra primaria responsabilità pastorale; che hanno davanti a sé l'intero panorama del mondo da evangelizzare; che sono collegate alla rete diffusa in tutta la Chiesa in favore di tutte le missioni cattoliche; che hanno la sensibilità estesa alla terra intera

dei bisogni missionari, e che sono amministrate con metodo collegiale e con criterio equanime di giustizia distributiva e di carità vigilante per ogni urgenza e per ogni opportunità d'intervento soccorritore.

E già da sé questa organizzazione ufficiale e centrale della Chiesa risponde ad una difficoltà, che è diffusa in certi settori della mentalità moderna, e che minaccia di rendere stagnante l'operosità missionaria; ed è quella relativa alla proclamazione conciliare della libertà religiosa, quasi ch'essa favorisca un irenismo agnostico e autorizzi l'indifferenza nei riguardi della verità religiosa e dell'imperativo apostolico, a cui è collegato il piano della salvezza : cioè, lo sforzo missionario non sarebbe più necessario. L'esistenza di Opere pontifìcie, espressamente qualificate per promuovere e per sostenere tale sforzo, dice ancor oggi il contrario, poiché la libertà religiosa, patrocinata dal Concilio, intende assicurare l'indipendenza della religione dalla incompetente ingerenza di ogni potestà profana ed esterna alla religione, ed anche da ogni abusivo esclusivismo sociale, o politico, in campo religioso ; essa non snerva il dovere apostolico, ma costituisce piuttosto la condizione civile per l'esercizio dell'attività missionaria, mentre questa stessa ci obbliga al rispetto delle coscienze nell'annuncio dell'unico vero messaggio della salvezza derivante dalla religione.

ÏC questa una visione sostanzialmente antica nella vera tradizione della Chiesa, ma che il Concilio ha rinnovata e precisata. E ciò, Fratelli e Figli carissimi, ci fa pensare al nostro bisogno di rinverdire su molti altri punti la nostra coscienza missionaria *con le idee nuove,* che l'ora presente offre alla nostra considerazione; e sono molte, come quella del progresso della solidarietà umana, che moltiplica con lo sviluppo della civiltà i rapporti fra i popoli, e obbliga cittadini e Governi dei Paesi meglio dotati ad un'assistenza spontanea e disinteressata verso i Paesi in via di sviluppo : ne abbiamo parlato nella nostra Enciclica *Populorum progressio;* ora, anche l'attività missionaria si colloca con amorosa priorità in questo disegno di umana e cristiana solidarietà.

Così pure l'atteggiamento del missionario nei riguardi dei Paesi da evangelizzare è molto evoluto : non è più quello che nella diversità delle culture vedeva un ostacolo irriducibile alla sua predicazione, ma quello che scopre valori indigeni meritevoli di rispetto e di ammirazione, degni d'essere compresi, favoriti e assunti, e con ciò stesso « purificati, corroborati ed elevati ». Il missionario non è perciò uno stra-

niero, che con la sua fede imponga la sua civiltà, ma è l'amico, il fratello, che si assimila al costume onesto dell'ambiente per infondergli il fermento vivificante del Vangelo. Questo atteggiamento missionario « pluralistico », rispetto alle espressioni del genio umano, e sempre ((unitario », rispetto all'unità della fede e della Chiesa, se fin dalle origini è stato norma costante dell'evangelizzazione, come già rilevava Pio XII nell'Enciclica *Evangelii praecones,* soprattutto al tempo nostro è particolarmente sentito.

Non vorremmo « strumentalizzare », Fratelli e Figli carissimi, queste grandi idee con la raccomandazione consueta, con cui si conclude il discorso sulle missioni, quella dei bisogni delle missioni stesse e del dovere, dell'onore di dare loro generoso soccorso. Ma così è ; non per un calcolo utilitario, ma per una necessità funzionale del disegno divino della evangelizzazione, per *una logica della carità* : essa ha bisogno di te, questa causa delle missioni; essa ha bisogno del tuo obolo : di amore, di preghiera, di offerta. Chi lo vorrebbe negare, quando è la causa di Cristo che si apre il suo misterioso cammino fino alle estremità della terra, dirige i suoi passi nella storia presente e futura del mondo, solleva i destini dei Popoli, si identifica con ogni uomo, senza di Lui derelitto a se stesso, raduna così la sua Chiesa e la guida, Pastore e Salvatore, all'incontro estremo della beata ed eterna rivelazione?

Dal Vaticano, 25 maggio 1969, Festa di Pentecoste.

PAOLO PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Maii 1969. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Risinitanae praefecit Exc. P. D. Paulum Botto, hactenus Archiepiscopum Calaritanum.

die 21 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Lucensi Exc. P. D. Alfredum Obviar y Aranda, hactenus Episcopum tit. Linoënsem.

die 23 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Calaritanae Emum P. D. Sebastianum S. R. E. Cardinalem Baggio.

die 27 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Valabriensi Exc. P. D. Laurentium Michaelem Graziano, hactenus Episcopum S. Michaelis.

die 29 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Monopolitanae Exc. P. D. Antonium D'Erchia, hactenus Episcopum titularem Podaliensem atque Praelatum Altamurensem et Aquavivensem.

die k Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Ambatensi Exc. P. D. Vincentium Rodrigum Cisneros Duran, hactenus Episcopum tit. Tigisitanum in Mauretania.

die 11 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Castellanae Tingitii Antoninum Nepomuceno, sodalem Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Gerardi Mongeau, Episcopi tit. Dianensis et Praelati Cotabatensis.

die 12 Iulii. — Abbatiali Ecclesiae Claravallensi in Brasilia R. D. Petrum Iosephum Agostini, e Congregatione Casamariensi Sacri Ordinis Cisterciensis.

die 21¡. Augusti. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Febianensi Exc. P. D. Antonium Guizar Valencia, hactenus Archiepiscopum Chihuahuensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Chihuahuensi Exc. P. D. Adalbertum Almeida Merino, hactenus Episcopum Zacatecensem.

die 80 Augusti. — Titulari Ecclesiae Vartanensi R. D. Carolum Minchiatti, Canonicum Capituli archidioecesani Perusini, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Blasii Musto, Episcopi Aquinatensis, Sorani et Pontiscurvi.

die 6 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Marturanensi R. P. Danielem Mariam a Conchas, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, saeculo Arnaldum Tomazella, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Hugonis Bressane de Araújo, Archiepiscopi-Episcopi Mariliensis.

die 8 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Yucatanensi Exc. P. D. Emmanuelem Castro Ruiz, hactenus Episcopum titularem Cincaritanum.

die 10 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Calabriensi Exc. P. D. Albertum Overbeke, Praelatum Baymbongensem.

die 29 Septembris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Glastoniensi Exc. P. D. Thomam I. Toolen, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Mobiliensem - Birminghamiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Mobiliensi Exc. P. D. Ioannem L. May, hactenus Episcopum titularem Tagarbalensem.

— Cathedrali Ecclesiae Birminghamiensi in Alabama, noviter erectae, Exc. P. D. Iosephum G. Vath, hactenus Episcopum titularem Novalicianensem.

die 8 Octobris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Astigitanae, Exc. P. D. Umbertum Malchiodi, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Placentinum.

die 4 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Placentinae R. P. D. Henricum Manfredini, praepositum parochum Basilicae Sancti Victoris Martyris in civitate vulgo Varese in archidioecesi Mediolanensi.

die 6 Octobris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Neoportensi Exc. P. D. Fultonium I. Sheen, hactenus Episcopum Roffensem in America.

— Cathedrali Ecclesiae Roffensi in America R. P. D. Iosephum L. Hogan, e clero eiusdem dioecesis Roffensis in America, Praelatum honorarium.

— Cathedrali Ecclesiae Grandormensi Exc. P. D. Iosephum M. Breitenbeck, hactenus Episcopum Tepeltensem.

die 17 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Campivallensi R. P. D. Vidonem Bélanger, e clero eiusdem dioecesis Campivallensis.

die 20 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Angelianae Exc. P. D. Stephanum A. Leven, hactenus Episcopum titularem Buritanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Satafensi R. P. D. Georgium E. Lynch, e clero dioecesis Raleighiensis, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Vincentii S. Waters, Episcopi Raleighiensis.

die 4 *Novembris.* — Titulari episcopali Ecclesiae Florianensi R. P. D. Bernardum Citterio, ex archidioecesi Mediolanensi, Rectorem Maiorem Seminariorum Mediolanensium, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Colombo, Archiepiscopi Mediolanensis.

II

DE REGISTRO DO ARAGUAIA

DECRETUM

De mutatione nominis et sedis

Cum urbs Guiratinga vulgo appellata ad praesens, sive incolarum frequentia, sive commoditate viarum, sive denique opibus commercii praestet aptiorque ad moderandam praelaturam de Registro do Araguaia evaserit locus, Excmus P. D. Camillus Faresin, Episcopus tit. Bubastitanus et Praelatus de Registro do Araguaia, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut eiusdem praelaturae de Registro do Araguaia sedes in praedicta urbe Guiratinga statueretur et nomen mutaretur.

Haec Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Emi P. D. Sebastiani S. R. E. Cardinalis Baggio, cum erat Nuntius Apostolicus in Brasilia, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hisce Litteris sedem praelaturae de Registro do Araguaia in urbe vulgo nuncupata *Guiratinga* statuit templumque paroeciale ibi extans Deo in honorem S. Ioannis Baptistae dicatum ad gradum et dignitatem ecclesiae praelatitiae evehit, cui insignia, privilegia iuraque omnia tribuit quibus ceterae praelatitiae ecclesiae iure communi fruuntur et ornantur.

Praeterea haec Sacra Congregatio decernit ut praelatura de Re-

gistro do Araguaia posthac *Guiratinguensis* appelletur, eiusque pro tempore Praelatus item Guiratinguensis nuncupetur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda S. Congregatio pro Episcopis Pontificium Administrum actu regentem Nuntiaturam Apostolicam in Brasilia deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 27 mensis maii anno 1969.

CAROLUS Card. **CONPALONIERI,** *Praefectus*

L. **S** S.

83 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

i

DECRETUM

De facultate Supremis Moderatoribus Religionum laicalium delegata sodalium votorum temporariorum saecularizationem concedendi.

Cum Superiores Generales Religionum laicalium nonnullas difficultates movissent circa usum facultatis n. 3 Decreti « Religionum laicalium » diei 31 Maii 1966 pro saecularizatione religiosorum sodalium a votis temporariis, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, re studio Consultorum commissa votoque Superiorum et Superiorissarum Generalium exquisito, quaestionem in Coetu Plenario diebus **8** et 9 Octobris nuper elapsi celebrato examinandam curavit.

Em.mi ac Rev.mi Patres deliberaverunt sodales vinculo votorum temporariorum in Institutis laicalibus virorum vel mulierum obstrictos, id libere petentes, in condicionem saecularem redigi posse, votis ipso facto solutis.

Summus vero Pontifex, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto die 13 Novembris 1969 concessa, Congregationis Plenariae deliberationem approbavit et publici iuris fieri iussit.

Quapropter, praesentis Decreti tenore, Supremis Moderatoribus Religionum laicalium virorum et mulierum facultas tribuitur, de consensu proprii Consilii, sodales vota temporaria professos, id petentes, in saecularem condicionem restituendi. Quo in casu vota temporaria ipso facto cessabunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Novembris 1969.

I. Card. **ANTONIUTTI,** *Praefectus*

L. © S.

E. Heston, C. S. C, *a Secretis*

II

DECRETUM

De ratione qua sodales laici regimen Institutorum religiosorum clericalium participare possint.

Clericalia Instituta religiosa, quae fratres conversos, cooperatores aliove nomine vocatos complectuntur, a Concilio Oecumenico Vaticano II monentur ut eos vitae et communitatis operibus arcte coniungant, eo consilio ut inter omnes sodales intimius sit fraternitatis vinculum (cfr. « Perfectae caritatis », n. 15).

Summus vero Pontifex Paulus VI per Litteras Apostolicas « Ecclesiae Sanctae » Motu Proprio datas, statuit ut Capitula Generalia modum explorent quo iidem sodales non clerici « gradatim in determinatis actibus communitatis et in electionibus votum obtineant activum, et in quibusdam muneribus etiam passivum » (« Ecclesiae sanctae », II, n. 27).

Cum autem in nonnullis clericalibus Institutis quaestio orta esset de muneribus quae — salva Instituti natura et indole clericali quam Capitula specialia mutare vetantur (cfr. « Ecclesiae sanctae » II, n. 6) —

praedicti fratres obire possent, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, postquam votum exquisivit sive Consultorum, sive Unionis Superiorum Generalium, quaestionem in Coetu Plenario diebus 8 et 9 Octobris nuper elapsi celebrato, examinandam curavit.

Omnibus mature perpensis Em.mi ac Rev.mi Patres deliberaverunt :

1. Capitula Generalia Institutorum religiosorum clericalium statuere possunt ut religiosi laici admitti valeant ad munera exercenda mere administrativa, veluti oeconomi, moderatoris officinae librariae aliorumque huiusmodi, quae cum ministerio proprie sacerdotali relationem directam non habeant.

2. Possunt pariter eisdem concedere vocem activam et passivam ad Capitula cuiusque gradus, atque ad electiones negotiorumque tractationem in iisdem Capitulis habendas, secundum mensuram et condiciones tum ipsa rerum natura impositas tum a Capitulo Generali statuendas.

3. Praeterea statuere possunt ut, iisdem limitibus servatis, sodales non clerici fungi valeant munere consiliariorum cuiusque gradus.

4. Sodales non clerici vero non poterunt munus Superioris vel Vicarii gerere sive generalis, sive provincialis, sive localis.

Summus Pontifex, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto die 13 Novembris 1969 concessa, Congregationis Plenariae deliberationes approbavit et publici iuris fieri iussit.

Quapropter Sacra Congregatio, praesentis Decreti tenore, Coetus Plenarii dierum 8 et 9 Octobris 1969 praefatas deliberationes promulgandas curavit.

Quae ergo a Capitulis Generalibus intra definitos limites, de quibus supra, concessa sunt, haec eadem Sacra Congregatio rata habet et approbat.

Praesens Decretum applicari potest etiam Societatibus vitae communis. Nullatenus tamen afficit Instituta « non mere laicalia » de quibus sermo est in n. 15 Decreti « Perfectae caritatis »; neque quidquam derogat iuri particulari quorumdam Institutorum, licet clericalium, quae, peculiari ratione sibi propria, condicioni sodalium non clericorum, probante Apostolica Sede, consuluerunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Novembris 1969.

I. Card. **ANTONIUTTI,** *Praefectus*

L. © S.

E. Heston, C. S. C, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 19 Decembris 1968. — Titulari episcopali Ecclesiae Sicilibbensi praefecit R. D. Mauritium Marie-Sainte, Vicarium Generalem archidioecesis Sancti Petri et Arcis Gallicae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Henrici Mariae Varin de la Brunelière, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 5 Maii 1969. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Torcellanae in Venetiis, Exc. P. D. Aloisium Paro, hactenus Episcopum titularem Diocaesariensem in Isauria, quem deputavit Delegatum Apostolicum in Australia et Papuasia-Nova Guinea.

die 17 Maii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Virunensi R. D. Iosephum Zabkar, e clero saeculari archidioecesis Salisburgensis, Antistitem Urbanum, quem deputavit Pro-Nuntium in Finlandia et Apostolicum Delegatum in Scandia.

die 29 Maii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Brixellensi Exc. P. D. Ioannem Hieronymum Adam, hactenus Archiepiscopum Liber opolitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Liberopolitanae R. D. Andream Fernandum Anguilé, e clero saeculari dioecesano, Vicarium Generalem archidioecesis Liberopolitanae.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Lupercianensi Exc. P. D. Albertum Vincentium D'Souza, hactenus Archiepiscopum Calcuttensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Calcuttensi Exc. P. D. Laurentium Trevor Picachy, hactenus Episcopum Jamshedpurensem.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Potentinae in

Piceno Exc. P. D. Adam Kozlowiecki, hactenus Archiepiscopum Lusakensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lusakensi R. D. Emmanuelem Milingo, sacerdotem Chipatensis dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Sciiamchiamensi Exc. P. D. Franciscum Xaverium Chen-Ping Hsu, hactenus Episcopum titularem Horrensem atque Administratorem Apostolicum Sciiamchiamensis dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Bonnensi, nuper erectae, R. P. Villelmum Mahony, Societatis Missionum ad Afros, Praefectum Apostolicum olim praefecturae apostolicae Ilorinensis.

— Cathedrali Ecclesiae Oyemensi, noviter erectae, Exc. P. D. Franciscum Ndong, hactenus Episcopum titularem Raphaneotanum atque Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Hieronymi Adam, Archiepiscopi Liber opolitani.

— Cathedrali Ecclesiae Kabalenae R. D. Barnabam Halem' Imana, Vicarium Capitularem eiusdem Kabalenae dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Machakosensi, noviter erectae, R. D. Raphaelem Ndingi, e clero nativo Nairobiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Andongensi, noviter erectae, -R. P. Renatum Dupont, Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Ijebuodensi, noviter erectae, R. D. Antonium Saliu Sanusi, e clero Lagoseno.

— Cathedrali Ecclesiae Agatsensi, noviter erectae, R. P. Alfonsum Augustum Sowada, Ordinis Sanctae Crucis, Vicarium Generalem archidioecesis Meraukensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Muzucensi in Byzacena R. P. Ioannem Pasquier, sodalem Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, Vicarium Generalem dioecesis Garuensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ivonis Plumey, Episcopi Garuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Capsensi R. D. Aemilium Njeru, e clero dioecesis Eldoretensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Brendan Houlihan, Episcopi Eldoretensis.

— Vicarium Apostolicum vicariatus apostolici Sancti Ioseph de Amazones constituit Exc. P. D. Rodulfum Laurentium Guibord Levesque, Episcopum titularem Lemfoctensem.

die 30 Maii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Tungrensi R. D. Henricum Lemaìtre, e clero dioecesano Antverpiensi, Antistitem Urbanum, atque Nuntiaturae Apostolicae in Austria Con-

siliarium, quem deputavit Delegatum Apostolicum in Dicione Vietnamiensi atque Cambogiensi.

die 6 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Menefessitanae Exc. P. D. Ignatium Doggett, hactenus Episcopum Aitapensem.

die 14 Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Yprensi R. D. Iosephum Mees, cleri saecularis archidioeceseos Mechliniensis-Bruxellensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, Nuntiaturae Apostolicae Consiliarium, quem deputavit Pro-Nuntium Apostolicum in Indonesia.

die 11 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Umbriaticensi Exc. P. D. Iacobum Vincentium Pardy, hactenus Episcopum Cheongiuensem.

die 26 Iunii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Troyniensi Exc. P. D. Stephanum Ferrando, hactenus Episcopum Shillongensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Gauhatinae-Shillongensi, nuper erectae, Exc. P. D. Hubertum D'Rosario, hactenus Episcopum Dibrugarhensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arsacalitanae Exc. P. D. Orestem Marengo, hactenus Episcopum Tezpurensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tezpurensi R. D. Iosephum Mittathani, e clero dioecesano.

— Titulari episcopali Ecclesiae Belalitanae Exc. P. D. Petrum Magoshiro Matsuoka, hactenus Episcopum Nagoyaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Nagoyaënsi R. D. Aloisium Nobuo Soma, parochum S. Ioannis Vianney, ex archidioecesi Tokiensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Strongulensi Exc. P. D. Nicolaum Verhoeven, hactenus Episcopum Manadoënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Manadoënsi Exc. P. D. Theodorum Moors, hactenus Episcopum titularem Chobiensem.

—• Cathedrali Ecclesiae Suratthanensi, noviter erectae, Exc. P. D. Petrum Carretto, hactenus Episcopum Ratchaburensem.

— Cathedrali Ecclesiae Rulengensi Exc. P. D. Christophorum Mwoleka, hactenus Episcopum titularem Zicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Mbararaënsi R. D. Ioannem Kakubi, e clero dioecesano.

— Cathedrali Ecclesiae Ratchaburensi R. D. Robertum Ratna Barungtrakul, e clero saeculari Ratchaburensi.

— Cathedrali Ecclesiae Silcharinae, nuper erectae, R. D. Denzil Reginaldum D'Souza, Moderatorem Seminarii Maioris archidioeceseos Calcuttensis.

— Cathedrali Ecclesiae Kayanae, noviter erectae, R. D. Constantinum Gnirma, e clero saeculari, Vicarium Generalem archidioeceseos Uagaduguensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Faleronensi R. D. Petrum Quinn, Vicarium Generalem archidioecesis Perthensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Lancellotti Ioannis Goody, Archiepiscopi Perthensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Muzucensi in Proconsulari R. D. Serapium Magambo, e clero saeculari, Vicarium Generalem dioecesis Arcis Portal, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Vincentii Me Cauley, Episcopi Arcis Portal.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ottocensi R. P. Patritium Webster, Priorem Monasterii Sancti Petri in archidioecesi Sancti Petri et Arcis Gallicae, in Martinicensi Insula, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iustini Iacobi Field, Episcopi S. Georgii in Insula Grenada.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sozusenae in Libya R. P. Vidonem Atilium Previtali, Ordinis Fratrum Minorum, iam Praefectum Apostolicum praefecturae apostolicae Misuratensis atque Administratorem Apostolicum vicariatus apostolici Tripolitani, quem constituit Vicarium Apostolicum Tripolitanum.

die 3 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Fundanae R. D. Ubaldum Calabresi, e clero saeculari dioecesis Setinae, Antistitem Urbanum atque Apostolicae Delegationis in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Consiliarum, quem deputavit Delegatum Apostolicum Regionis Maris Rubri.

die 7 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Hoimanae R. D. Eduardum Baharagate, e clero saeculari Ugandensi.

die 12 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Trebianae R. D. Ernestum Gallina, e clero saeculari Verulano-Frusinatensi, quem deputavit Pro-Nuntium Apostolicum in Cameroun et in Gabon atque Apostolicum Delegatum in Africa Centrali.

die 21f. Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Osakensi, nuper erectae, Exc. P. D. Paulum Yoshigoro Taguchi, hactenus Episcopum Osakensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuburnicensi R. D. Bartholomaeum Malunga, e clero nativo, Vicarium Generalem dioecesis Kaminaënsis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Victoris Mariae Keuppens, Episcopi Kaminaënsis.

die 13 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Masculitanae Exc. P. D. Claudium Bayet, hactenus Episcopum Ubonensem.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 2 Maii 1969. — Constituit R. D. Felixbertum Comacho Flores, e clero nativo dioecesano, Cappellanum Sanctitatis Suae, *Administratorem Apostolicum « sede plena ad nutum Sanctae Sedis, dioecesis Aganiensis.*

die 29 Maii. — Exc. P. D. Ioannem Aloisium Morgan, Episcopum titularem Membressitanum, *Vicarium Castrensem in Australia.*

— Exc. P. D. Laurentium Trevor Picachy, Archiepiscopum Calcuttensem, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Jamshedpurensis.*

die 9 Iulii. — Exc. P. D. Marcum Mihayo, Archiepiscopum Taboraënsem, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Mbuluensis.*

die 4 Augusti. — Exc. P. D. Vidonem Atilium Previtali, Episcopum titularem Sozusenum in Lybia atque Vicarium Apostolicum Tripolitanum, *Administratorem Apostolicum praefecturae apostolicae Misuratensis.*

die 7 Augusti. — Exc. P. D. Patritium Webster, Episcopum titularem Ottocensem, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Sancti Georgii in Insula Grenada,*

die 13 Augusti. — Exc. P. D. Hubertum D'Rosario, Archiepiscopum Gauhatinum-Shillongensem, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Dibrugarhensis.*

die 30 Augusti. — Exc. P. D. Paulum Cheng, Episcopum Tainanensem, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Kiayensis.*

die 16 Septembris. — R. P. Robertum Paradis, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, *Administratorem Apostolicum dioeceseos Churchillpolitanae-Sinus de Hudson.*

III

CHUNCHEONENSIS - WONIUENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut integrum territorium Praefecturae civilis de Hoengseon et partis Praefecturae civilis de Pyeongchang, scilicet Districtus civiles de Pyeongchangmyeong, Mitamyeong, Daehwamyeong et Bangrimmyeong, in dioecesi Chuncheonensi situm, dioecesi Woniuensi adscribantur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Hippoliti Rotoli, Archiepiscopi titulo Thibiucensis et Apostolici in Corea Pro-Nuntii, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium fines inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendare statuit ut territorium praedictarum circumscriptionum civilium, usque adhuc pertinens ad dioecesim Chuncheonensem, ab ipsa separetur atque dioecesi Woniuensi uniatur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 1 mensis maii a. D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

83 Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

IV

CHEONGIUENSIS-WONIUENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut integrum territorium Praefecturarum civilium de Jecheon et Danyang, in dioecesi Cheongiuensi situm, dioecesi Woniuensi adscribantur, Sa-

eram hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Hippoliti Rotoli, Archiepiscopi titulo Thibiucensis et Apostolici in Corea Pro-Nuntii, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium fines inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendare statuit ut territorium praedictarum circumscriptionum civilium, usque adhuc pertinens ad dioecesim Cheongiuensem, ab ipsa separetur atque dioecesi Woniuensi uniatur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 1 mensis maii a. D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. $ S.

83 Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

V

IHOSIENSIS-FARAFANGANÉNSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo opus evangelizationis in dioecesibus Farafanganensi et Ihosiensi in Insula Madagascaria facilius redderetur, Excmi ac Revmi Domini Camillus Antonius Chilouet, Episcopus Farafanganensis, et Aloisius Dusio, Episcopus Ihosiensis, ab hoc Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando modo expostulaverant ut territorium civile vulgo ((Midongy-sud)) nuncupatum a dioecesi Ihosiensi distraheretur et dioecesi Farafanganensi adnecteretur.

Quas preces haec Sacra Congregatio, audito favorabili voto Nuntiaturae Apostolicae in Republica Madagascaria, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Providentia Divina Papa VI sibi specialiter concessarum, praesenti Decreto statuit ut supradictum territorium civile a dioecesi Ihosiensi distrahitur et dioecesi Farafanganensi adscribatur.

Ad haec perficienda, Sacrum hoc Dicasterium Excûium ac Revmum

Dominum Michaelem Cecchini, Archiepiscopum titulo Aquileiensem et Apostolicum in Eepublica Madagascaria Pro-Nuntium, deputat, necessarias ei et opportunas tribuens facultates etiam subdelegabiles, onere insuper imposito ad eandem Sacram Congregationem remittendi authenticum exemplar documenti peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 13 mensis iunii a. D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., ***a Secretis***

VI

LULUABURGENSIS - LUDOVICANA

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expòstulatum sit ut limites inter archidioecesim Luluaburgensem et dioecesim Ludovicanam melius definiantur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Nuntiaturae Apostolicae in Congo, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium limites inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas eosdem statuit ac limites civilium districtuum quos vocant Tshishilu et Luisa, usque ad flumen tamen Mbuji-mayi, itemque limites civilium districtuum quos vocant Mboyi, Kavula et Tshitadi, usque ad flumen Kasai, ceteris finibus immutatis, ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 19 mensis iulii a D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. $ S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

INSTRUCTIO

DE CONSTITUTIONE APOSTOLICA « MISSALE ROMANUM » GRADATIM AD EFFECTUM DEDUCENDA

Constitutione Apostolica « Missale Romanum », a Summo Pontifice Paulo Pp. VI die 3 aprilis huius anni emissa, approbatum est novum Missale Romanum ex decreto Concilii Vaticani II instauratum. Tres deinde partes eiusdem Missalis usque adhuc prodierunt, nempe ((Institutio generalis Missalis Romani », atque ((Ordo Missae », decreto diei 6 aprilis 1969 a S. Rituum Congregatione promulgata; necnon « Ordo lectionum Missae » ab hac Sacra Congregatione die 25 maii 1969 editus. Ceterae Missalis Romani partes proxime foras dabuntur.

Praefatis autem documentis, statuitur ut a die 30 novembris, prima dominica Adventus, huius anni, novi ritus novique textus adhibeantur. Re quidem vera huius partis instauratae Missae exsecutio non paucas neque parvas difficultates prae se fert : hinc enim ingens opus requiritur tum ad populares interpretationes tum ad novas librorum editiones apparandas; hinc accurata et apta institutio est tradenda; hinc sacerdotum et fidelium consuetudines sunt congrua ratione mutandae.

Quapropter, plurium Episcoporum atque Episcopalium Conferentiarum petitionibus respondens, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino, approbante Summo Pontifice, eas quae sequuntur statuit normas, quibus Constitutio Apostolica « Missale Romanum » paulatim ad rem adducatur. Hae autem normae eas complent, quae ab hac Sacra Congregatione editae sunt die 25 iulii 1969, de editionibus et de usu novi Ordinis lectionum Missae.[1]

I. De Ordine Missae

1. A die 30 novembris 1969 adhiberi potest textus latinus Ordinis Missae instaurati.

2. Conferentiae autem Episcopales diem statuant a quo idem Ordo Missae cum textibus lingua vernacula exaratis adhiberi possit. Expedit

[1] ***A. A. S.* 61 (1969), pp. 548-549.**

tamen populares interpretationes textuum novi Ordinis Missae quamprimum confici et, rite approbatas, in usum deduci, iam antequam ceteri textus Missalis Romani in linguam vernaculam convertantur.

3. Populares interpretationes novi Ordinis Missae saltem « ad interim » approbandae erunt a Conferentia Episcopali (aut a Commissione liturgica nationali et saltem Consilio, quod praeest Conferentiae Episcopali) ; itemque erunt confirmationi huius Sacrae Congregationis proponendae.[2]

4. Textuum Ordinis Missae una sit popularis interpretatio pro omnibus regionibus quae eadem lingua utuntur.[3] Idem valet in alias partes quae directam participationem populi requirunt.

5. Ad Conferentias Episcopales pertinet novos modos approbare musicos pro partibus lingua vernacula a celebrante et a ministris canendis.[4]

6. Antequam vero ritus et textus novi Ordinis Missae in usum deducantur, opportuna catechesis, joperam in hanc rem conferentibus et Instituto liturgico nationali et Commissionibus liturgicis dioecesanis, suppeditetur atque instrumentis aptioribus (v. g. studiorum coetibus, congressionibus, scriptis in actis diurnis aut commentariis aliave ratione vulgandis, commentationibus ope radiophonica et televisifica edendis, etc.) tradatur, qua sacerdotes et fideles spiritualem vim novarum normarum percipere et penetrare valeant.

7. Singulae autem Conferentiae Episcopales diem quoque constituant quo Ordinem Missae, praeter casus infra, nn. 19-20 recensitos, necesse erit usurpare. Ille autem dies ultra diem 28 novembris 1971 reiciendus non erit.

8. Ad Conferentias Episcopales insuper spectat, auxilium ferentibus Commissionibus Episcopalibus competentibus atque Institutis liturgicis, necessaria decernere, circa ea elementa, quae in Institutione generali Missalis Romani ipsis committuntur statuenda, nempe :

a) gestus et corporis habitus fidelium tempore Missae ;[5]

[2] **Cfr. Declaratio circa interpretationes textuum liturgicorum «ad interim» paratas:** *Notitiae* **5 (1969), p. 68.**

[3] **Epistula ad Praesides Conferentiarum Episcopalium « De unica interpretatione liturgica populari in linguis pluribus in locis usitatis », die 16 octobris 1964,** *Notitiae 1* **(1965), p. 195; «Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple», die 25 ianuarii 1969, nn. 41-42:** *Notitiae* **5 (1969) pp. 11-12.**

[4] **Instructio** *Inter Oecumenici,* **die 25 septembris 1964, n. 42; Instructio** *Musicam Sacram,* **die 5 martii 1967, n. 57.**

[5] **Cfr. /.** *G.,* **n. 21.**

ö) gestus venerationis altaris et libri Evangeliorum;[6]

c) gestus ad pacem dandam;[7]

d) facultas habendi duas tantum lectiones in Missa diebus dominicis et festis de praecepto ;[8]

e) facultas qua mulieres lectiones biblicas ante Evangelium occurrentes proferre valeant.[9]

II. De aliis textibus Missalis Romani

9. Textus latinus Missalis Romani, simul atque hoc fuerit in lucem editum, adhiberi poterit.

10. Singulae autem Conferentiae Episcopales diem statuant a quo interpretationes populares textuum novi Missalis adhiberi possint. In hac autem re per gradus procedi potest, interpretationes textuum, ut primum fuerint approbatae, in usum inducendo successive, nec necessario exspectandum erit donec omnes textus in linguam vernaculam sint conversi. Hac ratione, in usum induci poterunt, ex. gr. textus ad Proprium de tempore spectantes, etsi textus Proprii de Sanctis aut Communium aut Missarum ad diversa vel votivarum nondum sunt parati. Expedit tamen huiusmodi novorum textuum partes in liturgiam induci initio alicuius temporis anni liturgici (ex. gr. Adventus, Quadragesimae, temporis paschalis).

11. Etiam populares interpretationes novorum textuum Missalis Romani approbandae erunt, saltem « ad interim », Conferentiae Episcopali (aut Commissioni liturgicae nationali et saltem Consilio Praesidentiae Conferentiae Episcopalis); itemque confirmationi huius Sacrae Congregationis erunt subiciendae.[10]

12. Conferentiarum Episcopalium est repertorium textuum lingua vernacula exaratorum apparare, qui pro cantu ad introitum, ad offertorium et ad communionem adhibeantur.[11] Huiusmodi autem repertorium dum approbabit, Conferentia Episcopalis viros peritos simul enixe cohortabitur ut eum augeant atque perficiant, prae oculis habitis textibus in novo Missali propositis, atque indole et notis peculiaribus uniuscuiusque linguae.

[6] **Cfr. *L G.*, n. 232.**
[7] **Cfr. /. *G.*, n. 56 b.**
[8] **Cfr. /. *G.*, n. 318.**
[9] **Cfr. *I.* *G.*, n. 66.**
[10] **Cfr. supra n. 3.**
[11] **Cfr. /. *G.*, nn. 26, 50, 56 e.**

13. Cum novus Ordo Missae adhibetur, antequam novum Missale Romanum est evulgatum, textus antiphonarum et orationum e Missali nunc vigente sumentur, iis quae sequuntur animadversis :

a) si antiphona ad introitum absque cantu profertur, semel tantum dicitur, absque versu psalmi et absque *Gloria Patri;* [12]

b) antiphona ad offertorium si non cantatur omittitur ; [15]

c) orationes super oblata et post communionem conclusionem obtinent breviorem.[1'4]

14. Singulae Conferentiae Episcopales diem decernant a quo textus novi Missalis Romani, exceptis casibus infra, nn. 20-21 recensitis, adhiberi iubebuntur. Praestat huiusmodi temporis spatium non ultra diem 28 novembris 1971 produci.

III. De Ordine lectionum Missae

15. Singulae Conferentiae Episcopales diem statuant a quo novus Ordo lectionum Missae adhiberi possit aut debeat.

16. Donec exspectatur interpretatio atque confirmatio ex parte huius Sacrae Congregationis textus novarum lectionum, Conferentiae Episcopales facultatem concedere possunt ut interim una vel plures usurpentur interpretationes sacrorum Bibliorum rite approbatae. Hoc autem in casu curabunt, ut prae manibus sint sacerdotibus indicationes biblicae necessariae (idest numeri capitum et versiculorum, « incipit », divisiones pericoparum) quae in Ordine lectionum Missae inveniuntur : quod valet praesertim pro lectionibus seriei B cycli dominicalis, a die 30 novembris 1969 usurpandi.

17. Donec habeantur textus novi lectionarii, retineantur lectiones hodierni Missalis Romani pro singulis partibus. Item « ad interim » servari possunt lectionum ordines ad experimentum approbati, qui nunc in usu habentur pro feriis, pro Missis quae cum aliquorum Sacramentorum celebratione conectuntur, pro Missis defunctorum, pro quibusdam Missis votivis, etc.[15]

18. Ad momentum liturgicum et pastorale psalmi responsorii servandum, Commissiones nationales competentes indicem ad tempus vigentem psalmorum et versuum conficiant, eos eligendo e repertorio,

[12] **Cfr. /. *O.*, n. 26.**

[13] **Cfr. /. *O.*, n. 50.**

[M] **Cfr. /. *G.*, n. 32.**

[14] **Instructio « De editionibus apparandis et de usu novi Ordinis lectionum Missae », die 25 iulii 1969, nn. 4-5.**

quod nunc in usu habetur, qui textibus Ordinis lectionum aptius respondeant.[16]

Ne omittant tamen eaedem Commissiones viros peritos impense hortari ut thesaurum traditum horum textuum earumque melodiarum augeant atque perficiant, prae oculis habentes textus in novo Ordine lectionum Missae propositos, atque indolem et notas peculiares uniuscuiusque linguae.

Eiusdem generis thesaurus componatur etiam pro versibus ante Evangelium.

IV. De quibusdam casibus peculiaribus

19. Sacerdotes aetate provecti qui Missam sine populo celebrant, quique graviores forsitan experiantur difficultates in novo Ordine Missae et novis textibus Missalis Romani et Ordinis lectionum Missae in usum assumendis, possunt, de consensu sui Ordinarii, ritus et textus qui nunc sunt in usu retinere.

20. Casus vero peculiares, videlicet sacerdotum infirmorum, aut aegritudine vel aliis difficultatibus laborantium, huic Sacrae Congregationi proponantur.

Praesentem Instructionem Summus Pontifex Paulus Pp. VI die 18 mensis octobris 1969 approbavit, et publici iuris fieri iussit, ut ab omnibus ad quos spectat accurate servetur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

E Civitate Vaticana, die 20 octobris 1969.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. & S.

H. Bugnini, *a Secretis*

[16] **Cfr. etiam textus communes pro cantu psalmi responsorii, nn. 174-175 Ordinis lectionum Missae.**

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

AGENNENSIS

Nullitatis matrimonii (Desplat - Petit)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Claudiae Petit, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 15 ianuarii 1970, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Claudiae Petit, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Nicolaus Ferrar o, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 17 mensis novembris a. 1969.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Claude Petit, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 janvier 1970, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Claude Petit, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

VINDOBONENSIS *

Nullitatis matrimonii (Zingarelli - Fluss)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Clotildis Fluss, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 31 ianuarii 1970, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Clotildis Fluss, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Angelus Di Felice, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 mensis novembris a. 1969.

Raphael Funghini, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Clotilde Fluss, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 31 janvier 1970, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Clotilde Fluss, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

14 novembre 1969. S. E. Revma Mons. Mo joli Ginseppe, Arcivescovo tit. di Larissa di Tessalia, *Nunzio Apostolico in Malta.*
15 » » Il Rev. Sac. Mercieca Giuseppe, *Prelato uditore del Tribunale della Sacra Romana Bota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

27 ottobre 1969. L'Illmo Dott. Argentieri Benedetto, *Delegato della Sezione Straordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*
6 novembre » Il Rev. Sac. Eid Emilio, *Promotore di Giustizia e Difensore del Vincolo a. i. del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*
22 » » L'Emo Signor Card. Conway Guglielmo, Arcivescovo di Armagh, *Membro della Sacra Congregazione per i Vescovi.*
25 » » Il Rev.mo Mons. Storero Luciano, *Delegato Apostolico in Ceylon.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotario Apostolico « ad instar participantium » :

4 aprile 1967. Monsig. Sewel Guglielmo (Salford).

Protonotari Apostolici soprannumerari:

1 marzo 1969. Monsig. Rast Giovanni (Fribourg).
16 giugno » Monsig. Giraud Giacomo (Port-Louis).
22 settembre » Monsig. Riccardi Ezio (Tortona).

Prelato Domestico di Sua Santità:
(ora *Prelato d'onore di Sua Santità)*

12 gennaio 1968. Monsig. Mullins Daniele Giuseppe (Cardia!).

Prelati d'onore di Sua Santità:

9 agosto 1968. Monsig. Collingwood Cutberto (Westminster).
25 novembre » Monsig. Jaworowicz Edoardo (Grand Rapids).
» » » Monsig. Quadere Emmeram (Grand Rapids).
13 dicembre » Monsig. Doran Vilfrido (Birmingham).
» » » Monsig. Thomas Francesco (Birmingham).

28	dicembre	1968.	Monsig. Niessen Bernardo (Köln).
»	»	»	Monsig. Richter Carlo Giuseppe (Köln).
14	gennaio	1969.	Monsig. Cemón Tommaso Martino (Galveston-Houston).
»	»	»	Monsig. Connoly Giovanni Dionisio (Galveston-Houston).
»	»	»	Monsig. Ganter Bernardo Giacomo (Galveston-Houston).
»	»	»	Monsig. Tydlacka Girolamo Giuseppe (Galveston-Houston).
»	»	»	Monsig. Urbanowski Francesco (Galveston-Houston).
25	»	»	Monsig. Doms Eriberto (Breslavia).
18	febbraio	»	Monsig. Fee Giovanni (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Fiatlei Guglielmo (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Gillooley Giuseppe (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Kelly Francesco (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Keul Francesco (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Mazzone Vito (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. McCarty Enrico (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. McDonough Guglielmo (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. McHale Giovanni (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. McNelis Francesco (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Moors Federico (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Nace Arturo (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. Naja Giovanni (Philadelphia).
»	»		Monsig. 0'Donnei Guglielmo (Philadelphia).
»	»	»	Monsig. O'Neill Giovanni (Philadelphia).
	»	»	Monsig. Statkus Francesco (Philadelphia).
»	»		Monsig. Sullivan Eugenio (Philadelphia).
19	»	»	Monsig. Johnson Edwin Giacomo (Dallas - Fort Worth).
»	»	»	Monsig. Rehkemper Roberto Clarenzio (Dallas - Fort Worth).
24	»	»	Monsig. Leonard Daniele (Birmingham).
25	marzo	»	Monsig. Domanig Francesco (Wien).
»	»	»	Monsig. Neary Tommaso Giuseppe (Monterey in California).
17	aprile	»	Monsig. Drone Raffaele (Belleville).
»		»	Monsig. Albert Giovanni (Rochester).
»		»	Monsig. Prokopovitsh Giovanni (Scranton).
»	»		Monsig. Wadowicz Giuseppe (Steubenville).
»	»		Monsig. Lightcap Tommaso (Worcester).
1	maggio	»	Monsig. Grzeskowiak Edoardo Stefano (Saint Paul and Minneapolis).
»	»	»	Monsig. Lucker Raimondo Alfonso (Saint Paul and Minneapolis).
»	»	»	Monsig. Schuck Davide Bernardo (Saint Paul and Minneapolis).
»	»	»	Monsig. Steiner Clarenzio Giovanni (Saint Paul and Minneapolis).
	»	»	Monsig. Farrel Patrizio (Seattle).
»	»	»	Monsig. Murphy Giovanni (Seattle).
14	»	»	Monsig. Cremin Patrizio Francesco (Kerry).

14	maggio	1969.	Monsig. Nolan Guglielmo (Manchester).
»	»	»	Monsig. Alvarez Casimiro (Manila).
»	»	»	Monsig. Borlongan Giorgio C. (Manila).
»	»	»	Monsig. Luague Fabiano (Manila).
»	»	»	Monsig. Encarnación Gorgonio (Manila).
»	»	»	Monsig. Reyes Alfredo (Manila).
»	»	»	Monsig. Caoili Laureano (Manila).
»	»	»	Monsig. Nuguid Michele (Manila).
»	»	»	Monsig. Sobrevifias Emanuele (Manila).
»	»	»	Monsig. Gungon Protasio (Manila).
20	»	»	Monsig. Glynn Francesco (New York).
»	»	»	Monsig. Lyons Giovanni (New York).
7	giugno	»	Monsig. Busemeyer demente (Cincinnati).
»	»	»	Monsig. Lunn Giacomo Nelson (Cincinnati).
»	»	»	Monsig. Weis Otmaro (Mainz).
»	»	»	Monsig. Brown Giovanni Luigi (Raleigh).
»	»	»	Monsig. O'Connor Carlo Borromeo G. (Raleigh).
10	»	»	Monsig. Brown Roberto (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Cappelli Angelo (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Cornelius Guglielmo (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Marshall Giacomo (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Punke Roberto (Steubenville).
13	»	»	Monsig. Sheehy Gerardo (Dublin).
16	»	»	Monsig. Nagapen Amedeo (Port-Louis).
»	»	»	Monsig. Piekorz Edmondo (Regensburg).
19	»	»	Monsig. Astorri Angelo (Piacenza).
22	luglio	»	Monsig. Connell Andrea (Boston).
»	»	»	Monsig. Culhane Guglielmo (Boston).
»	»	»	Monsig. McManus Paolo (Boston).
»	»	»	Monsig. McNamara Eugenio (Boston).
»	»	»	Monsig. Mulcahy Giovanni (Boston).
»	»	»	Monsig. Mulligan Edoardo (Boston).
»	»	»	Monsig. Scully Francesco (Boston).
»	»	»	Monsig. Welch Giovanni (Boston).
»	»	»	Monsig. Dossena Luigi (Crema).
4	agosto	»	Monsig. Noè Virgilio (Pavia).
7	»	»	Monsig. Pastor Giovanni (Lucena).
»	»	»	Monsig. Politi Antonio (Ortona e Lanciano).
22	settembre	»	Monsig. Carenzio Domenico (Tortona).
»	»	»	Monsig. Gatti Luigi (Tortona).
»	»	»	Monsig. Marchesi Angelo (Tortona).
»	»	»	Monsig. Mola Luigi (Tortona).
»	»	»	Monsig. Pulicini Santo (Tortona).
»	»	»	Monsig. Repetto Giuseppe (Tortona).
23	»	»	Monsig, Orlandazzi Giovanni (Fidenza).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

22	ottobre	1968.	Al sig. Stein Ottone (Wien).
5	aprile	1969.	A S. E. il sig. Figueroa Gustavo *(Argentina).*
»	»	»	Al sig. Me Gough Guglielmo *(Argentina).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	marzo	1969.	Al sig. Liguori Antonio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22	ottobre	1968.	Al sig. Paulitschke Carlo Erardo (Wien).
11	dicembre	»	Al sig. Steiner Giovanni (Graz-Seckau).
»	»	»	Al sig. Meyer Giovanni (Wien).
»	»	»	Al sig. Resch Leopoldo (Wien).
21	gennaio	1969.	Al sig. Tricca Vittorio (Sansepolcro).
29	»	»	Al sig. Demain Ruggero (Malines-Bruxelles).
6	febbraio	»	Al sig. Fanti Domenico (Roma).
13	»	»	Al sig. Cuomo Alfonso (Napoli).
»	»	»	Al sig. Decina Giuseppe (Napoli).
»	»	»	Al sig. Di Pace Vittorio (Napoli).
»	»	»	Al sig. Cardone Mario (San Severo).
14	»	»	Al sig. Démange Paolo *(Principato di Monaco).*
19	»	»	Al sig. Cocchia Antonio (Siena).
24	»	»	Al sig. Caligo Domenico (Perugia).
»	»	»	Al sig. Franco Nino (Roma).
26	»	»	Al sig. Capuzzo Mario (Adria).
»	»	»	Al sig. Ferretti Alessandro (Bergamo).
»	»	»	Al sig. Bennati Alessandro (Comacchio).
28	»	»	Al sig. Morbegno Rosario (Roma).
8	marzo	»	Al sig. Iorio Alfredo (Roma).
»	»	»	Al sig. Pisani Ettore (Roma).
4	»	»	Al sig. Lecchini Davide Achille (Pontremoli).
»	»	»	Al sig. Parenti Adami Angiolo (Siena).
10	»	»	Al sig. Acampora Giovanni (Sorrento).
»	»	»	Al sig. Santoro Michele (Roma).
12	»	»	Al sig. Bonzanini Mario (Vigevano).
21	»	»	Al sig. Ricco Gennaro (Cagliari).
»	»	»	Al sig. Rubino Augusto (Udine).
23	»	»	Al sig. Russo Giovanni (Roma).
25	»	»	Al sig. Boldoni Attilio *(Italia).*
28	»		Al sig. Minhoto Emanuele (San Francisco - *California)*

Il Cavalierato dell'Ordine dì san Silvestro Papa:

5	ottobre	1968.	Al sig. Gibbs Giuseppe (Saint George's).
11	novembre	»	Al sig. van den Born Marino Leeudert (Roermond).
22	»		Al sig. Salzmann Uberto (Linz).
»	»	»	Al sig. Wibiral Norberto (Linz).
11	dicembre		Al sig. Boots Giovanni (Haarlem).
»	»	»	Al sig. De Hoog Giovanni Cornelio M. (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Hauser Francesco (Graz-Seckau).
»	»	»	Al sig. Hirsch Rodolfo (Graz-Seckau).
»			Al sig. Nieuwenhuys Giovanni Enrico (Utrecht).
»		»	Al sig. Omtzigt Adriano Enrico (Utrecht).
20	»		Al sig. Weis Francesco (Graz-Seckau).
14	gennaio	1969.	Al sig. List Rodolfo Antonio (Graz-Seckau).
»	»	»	Al sig. Gustenhoven Ferdinando Gustavo (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Cremers Giovanni Pasquale I. (Roermond).
21	»	»	Al sig. Snijders Pietro Giuseppe (Roermond).
»	»	»	Al sig. Pinna Pio (Roma).
»	»	»	Al sig. Valencia Ibaüez Edmondo (Santa Cruz de la Sierra).
13	febbraio		Al sig. Bischoff Augusto C. (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Caiazza Luigi (Napoli).
17	»	»	Al sig. Santori Antonio (Pescara).
8	marzo	»	Al sig. Rus Romano (Roma).
4	»	»	Al sig. Oriscuoli Giovanni (Roma).
10	»	»	Al sig. Iodice Vincenzo (Roma).
21	»	»	Al sig. Fanton Felice (Udine).
»	»		Al sig. Zedinek Giovanni (Wien).

NECROLOGIO

2	luglio	1969.	Monsig. Gori Giuseppe, Vescovo di Nepi e Sutri.
2	novembre	»	Monsig. Gomes Jardim Serafini, Arcivescovo tit. di Anasarta.
14	»	»	Monsig. Bonacini Giuseppe, Vescovo di Bertinoro.
24	»	»	Monsig. da Rocha José Mauricio, Vescovo di Bragança Paulista.
29	»	»	Monsig. Dalton Patrick Joseph, Vescovo di Yola.
6	dicembre	»	Monsig. Zela Stanislav, Vescovo tit. di Arpasa.

An. et vol. LXI 30 Decembris 1969 N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

AUSTRALIAE

Vicariatus Castrensis Australiae erigitur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summi Pastoris qui munere fungimur, nihil hoc sanctius agitamus in mente quam ut omnibus populis sacratissimam Christi religionem tradamus et peculiares fidelium coetus opportunis instruamus spiritualibus auxiliis. Quam ob rem, cum Conferentia Episcopalis Australiana, instante venerabili Fratre Thoma McCabe, Episcopo Vollongensi et adhuc pro spirituali militum australianorum cura « Director » seu «Inspector », enixe postulaverit ut pro christifidelibus exercitus Australiae Vicariatus Castrensis constitueretur, Nos, de sententia Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, post auditum venerabilem Fratrem Dominicum Enrici, Archiepiscopum tit. Ancusensem atque in Australia et Papuasia-Nova Guinea Apostolicum Delegatum, deque suprema Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, his praesentibus Nostris Litteris

Vicariatum Castrensem Australiae erigimus et constituimus; qui constabit : Vicario Castrensi, tribus cappellanis maioribus pro copiis terrestribus et aëriae ac navalis classis, necnon cappellanis minoribus, qui militum cappellani nuncupabuntur. Sedes Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Camberrae statuimus; quae ad instar Curiae dioecesanae efformabitur et ad eam pertinebunt : Vicarius Generalis, Cappellani maiores seu Vicarii quasi-episcopales, consultores ceterique administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii videantur. A causis non ab Apostolica Sede reservatis et in prima instantia pertractatis coram iudicio Vicarii Castrensis, fiat appellatio ad Metropolitam seu Archiepiscopum, semel pro semper electum, praehabita S. C. de Propaganda Fide approbatione. Vicario autem Castrensi, a Nobis per decretum eiusdem Congregationis eligendo et episcopali seu archiepiscopali dignitate cohonestando, iurisdictio ordinaria erit, personalis, tum fori interni tum fori externi, specialis et cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis « Sollemne semper » seu de « Vicariis Castrensibus » a S. C. Consistoriali, die vigesimo tertio mensis aprilis, a. D. **MCKLI** editae. In stationibus seu praesidiis militaribus primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercet, secundo, quoties scilicet Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, etiam extra Australiam, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis, quatenus opus erit, consiliis cum Vicario Castrensi et militum ducibus. Eidem autem facultatem tribuimus constituendi Vicarium Delegatum seu pro-Vicarium Castrensem, cui, congrua congruis referendo, munia conferantur quibus C. I. C. Vicarium Generalem instruit. Vicarii Castrensis iurisdictioni subdantur : — Sacerdotes saeculares et regulares qui munus cappellani militum, in bonum animorum, apud Australiae copias legitime exerceant; — universi christifideles qui in copiis terrestribus seu aëriae et navalis classis, Australianae nationis, actu stipendia faciunt; omnes pariter fideles qui memoratis copiis addicantur, dummodo legibus pro iisdem latis adstringantur ; — familiae eorum qui supra memorantur, seu uxores, liberi, famuli, propinqui et necessarii qui cum illis in stationibus militaribus cohabitent vel extra patriam eosdem comitentur; — omnes utriusque sexus fideles qui in nosocomiis, eorumque accessionibus vel scholis militaribus addicti sint et ibidem cohabitent; — omnes tandem christifideles qui intra copiarum stationes habitent; Cappellanos omnes constituet, servatis ser-

vandis, Vicarius Castrensis; Cappellanos autem maiores necessariis et opportunis facultatibus pro copiis regendis, ad instar Vicariorum Episcopalium instruet. Militum cappellani animorum sibi commissorum curam gerent ad normam memoratae Instructionis « Sollemne semper ». Cappellani militum sive maiores sive minores, quoad ecclesiasticam disciplinam Vicario Castrensi omnino subdantur, sed potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, subiciantur. Huic ergo in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non possit, fas est in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, monito confestim Vicario Castrensi. Quoad militum cappellanos religiosos, si forte adsint, adamussim servetur Instructio « de Cappellanis militum religiosis » a S. C. Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, die secundo mensis februarii a. D. MCMLV edita, nisi in casibus specialibus a S. C. pro Gentium Evangelizatione aliter provideatur. Cappellani valide et licite audire poterunt confessiones quorumlibet ad se accedentium in locis militibus reservatis, et etiam extra hos locos, nisi Ordinarius loci id iisdem expresse negaverit. Ad matrimonium quod attinet subditorum Vicariatus Castrensis districte servetur praescriptum canonis 1097, 2 C.I.C., id est « pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset », et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi solent. In conficienda Relatione de statu Vicariatus Castrensis quae singulis quinquenniis Apostolicae Sedi exhibenda est, Vicarius Castrensis quaesitis respondeat iuxta ea quae in ((Formula servanda » praescripta sunt a S. C. Consistoriali die vigesima mensis octobris, anno Domini MCMLvi, statuta. Vacante officio Vicarii Castrensis, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, eius munus devolvetur ad pro-Vicarium, si adfuerit; secus ad Cappellanum maiorem qui ad normam can. 106, 3 C.I.C. praecedit. Qui autem huiusmodi munus assumpserit facultatibus fruatur atque oneribus adstringatur quae ius commune, congrua congruis referendo, Vicario Capitulari tribuit. Eiusdem praesertim erit de assumpto officio S. C. de Propaganda Fide certiorem facere ab eaque instructiones impetrare. Ceterum haec omnia quae mandavimus ad exitum adducat venerabilis Frater Dominicus Enrici, cuius meminimus, vel quem ipse delegaverit. Rebus vero factis, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad S. C. de Propaganda Fide cito mittantur.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse volumus, contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Ap. Cane. tao. vol. CXXXIII, n. 28.

II

GUATIMALENSIS
(ESCUINTLENSIS)

Quodam separato territorio ab archidioecesi Guatimalensi, nova conditur praelatura, nomine « Escuintlensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De animorum bono quam qui maxime sollicitus, putavit venerabilis Frater Noster Marius S. R. E. Cardinalis Casariego, Archiepiscopus Guatimalensis, haud parum utilitatis fidelibus suis provenire si, diviso territorio archidioecesis suae amplissimo, nova ibi locorum ecclesiastica circumscriptio constitueretur. Cumque, post auditum hoc super negotio Episcoporum Guatimalensium Coetum, ut votis suis ac precibus accederemus a Nobis petierit, libenti Nos animo sequentia decernimus ac iubemus, de sententia quidem sive venerabilis Fratris Hieronymi Prigione, Archiepiscopi titulo Lauriacensis atque in Republica Guatimalensi Apostolici Nuntii, sive venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt. Ab

archidioecesi Guatimalensi territorium seiungimus civilis provinciae seu Departamento vulgo Escuintla, eoque novam praelaturam condimus, *Escuintlensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac civilis qua constat provincia. Constitutae praelaturae sedem in urbe Escuintla poni volumus, in eaque quod exstat curiale templum, Deo dicatum in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae, tamquam praelaticium haberi, cum iuribus congruis. Praelatus autem Ordinarius praeterquam quod iustis iuribus fruetur, propriis etiam obligationibus tenebitur, iuxta Codicis Iuris Canonici leges et praescripta. Escuintlensem praeterea praelaturam suffraganeam metropolitanae Sedi Guatimalensi facimus, eiusque Praelatum Ordinarium eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi iurisdictioni obnoxium. Mensam praelaticiam, quam dicunt, efficient Curiae emolumenta, a fidelibus sponte oblatae pecuniae atque bonorum pars, quae ei obvenient ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Ad Seminarii aedificationem quod attinet alumnorumque sacrorum institutionem serventur normae iuris communis atque decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », peculiaresque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica leges. Quod insuper spectat regimen et administrationem conditae Ecclesiae, Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem aliaque id genus, religiose quae sacri canones praescribunt serventur. Simul ac praelatura Escuintlensis constituta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in qua beneficium vel officium habeant; ceteri autem sacerdotes Seminariique alumni ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta novam praelaturam respicientia ad eius Curiam mittantur in tabulario custodienda. Ea tandem quae praescripsimus ut ad effectum adducat curet venerabilis Frater Hieronymus Prigione, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit ad Sacram Congregationem pro Episcopis congrua documenta de more exarata mittat, signata atque sigillo impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **GONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. CXXXI, n. 87.

III

REGISTRENSIS ET ALIARUM
(SANCTI FELICIS)

Quibusdam territoriis separatis a praelaturis Registrensi, Sanctissimae Conceptionis de Araguaia et Cristalandiensi, nova conditur praelatura, nomine « Sancti Felicis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo commodius suorum fidelium utilitati consulerent, censuerunt venerabiles Fratres Camillus Faresin, Episcopus titulo Bubastitanus et Praelatus Registrensis, Iacobus Antonius Schuck, Episcopus titulo Avissensis et Praelatus Cristalandiensis, atque Aloisius Antonius du Noday, Administrator Apostolicus « sede plena » Sanctissimae Conceptionis de Araguaia, posse, quibusdam detractis e suis Sedibus territoriis, aliam praelaturam ibi locorum constitui. Quod cum Apostolicae huic Sedi proposuerint, libenti Nos animo, audito antea scilicet venerabili Fratre Sebastiano Baggio, Apostolico iam in Brasilia Nuntio, deque sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositorum, sequentia decernimus atque iubemus. **A** praelaturis Registrensi et Sanctissimae Conceptionis de Araguaia integrum territorium seiungimus municipii vulgo Luciara appellati, ut nunc lege civili terminatur ; a praelatura autem Cristalan-

diensi integram insulam Bananal appellatam, atque ab eadem praelatura Begistrensi partem septemtrionalem municipii vulgo Barra do Garças, iisque terris praelaturam condimus *Sancti Felicis* nomine, cuius hi erunt fines : ad septemtrionem, limites praelaturae Sanctissimae Conceptionis de Araguaia, qui nunc videlicet civiles status limitant, vulgo Para et Mato Grosso ; ad orientem solem, limites praelaturae Cristalandiensis et, ad occidentem solem, praelaturae Adamanteae, id est flumina vulgo Araguaia et Xingú; ad meridiem autem linea quae, procedens a confluentibus fluminibus Peixe et Araguaia appellatis, pergit inter occasum et septemtrionem, usque ad confluentes rivos Cururú et Das Mortes ; hinc vero via recta usque ad confluentes fluvios Couto de Magalhaes et Xingu. Novae praelaturae sedes in urbe Sancto Felice ponetur, cathedra autem praelaticia in curiali sacra aede, Deo dicata in honorem Sancti Felicis de Valois, quam ad dignitatem templi praelaticii attollimus, cum iuribus et privilegiis congruis; Praelatus scilicet, praeterquam quod debita iura habebit, officiis etiam et obligationibus tenebitur, ad normam iuris communis. Decernimus praeterea ut eadem praelatura suffraganea sit metropolitanae Sedi Cuiabensi ; itemque Praelatus Ordinarius, eiusdem Sedis Archiepiscopo; ut mensa praelaticia Curiae emolumentis constituatur, fidelium pecuniis atque bonorum parte, quae praelaturae Sancti Felicis obvenient, ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ; ut, ad Seminarii aedificationem quod attinet alumnorumque educationem, serventur praescripta iuris communis, in primisque normae decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius », atque regulae peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; ut Seminarii alumni, qui ingenio simulque virtute excellant, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi; ut demum, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in cuius territorio beneficium vel officium legitime habeant ; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta praelaturam conditam respicientia ad eius Curiam cito transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat qui tempore exsecutionis Nuntiaturae Apostolicae in Brasilia praeerit, vel ab eo delegatus sacerdos ; qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaranda curet ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta oflîcere

poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CANFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Gaspar Cantagalli, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, ». 76'.

IV

ILORINENSIS

Praefectura apostolica liorinensis ad gradum dioecesis evehitur, eodem nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Verba sanctissima* Christi, caelos conscendentis : « Et eritis mihi testes in Ierusalem, et Iudaea, et in omni Samaria, et usque ad ultimum terrae)) *{Act.,* 1, 8), tum Apostolorum ipsorum praedicatione, tum Christi praeconum industria et labore, tum summorum Pontificum cura ac sollicitudine tam feliciter cesserunt, ut nullus sit populus, cui salutis nuntius non illatus fuerit, nulla terrae plaga, in qua verus Deus non sollemni hostia placetur. Quod etiam in nobilissima Nigeriae natione factum est. Quin immo tam floret ibi sancta Christi religio, ut Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide visum sit praefecturam apostolicam Ilorinensem ad gradum atque dignitatem dioecesis esse evehendam. Hoc autem

Sacrae Congregationis consilium probantes, audito quidem quid venerabilis Frater Aloisius Bellotti sentiret, Archiepiscopus titulo Voncarianensis atque in Africa media et occidentali Apostolicus Delegatus, ea quae sequuntur statuimus. Praefecturam apostolicam *Ilorinensem* ad dignitatem dioecesis tollimus, eodem nomine, metropolitanae Sedi Kadunaënsi suffraganeae, ac iuris dictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiae. Cuius Sedes episcopalis erit in urbe vulgo Ilorim, cathedra sacra Antistitis in templo S. Ioseph collocata, cum debitis iuribus. Praesentium autem difficultatum ratione habita, concedimus ut ad tempus pro Canonicorum collegio Consultores dioecesani deligantur, Episcopum consilio et ope ad iuris normas iuvaturi. Cetera omnia, quae Seminarium respiciunt, mensam episcopalem, dioecesis administrationem, similia, Iure Canonico temperentur. Has vero Litteras Nostras venerabilis Frater Aloisius Bellotti exsequi curabit, vel quem ille delegaverit. Re autem peracta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 11.

V

MERAUKENSIS
(AGATSENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesia Meraukensi, nova dioecesis « Agatsensis » conditur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Prophetae vaticinium : fore ut lapis ille de monte abscissus terram omnem repleret mons factus (cf. *Dan.,* 3, 35 ss. et 44 ss.), omnibus regnis atque imperiis comminutis, commode potest et in Christi Ecclesiam cadere, quae humilibus quidem orta initiis, invasit, quasi flamma ignis, in omnes terrae partes. Cum autem Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, audito ante venerabili Fratre Salvatore Pappalardo, Archiepiscopo titulo Milesiensi atque in Indonesia Pro-Nuntio, item Ordinario loci, cuius res interesset, proposuerit ut nonnullis territoriis detractis ab archidioecesi Meraukensi, nova ibi loci excitaretur dioecesis, Nos re bene reputata, haec quae sequuntur decernimus. Ab Ecclesia Meraukensi territorium vulgo Asmat cognominatum ac in quinque civiles districtus, quos dicunt, distributum, nempe Agats, Sawa-Erma, Pririmapone, Atsj et Tjitak Senggo, separamus atque in novae dioecesis formam redigimus, *Agatsensis* nomine, atque metropoli Meraukensi suffraganeae, quae Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxia adhuc erit. Cuius episcopalem Sedem in urbe Agats statui censemus, in qua, videlicet in templo S. Crucis, cathedram episcopalis auctoritatis collocari, quod ad dignitatem cathedralium templorum evehimus. Canonicorum collegium condatur; quod si fieri non possit ad praesens, Consultores dioecesani deligantur, Episcopum iuvaturi sive consilio sive ope et industria sua. Cetera quae vel dioecesim ipsam vel incolas respiciant, ad normam Iuris Canonici regantur. Ceterum haec quae mandavimus, venerabilis Frater Salvator Pappalardo facienda curet, vel qui Pro-Nuntii munere fungatur quo tempore hae Litterae ad effectum deduci debeant. Re vero acta, documenta exarentur, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere

poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap Cane, tab., vol. CXXXII, n. 26.

VI

TAEGUENSIS - WONIUENSIS
(ANDONGENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Taeguensi atque Woniuensi, alia dioecesis efficitur, cui nomen erit « Andongensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae in Actibus Apostolorum Christi verba leguntur : « Et eritis mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudaea, et Samaria, et usque ad ultimum terrae » (1, 5), non modo incredibili Apostolorum industria, studio, labore, eorumque, qui iis in hoc opus subierunt, successorum ad exitum adducta sunt, sed tali eventu ac fortuna, ut sacratissima Christi fides et religio cotidie et progressus faciat et in incremento sit. Quod cum etiam in nobilissima Coreae Natione factum esset, visum est Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide bene fieri, si ibi loci nova excitaretur dioecesis, nonnullis divisis. Quam sententiam probantes, Nos, re bene reputata consilioque expetito a venerabili Fratre Nostro Hippolyto Rotoli, Archie-

piscopo titulo Tibiucensi ac in Corea Apostolico Pro-Nuntio, haec facienda statuimus. Circumscriptiones civiles, vulgari sermone Andong, Yecheon, Bonghwa, Yeongju, Yeongdeok, Yeongyang, Cheongsong, Sanju, Munkueong, Euiseóng et Uljin cognominatas, ab Ecclesiis Taeguensi et Woniuensi detrahimus in novaeque dioecesis formam redigimus, *Andóngensis* appellandae, ac tamquam suffraganeae metropoli Taeguensi subiciendae. Cuius sane sedes in urbe Andong collocari statuimus, cathedram vero in templo Beatae Mariae Virginis Immaculatae, in eadem urbe, quod idcirco cathedrale erit, cum debitis iuribus et honoribus. Indulgemus autem ut, si ad praesens Canonicorum collegium condi nequeat, Consultores dioecesani constituantur, qui Episcopo consiliis datis atque ope lata assint. Cetera quidem, quae ad dioecesis administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia respiciant, Iure Canonico temperentur. Item documenta et acta, quae novam circumscriptionem ecclesiasticam spectent, ad eius Curiam mittantur, religiose custodienda. Quae denique his Litteris mandavimus, venerabilis frater Hippolytus Rotoli effici curabit, vel quem ipse delegabit. Re vero acta, documenta exarentur, atque fide digna exempla ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

+++ Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CXXXII,,n. 19.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Victorem Proaño Correa, Peruvianae Reipublicae cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Señor Embajador:

Con viva atención hemos percibido las expresiones que Vuestra Excelencia acaba de dirigirnos al presentar las Cartas Credenciales que lo acreditan Embajador Extraordinario y plenipotenciario del Perú ante la Santa Sede. Esta circunstancia que pone un jalón más, indicativo de las relaciones felizmente existentes entre ambas partes, suscita en nuestro ánimo sentimientos de cordial bienvenida hacia Vuestra Excelencia, de renovada estima hacia toda la Nación Peruana a la que ahora se proyecta nuestro recuerdo, mensajero de afecto y de bendición.

Las alusiones hechas por Vuestra Excelencia a nuestra Encíclica ((Populorum progressio » no podían dejar indiferente nuestra solicitud pastoral en la que repercuten gozosamente las iniciativas encaminadas a la mayor justicia social, al equilibrio durable en las relaciones internacionales, a la convivencia pacífica, dentro del respeto de los derechos inviolables de cada hombre y de cada pueblo. No podían dejarnos indiferentes porque esos ideales que implican conciencia y amor en su origen y en su ejecución, no son algo yuxtapuesto sino que pertenecen a la entraña del mensaje cristiano; porque un catolicismo enmarcado en la esfera exclusiva personal, no proyectado dinámicamente a la comunión efectiva con los hombres, sería una antítesis con la doctrina del Divino Redentor que vino a sublimarlos, a restituirles su dignidad de Hijos de Dios, a hermanarlos más, a dar a la equidad y filantropía temporales la urgencia, el vigor, el mérito de actos superiores que se llaman justicia, caridad y paz evangélicas.

Por ello la Iglesia sigue con vigilancia de Madre y Maestra y fomenta el verdadero desarrollo de los individuos y pueblos ; quiere que sean ellos mismos, en lo posible, los artífices de su progreso, sin que

*** Die 13 mensis novembris a. 1969.**

todo esto se reduzca a un simple crecimiento material ya que ((economía y técnica no tienen sentido si no es por el hombre a quien deben servir ».[1] El progreso ha de ser integral, personal y comunitario, es decir, ha de abarcar a todo el hombre y a todos los hombres, promoviéndolos y responsabilizándolos en sus cualidades y legítimas aspiraciones, valorizándolos no sólo como ciudadanos del mundo sino como peregrinos hacia un destino eterno puesto que un humanismo cerrado acabaría siendo inhumano.[2]

Hemos evocado estos conceptos ante el Representante de un País activa y lealmente católico en el que su genio nacional, impregnado de virtudes morales y religiosas, su geografía tachonada de nombres cristianos, su trayectoria histórica con floración de santos que responden a Toribio de Mogrovejo, a Francisco Solano, a Rosa de Lima y a Martín de Porres, sus preclaras instituciones culturales — ¿cómo no recordar, ya en vuestros albores de cristianismo, la Universidad Mayor de San Marcos, la primera de América del Sur, los Colegios de San Martín y San Felipe? —, tantas otras obras sociales y asistenciales, son un testimonio de la labor de la Iglesia en la promoción del Perú y constituyen una garantía de empeño por proseguir en este camino. Así será, bien lo esperamos, porque en esa Nación contamos con amadísimos Hermanos e Hijos nuestros que son Perú, son Iglesia la cual, sin ambición terrena alguna <(sólo desea una cosa : continuar, bajo la guía del Espíritu, la obra misma de Cristo quien vino al mundo para dar testimonio de la verdad, para salvar y no para iuzgar, para servir y no para ser servido ».[3]

Con nuestros mejores votos y la seguridad de nuestra benevolencia por el cabal desempeño de la misión que hoy comienza Vuestra Excelencia coronando su larga y experta actividad diplomática, con nuestro saludo agradeciendo el que nos trasmiten el Señor Presidente, el Gobierno y el Pueblo del Perú, invocamos sobre todos la continua asistencia de copiosas bendiciones divinas.

[1] Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 34.
[2] Cfr. ib., n. 42.
[3] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 3.

II

Delegatis et Observatoribus qui interfuerunt Coetui XV Romae habito a Consilio v. d. «Food and Agriculture Organization» (F.A.O.)« *

Monsieur le Président,
Monsieur le Directeur général,
Excellences et chers Messieurs,

Que pouvons-nous faire, nous, Eglise catholique, dans le cadre de l'immense effort de la FAO? Telle est ce matin votre et notre question.

1. Tout d'abord, avec satisfaction, Nous voyons combien *vom avez conscience* des grands besoins de la plus grande partie de l'humanité, qui est sous-développée. La faim dans le monde! Il s'agit là d'un phénomène connu, mesuré par les statistiques, inséré dans ses cadres démographiques, et sur lequel les estimations ne nous manquent pas pour l'avenir. Ce regard attentif au besoin est déjà un acte d'humanité de très haute valeur, à l'exemple du Christ : « J'ai pitié de cette foule x».[1] Aussi notre première attitude est-elle de louange pour votre admirable effort.

2. Mais Nous voulons aussi faire nôtre votre appel au monde en faveur des affamés, et coopérer à votre action par *Vexhortation.* A tous, aux peuples, aux riches, aux producteurs, aux responsables de la politique et de l'économie, aux Jeunes ... Nous adressons notre appel en faveur ((de l'humanité souffrante)).[2]

Malheur à tous ceux qui dissipent leurs biens et leurs revenus pour des dépenses scandaleuses, qu'il s'agisse du luxe ou de la guerre; malheur à ceux qui jouissent égoïstement de leur richesse sans avoir le moindre souci des pauvres, et ces pauvres ne sont pas seulement des personnes, mais des familles, des classes sociales, des peuples ! Il Nous faut reprendre sans nous lasser le cri de notre encyclique *Populorum, progressio :* « Quand tant de peuples ont faim tout gaspillage public ou privé, toute dépense d'ostentation nationale ou personnelle, toute course épuisante aux armements devient un scandale intolérable. Nous Nous devons de le dénoncer. Veuillent les responsables Nous entendre avant qu'il ne soit trop tard ».[3] Nous l'avons demandé

*** Die 16 mensis novembris a. 1969.**
[1] ***Matthieu* 15, 32.**
[2] ***Discours à VOIT,* le 10 juin 1969, n. 18.**
[3] **N. 53.**

E prevale. Noi salutiamo con entusiasmo gli sforzi dell'uomo moderno per affermare nel mondo e nella storia attuale la Pace come metodo, come istituzione internazionale, come trattativa leale, come autodisciplina nelle contese territoriali e sociali, come questione superiore al prestigio della rappresaglia e della vendetta. Grandi questioni per la vittoria della Pace sono già sul tappeto : il disarmo, dapprima, la limitazione delle armi nucleari, l'ipotesi del ricorso all'arbitrato, la sostituzione della collaborazione alla concorrenza, la convivenza pacifica nella diversità delle ideologie e dei regimi, la speranza che sia devoluta un'aliquota delle spese militari in soccorso dei Popoli in via di sviluppo. Così ravvisiamo un contributo alla Pace nella deplorazione ormai universale del terrorismo, della tortura dei prigionieri, delle repressioni vendicative su popolazioni innocenti, dei campi di concentramento di detenuti civili, dell'uccisione di ostaggi, eccetera. La coscienza del mondo non tollera più simili delitti, che ritorcono la loro feroce inumanità in disonore sopra coloro che li compiono.

Non è nostro ufficio giudicare le vertenze tuttora in atto fra le Nazioni, le razze, le tribù, le classi sociali. Ma è nostra missione lanciare la parola « Pace » in mezzo agli uomini in lotta fra loro. È nostra missione ricordare agli uomini che sono fratelli. È nostra missione insegnare agli uomini ad amarsi, a riconciliarsi, a educarsi alla Pace. Noi perciò esprimiamo il nostro plauso, il nostro incoraggiamento, la nostra speranza per quanti si fanno promotori di questa pedagogia della Pace. Noi invitiamo anche per quest'anno le Persone e gli Enti responsabili, gli organi dell'opinione pubblica, i Pontefei, i Maestri, gli Artisti e specialmente la Gioventù a camminare risolutamente per questa via della civiltà vera e universale. Bisogna arrivare alla celebrazione effettiva della profezia biblica : la Giustizia e la Pace si sono incontrate e baciate.

E a voi, Fratelli e Figli nella medesima fede di Cristo, noi aggiungiamo una parola di più sul nostro dovere, come dicevamo, di educare gli uomini ad amarsi, a riconciliarsi, a perdonarsi scambievolmente. Noi ne abbiamo preciso insegnamento dal Maestro Gesù; ne abbiamo il suo esempio, ne abbiamo l'impegno, ch'Egli capta dalle nostre labbra quando recitiamo la preghiera al Padre, secondo le parole ben note : « Rimetti a noi i nostri debiti come noi li rimettiamo ai nostri debitori ». Questo « come » è tremendo ; esso stabilisce un'equa-

zione, che, realizzata, è la nostra fortuna nell'economia della salvezza: non realizzata, può essere la nostra condanna.[4]

Predicare il Vangelo del perdono sembra assurdo alla politica umana, perché nell'economia naturale la giustizia spesso non lo consente. Ma in un'economia cristiana, cioè sovrumana, assurdo non è. Difficile, ma non assurdo. Come finiscono i conflitti nel mondo secolare? Qual è la Pace, che alla fine essi raggiungono? Nella dialettica insidiosa e furiosa di questa nostra storia di uomini pieni di passioni, di orgoglio, di rancori, la Pace che conclude un conflitto è di solito un'imposizione, una sopraffazione, un giogo, di cui la parte più debole e soccombente subisce una forzata tolleranza, ch'è spesso un rinvio ad una riscossa futura, e accetta lo statuto protocollare, che nasconde l'ipocrisia di cuori tuttora nemici. Manca a questa Pace, troppo spesso fìnta ed instabile, la completa soluzione del conflitto, cioè il perdono, il sacrifìcio del vincitore a quei vantaggi raggiunti, che umiliano e rendono il vinto inesorabilmente infelice; e manca al vinto la forza d'animo della riconciliazione. Pace senza clemenza, come può dirsi tale? Pace satura di spirito di vendetta, come può essere vera? Da una parte e dall'altra occorre l'appello a quella superiore giustizia, ch'è il perdono, il quale cancella le insolubili questioni di prestigio, e rende ancora possibile l'amicizia. Lezione difficile; ma non è forse magnifica? Non è forse di attualità? Non è forse cristiana?

A questa scuola superiore della Pace educhiamo noi stessi, per primi, o Fratelli e Figli cristiani; rileggiamo il Discorso della montagna;[5] e poi procuriamo di darne, con l'esempio e con la parola, l'annuncio al mondo.

Con la nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 30 novembre 1969.

PAULUS PP. VI

[4] **Cfr. *Mt.* 18, 21-35.**

[5] **Cfr. *Mt.* 5, 21-26; 38-48 ; 6, 12, 14-15.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

OSNABRUGENSIS-HILDESIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit Exc.mus P. D. Helmodus Herman nus Wittler, Episcopus Osnabrugensis, et Exc.mus P. D. Henricus Maria Janssen, Episcopus Hildesiensis, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Conradi Bafile, Archiepiscopi titulo Antiocheni in Pisidia et apud Foederatam Germanicam Rempublicam Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia PP. VI sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, ea quae sequuntur decernit.

1. A dioecesi Hildesiensi *separat* atque perpetuo dioecesi Osnabrugensi adnectit *integrum* territorium paroeciae S. Ioseph in Hemelingen, ita ut totum territorium civitatis Bremensis ad partem meridionalem fluminis vulgo Lesum situm ad dioecesim Osnabrugensem pertineat;

2. A dioecesi Osnabrugensi vicissim *separat* atque perpetuo dioecesi Hildesiensi adnectit *integrum* territorium paroeciae in Vegesack ita ut integrum territorium civitatis Bremensis ad partem septentrionalem fluminis vulgo Lesum situm ad dioecesim Hildesiensem pertineat;

3. Paroeciam denique S. Mariae in civitate vulgo Bremerhaven a dioecesi Osnabrugensi *separat* et dioecesi Hildesiensi perpetuo assignat, ita ut ista nova circumscriptione peracta *tota* memorata civitas ad dioecesim Hildesiensem pertineat.

Quapropter omnia acta et documenta territoriorum, quae supra memorata sunt, clericos, fideles et bona temporalia respicientia ad eos

quos spectat, quam primum fieri poterit, suae cuique Curiae episcopali tradantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel ecclesiasticum officium legitime retinent; ceteri autem clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia exsequenda S. Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Conradum Bafile deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem mittendi, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 novembris anno 1969.

CAROLUS Card. **CONFALONIERI,** *Praefectus*

'© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 2 Octobris 1969. — Cathedrali Ecclesiae Scopiensi-Prisrianensi praefecit R. D. Ioachimum Herbut, e clero dioecesis Crisiensis, spiritus in Seminario dioecesano Moderatorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rufinianensi R. D. Nicolaum Prela, e clero saeculari Catharensi, quem deputavit Auxiliarem sedi datum dioeceseos Scopiensis-Prisrianensis, pro fidelibus albanensis linguae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Libertinensi R. P. Martinum J. Ceylon, Societatis Iesu sodalem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Vincentii Kennally, Episcopi tit. Sassuritani, Vicarii Apostolici Insularum Carolinensium et de Marshall.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fortisventurae R. P. Aloisium Zichem, Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodalem, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Stephani Kuijpers, Episcopi Paramariboënsis.

die 23 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Iringaënsi R. D. Marium Epiphanium Abdallah Mgulunde, e clero saeculari dioecesano.

die 31 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vallispostanae Exc. P. D. Aloisium La Ravoire Morrow, hactenus Episcopum Krishnagarensem.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 3 Octobris 1969. — R. P. Alexandrum Assolari, e Societate Mariae Monfortana, *Praefectum Apostolicum nuper erectae praefecturae apostolicae Fortjohnstonensis.*

die 18 Octobris. — Exc. P. D. Henricum Iosephum Cornelium M. De Cocq, Episcopum Rarotonganum, *Administratorem Apostolicum « sede plena » dioeceseos Taiohaënae.*

die 4 *Novembris.* — R. P. Rolandum Ciacci (Damianum a « Castelnuovo Abate » in Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum), *Administratorem Apostolicum vicariatus apostolici Arabiae.*

III

PONDICHERIENSIS ET CUDDALORENSIS MADRAPOLITANA ET MELIAPORENSIS - VELLORENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum in India ad disciplinae activitatisque Ecclesiae commodum, expostulatum sit ut fines inter archidioeceses Pondicheriensem et Cuddalorensem, Madrapolitanam et Meliaporensem, et dioecesim Vellorensem, ad hodiernas necessitates illorum locorum aptentur, suadente Secundo Vaticano Concilio, hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini

Propagando, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, accepto favorabili voto Reverendissimi Domini Francisci Oolasuonno, Negotiorum Gestore ad interim Apostolicae in India Nuntiaturae, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, haec quae sequuntur statuit atque decernit :

1. Ut « taluke » (civiles subdivisiones districtus) vulgo Maduran - takam et Kancheepuram (inferior), quae usque nunc ad archidioecesim Pondicheriensem et Ouddalorensem pertinent, ab illa seiungantur, et ad archidioecesim Madrapolitanam et Meliaporensem, adscribantur;

2. Ut « taluk », vulgo Tiruttani, quae hucusque ad dioecesim Vellorensem pertinet, ab illa seiungatur et in posterum ad archidioecesim Madrapolitanam et Meliaporensem adscribatur ;

3. Ut « taluke » civiles, vulgo Tiruvannamalai et Chengam, quae adhuc ad archidioecesim Pondicheriensem et Ouddalorensem pertinent, ab illa seiungantur et dioecesi Vellorensi adnectentur.

Ad Clerum vero quod attinet, statuitur ut, simul ac Decretum hoc ad effectum adductum fuerit, sacerdotes circumscriptioni ecclesiasticae illi censeantur adscripti in cuius territorio officium legitime retineant; ceteri autem clerici Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitime habeant domicilium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, idem Sacrum Dicasterium Excmum ac Revmum Dominum Mariam Iosephum Lemieux, Archiepiscopum titulo Salditanum atque Apostolicum in India Pro-Nuntium deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die prima mensis Septembris anno Domini 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S-

& Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

IV

SEULENSIS - INCHONENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae activitatisque ecclesiasticae commodum expostulatum sit ut districtus civiles vulgo Kye Yang Myeon et Ko-Tchon Myeon, qui nunc ad archidioecesim Seulensem pertinent, ad dioecesim Inchonensem adscribantur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito et accepto favorabili voto Conventus Episcoporum Coreae necnon Excmi ac Revmi Domini Hippolyti Rotoli, Archiepiscopi titulo Thibiucensi et Apostolici in Corea Pro-Nuntii, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium fines inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendare statuit ut praedicti districtus civiles, usque adhuc pertinentes ad archidioecesim Seulensem, ab ipsa separentur atque dioecesi Inchonensi uniantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 15 mensis septembris a. D. 1969.

G. P. Card. **Agagianian**, *Praefectus*

L. © S.

Eduardus Pecoraio, *Subsecretarius*

V

SUWONENSIS - INCHONENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae activitatisque profectum expostulatum sit ut districtus civiles vulgo So-sa Eub, O-jeong Myeon et Sorai Myeon, quae nunc ad dioecesim Suwonensem pertinent, ad dioecesim Inchonensem adscribantur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propa-

gando, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito et accepto favorabili voto Conventus Episcoporum Coreae necnon Excmi ac Revmi Domini Hippolyti Rotoli, Archiepiscopi titulo Thibiucensi et Apostolici in Corea Pro-Nuntii, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium fines inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendare statuit ut praedicti districtus civiles, usque adhuc pertinentes ad dioecesim Suwonensem, ab ipsa separentur atque dioecesi Inchonensi uniantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 16 mensis septembris a. D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

Eduardus Pecoraio, *Subsecretarius*

VI

MADURAIENSIS

DECRETUM

De translatione Cathedrae metropolitanae

Constitutione Apostolica « Si inter » a Summo Pontifice Pio XI s. m., die 8 mensis Ianuarii a. D. 1938 data, paroecialis ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Speculo Lapurdensi dicata in urbe vulgo Madhurai exstans ad Cathedralis ecclesiae dignitatem evecta fuit; postea, Constitutione Apostolica « Mutant res » a Summo Pontifice Pio XII s. m., die 19 mensis Septembris a. D. 1953 data, eadem Cathedralis ecclesia ad dignitatem metropolitanae ecclesiae Cathedralis Maduraiensis elevata fuit.

Cum vero templum honori Beatae Mariae Virginis Perdolentis dicatum, frequentioris populi commoditate aptius, materia solidius magisque decorum ibidem Archiepiscopo Maduraiensi a Societate Iesu traditum fuerit, Excmus ac Revmus Dominus Iustinus Diraviam, Archiepiscopus Maduraiensis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut in hoc templum metropolitana Cathedra transferretur.

Porro, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Mariae Iosephi Lemieux, Archiepiscopi titulo Salditani atque Apostolici in India Pro-Nuntii, ratum huiusmodi translationem decori Ecclesiae Maduraiensis atque Sacrae Liturgiae ibi peragendae felicius cessuram, porrectas preces excipiendas censuit.

Quapropter, hoc Sacrum Dicasterium, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, ab ecclesia B. M. V. a Speculo Lapurdensi nuncupata ad memoratum templum B. M. V. Perdolentis Archiepiscopi atque Metropolitae Cathedram transfert, idque ad Metropolitanae Cathedralis Maduraiensis dignitatem et gradum evehit, collatis praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae Cathedrales Metropolitanae iure communi decorantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die quarta mensis Octobris anno Domini 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

VII

KAREMAËNSIS

(SUMBAWANGENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Cum Excraus ac Revmus Dominus Carolus Msakila, Episcopus Karemaènsis, proposuisset ut praesens denominatio dioecesis Karemaênsis, in Tanzaniae territorio sitae, ita permutaretur ut deinde *Sumbawangensis,* ab urbe principe vulgo Sumbawanga, nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda

Fide, omnibus mature perpensis, optatis praedicti Ordinarii Karemaënsis inhaerendum esse censuit.

Itaque, eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 24 mensis Octobris a. D. 1969.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

£B Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

INSTRUCTIO

DE MISSIS PRO COETIBUS PARTICULARIBUS

Actio pastoralis Ecclesiae inter praecipuos fines sibi proponit fidelium institutionem, quo arctius communitati ecclesiali intersint, ita ut celebrationibus, praesertim liturgicis, sedulo consocietur unusquisque cum fratribus in Ecclesiae, tum universalis tum localis, communione.

Coetus enim liturgicus, cui praeest qui populum Dei potestate convocandi, regendi, docendi ac sanctificandi fruitur, signum et instrumentum est totius generis humani unitatis, imprimis quidem Ecclesiae cum Christo.[1]

Quod vere in communi Eucharistiae celebratione efficitur et exprimitur, potissimum diebus dominicis et festis, cum circa Episcopum tum in coetu paroeciali, cuius pastor vices gerit Episcopi.[2]

[1] **Of. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia** *Lumen gentium,* **n. 1:** *A. A. S.* **57 (1965), p. 5; Const. de S. Liturgia** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 83:** *A. A. S.* **56 (1964), p. 121.**

[2] **Cf. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia** *Lumen gentium,* **nn. 26, 28:** *A. A. S.* **57 (1965), pp. 31-32 et 33-36; Const. de S. Liturgia** *Sacrosanctum Concilium,* **nn. 41-42: A.** *A. S.* **56 (1964), pp. 111-112; S. C. Rituum Instruct.** *Eucharisticum Mysterium,* **nn. 26-27: A.** *A. S.* **59 (1967), pp. 555-556.**

Pastoralis vero cura etiam ad coetus particulares ordinatur et dirigitur, non ad fovendam quandam separationem, neque ad *parvas ecclesias* et privilegia constituenda, sed ut peculiaribus fidelium necessitatibus faveatur vel christiana vita altius perspiciatur iuxta eorum coetuum sodalium necessitates et formationem, omnibus cum beneficiis quae ex eodem peculiari vinculo spirituali vel apostolico atque ex mutuae aedificationis studio procedunt.

Quam efficaciter his coetibus peculiares huiusmodi celebrationes prodesse queant, actio pastoralis experientia satis docet. Nam cum debite ac sapienter ordinantur et diriguntur, unitati paroeciae non obsunt, sed eius actioni missionariae favent, quatenus nonnulli fideles propius attingi valent, quidam vero penitius formari.

Insuper vitalis eorum coetuum vigor ex eo oritur quod studium christianae veritatis communiter peractum itemque communis animi intentio propriam vitae rationem ei conformandi, in conventibus orationis, qui dicuntur, inter se copulantur, qui modis et formulis ipsis coetui magis consentaneis agantur, ac praesertim Dei Verbi lectione et meditatione; saepe denique celebratione Eucharistiae, quae ipsos conventus complet et quasi coronat.

Vehemens est nostris diebus in his coetibus desiderium Eucharisticam celebrationem participandi. Qua de causa opportunum visum est quasdam praebere normas quae hanc celebrationem ordinent, ita ut semper composite, accurate et graviter peragatur spirituali participantium cum beneficio, atque ratione habita naturae religiosi cultus propriae.

1. Diligenter consideretur num, omnibus perpensis, in singulis casibus celebratio eucharistica actioni pastorali revera prosit, an sit potius alius generis religiosa celebratio suadenda.

2. Inter coetus particulares, in quorum bonum Eucharistia celebrari potest, hos recensere licet :

a) Coetus congregatos ad exercitia spiritualia peragenda, ad studia religiosa vel pastoralia per unum vel plures dies colenda, ad apostolatus laicorum aliusve generis consociationum conventus agendos.

o) Conventus, actionis pastoralis gratia, alicuius partis paroeciae.

c) Coetus fidelium, qui in locis ab ecclesia paroeciali dissitis commorantur, et statutis temporibus conveniunt ad religiosam formationem suam curandam.

d) Coetus fidelium unius condicionis, qui certis temporibus inter se conveniunt propter institutionem vel religiosam formationem ipsis magis congruentem.

e) Coetus familiares circa infirmos aut aetate provectos congregatos, qui domo egredi non valent quique numquam celebrationem eucharisticam possunt participare. Quibus autem sociantur propinqui aliique curam eorum gerentes.

/) Coetus familiares, occasione data vigiliae pro defuncto aliusve singularis religiosae occasionis.

3. Eucharistica celebratio pro coetibus particularibus peragatur, plerumque, in loco sacro.

4. Facultas autem concedendi ut eucharistica celebratio pro coetibus particularibus peragatur extra locum sacrum reservatur Ordinario loci et, pro suis domibus, Ordinario religioso; qui tamen hanc facultatem, praesertim cum agitur de celebrationibus in domibus privatis aut institutis, concedant solummodo si locus sit aptus et honestus,[3] exclusis tamen semper cubiculis.[4]

Caveatur insuper ne postulatio loci amplioris ac dignioris eo ducat, ut quibusdam prae ceteris familiis consulto faveatur, et ita privilegia, quae in Constitutione de sacra Liturgia[5] improbantur, nova quadam ratione reviviscant.

5. Principia vero primaria, quae Instructione *Eucharisticum Mysterium*[6] traduntur, prae oculis habeantur ; haec praesertim :

a) Sacrificium eucharisticum et sacrum Conviviuni ita ad idem pertinent mysterium, ut artissimo vinculo theologico ac sacramentali alterum cum altero cohaereat.

b) Nulla Missa habeatur actio coetus particularis exclusive propria, sed Ecclesiae celebratio, in qua Sacerdos munere suo fungens toti actioni liturgicae, ut ipsius Ecclesiae minister, praeest.

c) Omnia ita curentur, ut, tum in loci congrua dispositione, tum in rerum personarumque habitu, latriae cultus, qui vero Deo debetur, sanctissimo Eucharistiae Sacramento venerando exhibeatur.

[3] Cf. *Institutio Generalis Missalis Romani,* n. 253.

* Cfr. Litt. Apost, motu proprio datae *Pastorale munus,* n. 7: *A. A. S.* 56 (1964), pp. 5-12; Rescriptum Pontificium *Cum admotae,* 6 nov. 1964, n. 4.

* N. 32: *A. A. S.* 56 (1964), p. 108.

[6] N. 3: *A. A. S.* 59 (1967), pp. 540-543.

6. Quo facilius Eucharistica celebratio evadat rerum personarumque adiunctis vere consentanea, singulae eius partes apte componantur, attentis normis generalibus, et, quae sequuntur, principiis :

a) Participatio fidelium quam maxime foveatur, attentis peculiaribus adiunctis in quibus fit celebratio et facultate id facilius obtinendi.

6) Tempus aliquod vel meditationi Sacrae Scripturae vel spirituali instructioni tribuendum, pro cuiusque coetus qualitate, celebrationem praecedere poterit.

c) Praeter initialem monitionem, celebrans de Liturgia verbi ante quam lectiones recitentur, breviter disserere potest atque de Liturgia eucharistica ante praefationem ; deinde etiam aliquid dicere potest ante quam fideles dimittat. Ab hoc tamen abstineat durante Prece Eucharistica.

d) Firmo praescripto litteris / et *h,* quae sequuntur, notato et his exceptis quae ab aliquo « commentatore » aguntur, fideles sese abstineant considerationibus, adhortationibus hisque rebus similibus in ipsa celebratione.

e) In Liturgia verbi, pro variis rerum adiunctis, textus peculiari celebrationi aptiores seligi possunt, dummodo ex approbati Lectionarii textibus seligantur.

/) Lectiones, quae fiunt ante Evangelium, aliquis ex adstantibus (vir vel mulier) legere valet; Evangelium autem a Sacerdote tantum aut, occasione data, a diacono pronuntietur.

g) In homilia Sacerdos mentionem habeat huius particularis celebrationis et rationes illustret inter coetum, qui actu congregatur, et Ecclesiam localem atque universalem intercedentes.

h) Oratio fidelium peculiaribus adiunctis aptari potest, servata semper sua religiosa proprietate. Caveatur tamen ne intentiones generales pro Ecclesia, pro mundo, pro fratribus qui necessitates patiuntur et pro adstante coetu penitus omittantur. Nihil obstat quo minus ritui qui intersunt, aliquam specialem intentionem, quam ipsi antea debite paraverint, adiciant.

7. Perfectior et absolutior participatio eucharisticae celebrationis sacramentali Communione efficitur.

Quoad vero modum S. Communionis distribuendae usus adhibeatur, qui in singulis dioecesibus legitime viget. Ad Communionem autem sub utraque specie quod attinet, ea serventur quae Institutione Generali

Missalis Romani[7] statuuntur. Huiusmodi tamen S. Communionis forma non permittitur in Missis, quae domi celebrantur, nisi agitur de administrando Viatico.[8]

8. Ad fovendam fidelium participationem quaedam percipi poterit utilitas, in quibusdam maxime rerum adiunctis, etiam ex cantu sacro, quippe qui unanimitatem augeat. Tamen, hac quoque in re serventur normae de cantu et musica in sacris celebrationibus, iis omnibus remotis quae ritus sanctitati atque fidelium pietati obsistant.

9. Caveatur insuper ne eaedem aptationes, quae pro his tantum casibus permittuntur, in celebrationes, quae fiunt in ecclesia pro universa fidelium congregatione, inducantur.

10. Ad condiciones autem praevias requisitas quod attinet, ut Eucharistia pro his particularibus coetibus extra locum sacrum, praesertim vero in domibus privatis, celebrari possit, haec serventur :

a) Facultas de qua in n. 4, exceptis casibus particularibus, non detur pro dominicis et diebus festis de praecepto, ne coetus liturgicus paroecialis privetur ministerio sacerdotum et fidelium participatione ad vitam et unitatem communitatis fovendam.

b) Si sacerdos celebrans non sit ipse parochus, parochum semper praemoneat. Qui relationem faciat Episcopo de celebrationibus peractis.

c) Normae circa ieiunium eucharisticum serventur, ita ut numquam S. Missam aliqua cena vel convivium immediate praecedat. Si vero haec sequantur, ne eadem mensa in qua Eucharistia celebrata est, quantum fieri potest, adhibeatur.

d) Panis pro Eucharistia sit azymus, qui solus in Ecclesia latina permittitur, eadem forma confectus, quae ex consuetudine in ceteris Missis adhibetur.

e) Tempus celebrationis non sit nox valde producta.

/) Si agitur de coetibus familiaribus, ne excludantur, qui rationabiliter petant ut celebrationem participent.

11. Ad certiorem denique effectum harum celebrationum assequendum earumque spiritualem efficacitatem plenius procurandam, in iisdem tum parandis tum peragendis dignitas totius actionis sacrae

[7] **Cf. nn. 240-243.**

[8] **Cf. S. C. Rituum, Instructio *Eucharisticum Mysterium,* nn. 32, 6 et 41: *A. A. S.* 59 (1967), pp. 559 et 563.**

semper religiose curetur, eius forma nec non elementa magis apta, salva liturgiae praeceptorum ratione, opportune seligantur. Quapropter :

a) Textus in S. Missa adhibendi tantummodo e Missali vel ex approbatis supplementis sumantur. Reprobatur, ut arbitraria, quaevis commutatio, salvo praescripto sub n. 6, *e).*

b) Altaris supellex, vasa sacra et vestimenta numero, forma et qualitate praesentibus legibus congruant.[9]

c) Ad celebrantis gestus et caeremonias, nec non ad adstantium habitum quod attinet, valent ea, quae pro ordinaria eucharistica celebratione praescribuntur.

Animarum igitur pastores enixe invitantur ut harum celebrationum efficaciam spiritualem ad animos formandos altius perpendant. Tantummodo enim vim suam habent si participantes per eas ad penitius christianum mysterium cognoscendum, ad divinum cultum fovendum, ad sese in communitatem ecclesialem inserendos atque fructuosius inter fratres apostolatum caritatemque exercenda adducantur.

Quamvis his diebus nonnulli sint qui ex *rebus novis* quandoque insanis, quas ostendunt, vel ex liturgicarum celebrationum arbitrariis formis, quas excogitant, sese existimant esse *renovatos,* tamen sacerdotes, saeculares et regulares, vere de fidelium bono solliciti, compertum habeant actionis pastoralis mansurae et sanctificantis viam in constanti et magnanima fidelitate erga Ecclesiae voluntatem inveniri, quae eius praeceptis, normis et structuris exprimitur.

Quod autem ab huiusmodi ratione abducit, quamvis specie alliciat, fidelium mentes perturbat atque sacerdotale ministerium languidum infructuosumque reddit.

Haec Instructio, quam de mandato Summi Pontificis, Sacra Congregatio pro Cultu Divino confecit, et ipse Summus Pontifex approbavit, omnes Ss. Missarum celebrationes pro coetibus particularibus posthac ordinabit.

E Civitate Vaticana, die 15 Maii 1969, in Ascensione Domini.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

H. Bugnini, *a Secretis*

[9] **Cf.** ***Institutio Generalis Missalis Romani,*** **nn. 268-270 ; 290-296 ; 297-310.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

TAURINENSIS

Canonizationis Beati Leonardi Murialdo, Confessoris, fundatoris Piae Societatis Taurinensis a S. Ioseph.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Post solemnem Leonardi Murialdo Beatificationem, die 9 novembris anno 1963 in Basilica Vaticana celebratam, plures gratiae eius invocatione obtentae ferebantur, quae veluti signa habita sunt eundem Beatum posse, iuxta traditum morem, catalogo Sanctorum accenseri. Quare, inter memoratas gratias, duae selectae sunt quae veri miraculi notas prae se ferre videbantur.

Harum prior sanationem respicit Fabritii Miglio, pueri decem annorum gravi pericardite staphylococcica laborantis, qui, dum chirurgicus interventus de medentium consilio parabatur, beati Leonardi interposito patrocinio, die 17 februarii anno 1964, extemplo sanus repertus est.

Altera sanatio obtigit infantulae Titianae Briccarello, quae gravi gastro-enterite et encephalopathia correpta, beati Leonardi patrocinio a parentibus enixe implorato, die 14 februarii eodem anno 1964, praeter omnium exspectationem perfecte sanata est.

Super his duobus assertis miraculis, iuridicae inquisitiones in Curia Taurinensi institutae sunt. Consilium autem medicum huius Sacrae Congregationis, scientifico ac diligentissime examine instituto super testium, medicorum a cura aliorumque peritorum depositionibus ac sententiis, duas praedictas sanationes ultra naturae vires et leges evenisse plene agnovit et probavit.

His peractis, die 7 octobris 1968, Congregatio praeparatoria in Vaticanis aedibus habita est, in qua Revmus Cardinalis Paulus Giobbe, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede vene-*

rationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur. Et omnes qni aderant, Revmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores affirmativum suffragium dederunt.

Facta deinde de his omnibus Summo Pontifici Paulo VI ab infrascripto Cardinali Praefecto accurata relatione, idem Summus Pontifex sententiam Patrum Cardinalium confirmavit.

Hoc denique die Sanctitas Sua infrascriptum Cardinalem Praefectum atque Revmum Cardinalem Paulum Giobbe, Causae Relatorem, meque a Secretis et alios, qui vocari solent, ad Se accivit, iisque adstantibus praesens Decretum promulgavit : *Constare de duobus miraculis, Beato Leonardo Murialdo intercedente, a Deo patratis, scilicet: instantaneae perfectaeque sanationis pueri Fabritii Miglio ab.acuta pericardite staphylococcica ullo absque exitu pericarditis adhaesivae-constrictivae; et instantaneae perfectaeque sanationis infantis Titianae Briccarelio a gastro-enterite et encephalopathia probabilis naturae viralis.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae pro Causis Sanctorum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 10 novembris 1969.

PAULUS Card. **BERTOLI,** *Praefectus*

L. m s.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

MATRITENSIS

Canonizationis Beatae Mariae Desolatae Torres Acosta, virginis, fundatricis Servarunt Mariae Infirmis Ministrantium.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ex quo Caelitum honores Beatae Mariae Desolatae Torres Acosta die 5 februarii anno maximi iubilaei 1950 in Petriana Vaticana Basilica decreti sunt, devotio erga eam magnis est aucta incrementis, percrebruit et fama de pluribus beneficiis, miraculi speciem praebentibus

et eius intercessione impetratis, quae veluti superna signa visa sunt ad Causam usque ad Canonizationem prosequendam.

Hinc factum est ut inter praedicta beneficia duae mirae sanationes selectae sint et exhibitae ad Beatae Canonizationem obtinendam.

Harum sanationum prior infantem respicit Emmanuelem Arribas Matesanz, e dioecesi Segobiensi in Hispania, qui hernia iugulata tentatus fuit. Cum vero medicus chirurgus nullum prae videret successum e chirurgica sectione oriturum, cumque pueri decessus immineret, Beatae Mariae Desolatae interposita invocatione, puer confestim convaluit, die 25 septembris anno 1952.

Altera mira sanatio contigit dominae Petronae Peñaranda de Reinaga, Yotalae in Bolivia commoranti, quae dum quintum et trigesimum annum ageret, mense februario anno 1962, volvulo cum subsequenti necrosi ansae sigmoideae correpta, chirurgicam laparatomiam passa est ; sed in cassum : nam chirurgus infaustam prorsus prognosim posuit. Invocata autem Beatae intercessione, praeter omnium expectationem infirma plene convaluit.

Super his duabus sanationibus canonici processus in Curiis Segobiensi et Succrensi instituti sunt. Deinde Medicorum Collegium huius Sacrae Congregationis utriusque sanationis indolem et adiuncta inquisivit, easque, post accuratam scientificam disceptationem, medica scientia explicari non posse edixit.

Itaque tota res iudicio eiusdem Sacrae Congregationis subiecta est, Revmo Cardinali Arcadio Maria Larraona, Causae Ponente seu Relatore, in sessione diei 29 octobris 1968, hoc ad discutiendum proponente dubium : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes qui aderant, Revmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores affirmativum suffragium singuli dederunt.

Pacta demum de praefatis omnibus Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, idem Summus Pontifex sententiam Patrum Cardinalium confirmavit.

Hoc denique die Sanctitas Sua infrascriptum Cardinalem Praefectum atque Revmum Cardinalem Arcadium Mariam Larraona, Causae Relatorem, meque a Secretis et alios, qui vocari solent, ad Se accivit, iisque adstantibus praesens Decretum promulgavit : *Constare de duobus miraculis, Beata Maria Desolata Torres Acosta intercedente, a Deo patratis, scilicet : instantaneae perfectaeque sanationis cum pueri Emmanuelis Arribas Matesanz ab hernia inguinali dextera iugulata*

cum syndrome occlusiva, disìiydratatione ac statu toxico, tum dominae Petronae Peñaranda de Reinaga a volvulo et necrosi ansae sigmoideae.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae pro Causis Sanctorum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 10 novembris 1969.

PAULUS Card. **BERTOLI,** *Praefectus*

L. © S.

® Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

LUGDUNENSIS **SEU** MECHLINIENSIS **ET** VIVARIENSIS

Canonizationis Beatae Victoriae Teresiae Couderc, virginis, fundatricis Societatis Dominae Nostrae a Recessu Cenaculi.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Si post alicuius Servi Dei beatificationem pietas fidelium et cultus erga eum augescit et fama divulgatur eius praesentis apud Deum intercessionis, Ecclesia consuevit rem considerare, num haec signa praenuntient Causam ad verticem solemnis canonizationis esse perducendam.

Hoc contigit in Causa Beatae Mariae Victoriae Teresiae Couderc ; nam, post eius beatificationem, die 4 novembris anno 1951 celebratam, et cultus fidelium erga eam percrebrescebat et plures gratiae ea intercedente obtentae ferebantur.

Ex huiusmodi gratiis duae sanationes selectae sunt, quarum prior contigit Sorori Mariae Ioannae Fondu, religiosae ex Instituto Sororum Nigritarum Augustinianarum in Belgio, quae ab infantia debilis, et pulmonaria tabe affecta, anno 1923, aetatis suae 21, otite purulenta sinistrae auris laborare coepit, quae anno 1940 in otomastoiditem est mutata. Hoc morbo, frustra adhibitis curis et peractis chirurgicis sectionibus, continenter laborare perrexit per annos 29, cum die 16 augusti 1952, invocata Beata Maria Teresia, repente sanata est.

Altera vero sanatio respicit Sororem Magdalenam Delattre, quae 25 annos nata morbo Pottiano graviter affecta, die 4 februarii 1952, repente perfectam recuperavit valetudinem.

Canonicis processibus constructis in Curia Mechliniensi circa priorem sanationem, in Curiis vero Versaliensi et Montis Pessulani circa alteram, servatisque servandis, Consilium medicum huius Sacrae Congregationis diu sciteque de utraque sanatione disceptavit, et conclusit easdem praeter et ultra naturae vires evenisse.

His peractis, quaestio de utriusque sanationis indole ac natura apud ipsam Sacram Congregationem sedulo pertractata est, Revmo Cardinali Arcadio Maria Larraona, Causae Ponente seu Relatore, hoc ad discutiendum, in sessione diei 14 novembris anni 1968, proponente dubium: ***An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et omnes qui aderant, Revmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores affirmativum suffragium dederunt.

Facta demum de his omnibus Summo Pontifici Paulo VI ab infrascripto Cardinali Praefecto accurata relatione, idem Summus Pontifex sententiam Patrum Cardinalium confirmavit.

